This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

LIBRARY
H8 H
Digitized by Google

Slav 7205.15

Harvard College Library

FROM THE GIFT OF

WILLIAM ENDICOTT, JR.

(Class of 1887)

OF BOSTON

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA HISTORICA BOEMIÆ

NUSQUAM ANTEHAC EDITA,

QUIBUS

NON MODO PATRIÆ, ALIARUMQUE VICINARUM REGIONUM, SED ET REMOTISSIMARUM GENTIUM HISTORIA MIRUM QUANTUM ILLUSTRATUR.

COLLEGIT,

ET PARTIM EX AUTOGRAPHIS, PARTIM EX LEGITIMIS APOGRAPHIS CODICIBUS RECENSUIT, CUM VARIIS MANUSCRIPTIS EXEMPLARIBUS CONTULIT, PLURIMIS ANIMADVERSIONIBUS, ÆRIQUE INCISIS SIGILLIS ADORNAVIT, DENIQUE LOCUPLETISSIMO INDICE INSTRUXIT

P. GELASIUS DOBNER A S. CATHARINA
E CLERICIS REGULARIBUS SCHOLARUM PIARUM.

TOMUS II.

QUO COMPREHENDUNTUR:

Coſmæ Decani Pragenſis verſus leonini de paſſione S. Adalberti Ep. & Mart. - p. 4.
Anonymorum Polonorum vitæ duæ ejuſdem Sancti - - - - - p. 51.
Anonymi vita B. Ivani Eremitæ - p. 60.
Chronicon Joannis Marignolæ Florentini, Epiſcopi Biſinianenſis - - - p. 68.
Anonymi breve Chronicon Hunnobrodenſe - - - - - p. 283.
Fragmentum Synodi cujusdam Strigonienſis - - - - p. 291.
Anonymi Diarium de rebus Mathiæ Gubernatoris Hung. ejusdemque jam Regis ſolemni Pragam ingreſſu p. 301.
Specimen diplomatarii Bohemico-Hungarici - - - - - p. 323.

CUM FACULTATE CENSURÆ REGIÆ, ORDINARII, ET SUPERIORUM ORDINIS

NEC NON

SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE APOSTOLICÆ MAJESTATIS PRIVILEGIO.

PRAGÆ,
LITERIS JOANNIS JOSEPHI CLAUSER, REGII TYPOGRAPHI.
ANNO MDCCLXVIII.

Digitized by Google

Slav 7205.15
AU 5 06 203 11

Harvard College Library
Nov 13, 1912
Gift of
William Endicott, Jr.

Quid quid vetuſtate commendatur, id venerabile eſſe neceſſe eſt. *Nicephorus Caliſtus lib.* I.

Plus afferunt utilitatis - - - qui veterum ſcripta ex tenebris vindicant, quam qui nova procudunt. *Cardinalis Bona in epiſt. ad Lucam d'Achery.*

Digitized by Google

REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO
AC
EXCELLENTISSIMO
DOMINO DOMINO
GEORGIO
KLIMO,
DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
EPISCOPO
QUINQUE ECCLESIENSI,
INCLYTORUM COMITATUUM
DE
BAVANYA ET TOLNA
SUPREMO AC PERPETUO COMITI.
SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆ APOSTOLICÆQUE MAJESTATIS
ACTUALI INTIMO,
NEC NON
AD EXCELSUM CONSILIUM REGIUM
HUNGARICUM LOCUMTENENTIALE
CONSILIARIO,
MOECENATI SUO
REVERENTISSIME COLENDO
CUM VITÆ FELICITATE
PERENNITATEM.

Digitized by Google

Ad quosquos demum REVERENDISSIME ac EXCELLENTISSIME PRÆSUL ſummæ doctrinæ TUÆ fama pertigit, quem vero illa latere potuit? nemo unus mirabitur TE tam longinque atque ex alia gente MOECENATEM huic Tomo quæſitum. Ut enim thura Deorum altaribus naſcuntur, ita libri ingeniorumque partus eorum aris imponi optant, quos velut quædam Pieria Numina in ſacratius concilium ſuum adſcivere Divinæ Muſæ. Hæc ſumma doctrinæ fama TE eo digniorem tanto Muſarum conſortio reddit, quod eam non modo virtus alis ſuis in altum evehit, ſed & ſingularis comitas, in literatos propenſio ac munificentia univerſæ pene Europæ regionibus annunciant ac commendant, ut nemini mirum videri poſſit, ſi mea quoque ſtudia ILLUSTRISSIMO NOMINI TUO vectigalia fecere, ſi opus præſens non aliis atque TUIS ARIS in-

cen-

Digitized by Google

cendi ſuſpirat. Sane cum annos ab hinc tres confirmandæ valetudinis ergo per urbem noſtram ad Thermas Carolinas profectus eſſes, mox primo aditu TE talem, tantumque mihi præſtitiſti, ut aures, vox, oculique hærerent, quid mirarentur prius potiusque: Summamne animi demiſſionem ac frontem ab omni ſupercilio remotam? an congenitæ cujuſdam comitatis affabilitatisque officia? an ſermonis ſuavitatem mira quadam eloquendi gratia conditam? an in tam eximia naturæ rationis doctrinæque conformationem? quæ animi ſenſuumque meorum fluctuatio me non modo per eos dies, quibus Pragæ moratus, admiratione defixum reddidit, ſed & hodie tenet, laudumque TUARUM qualem qualem præconem reliquit. Nec vero poteſt animus meus magis ad hilaritatem provocari, quam TUI PRÆSUL EXCELLENTISSIME memoria, quam temporis illius recordatione, cum me ſapientiſſimo colloquio

Digitized by Google

dignatus conatus meos qualescunque in illuſtranda hiſtoria patria atque Slavorum (cujus gentis eximium decus es) præter meritum meum probaſti, atque ad proſequendum ſtimulos adjeciſti; cum haud inſcius tenuium fortunarum inſtituti mei, animoque penſans non mediocres ſumptus opuſculis meis excudendis neceſſarios Te ipsum *ultro adjutorem Patronumque obtuliſti, ac ſubinde largum prelo ſubſidium ex Hungaria transmiſiſti. A quo quidem tempore cum mea ſtudia benevolentiæ liberalitatique* Tuæ *obnoxia intelligerem, haud aliud conſiliorum meorum rationi reliquum erat, quam, ut ne ingratus viderer, publico documento teſtatum facere, quantum* EXCELLENTISSIMO NOMINI TUO *debeam. Igitur ad magis magisque demerendam gratiam* Tuam *operam omnem converti ad exquirenda e forulis pluteisque meis monumenta Hungarica Hiſtoriæ Bohe-*

miæ

Digitized by Google

miæ affinia, quod non neſcirem plura iſthic deliteſcere, & Gentem Tuam *Inclytam a ſuis pene incunabulis Bohemorum nationi plurimis affinitatis, ſocietatisque vinculis fuiſſe illigatam, graviſſima item belli pacisque tempore negotia inter utramque agitata. Quæ penus hæc mea chartacea ſuppeditaverit, jam habe* MOECENAS MUNIFICENTISSIME *monumenta nusquam antehac typis excuſa, quæ cumprimis gratiam* NOMINI TUO *debebunt, quod a blattis, tineis, pulveribusque vindicata tandem lucem publicam aſpexerint, quæ non modo memoriam* Tui *ad omnem poſteritatem transſcribent, ſed ſervabunt etiam, dum eorum unus apex ſupererit. Habe inquam primum triplicem veterem Divi Adalberti* HUNGARORUM APOSTOLI *vitam, quo nomine vel ipſis paſſim patriæ* Tuæ *ſcriptoribus venit, & Marignola, quem hoc Tomo proferimus,*

no-

Digitized by Google

nobilitavit. Habe demum vitam B. Ivani inter indigetes Bohemiæ adlectum, quem natales ſuos Hungariæ debere omnis hiſtoricorum ætas profitetur. Habe Chronicon Marignolæ præclara quæque de Inclyta gente TUA *teſtimonia reddens. Habe quarto Anonymi breve Chronicon Hunnobrodenſe, quæ urbs hodiernæ Moraviæ non modo Reges* TUOS *conditores ſuſpicit, ſed & eorum imperium pluribus ſæculis venerata eſt. Huic ſubjicimus fragmentum Synodi cujusdam Strigonienſis, iſti Diarium Mathiæ primum Gubernatoris, tum Regis Hungariæ. Agmen denique claudit Diplomatarium Hungarico-Bohemicum; quod vel unum quantum ad illuſtrandam patriæ* TUÆ *hiſtoriam collaturum ſit, agnoſcent illi, quos ſincerioris hiſtoriæ ſitis exagitat, quique ad argumentum iſtiusmodi enucleandum animum cogitationemque appulere, in quo congerendo, adornandoque cum diſtineremur, haud mediocri-*

ter

Digitized by Google

ter lætati ſumus nos quæpiam inſtrumenta memorias Præceſſorum Tuorum *Quinque-Eccleſienſium Epiſcoporum referentia deprehendiſſe, atque hac ratione aliquid ad Eccleſiæ* Tuæ *hiſtoriam conferre potuiſſe. Quæ omnia & ſingula in hunc Tomum congeſta quemadmodum* Te *unum ſolumque Mæcenatem ſibi expoſcunt, ita cultus obſervantiæque meæ erga* TE, PRÆSUL EXCELLENTISSIME, *monumentum eſſe gaudent ſempiternum. Non enim meliorem potioremque rerum iſtiusmodi æſtimatorem nanciſci potuere, cujus ingenium ad omnem antiquitatis hiſtoriæque cognitionem efformatum haud ignorat, quid voluptatis utilitatisque chartis veteribus inſit: redeo hic merito ad dierum illorum albo calculo notandorum memoriam, quibus coram Pragæ doctiſſimas* Tuas *ſermocinationes & audire cum voluptate, & iisdem erudiri cum emolumento tum mihi tum aliis contigit, quas*

** cum

Digitized by Google

cum omnes ore biante admirabundi exciperent, nemo erat qui TE *non reconditiſſima tam ſacræ quam profanæ hiſtoriæ exhauſiſſe intelligeret ac prædicaret. Nam & gentium barbararum origines, migrationes fataque tanta accuratione referre, tam omnia juſto ordini ac Chronologiæ illigare, tanta memoriæ tenacitate ſingula perſequi ſolitus, ut argumenta quævis ex libris claſſicis, criticisque authoribus prælegere nobis videreris. Quæ una ſolaque profecto admirabilis hiſtoriæ peritia ampliſſimum laudum* TUARUM *argumentum eſſet; ſed quod majus eſt, habet illa reconditioris Philoſophiæ junctum excellens ſtudium; habet profundiſſimam rerum Theologicarum cognitionem, habet, ut nihil de Poeticis Rhetoricisque commemorem, Juriſprudentiæ, Politicæque arctiſſimo vinculo ſociatas ſcientias, quæ merito* NOMINI TUO

eam

Digitized by Google

eam pariunt famam, ut, poſteaquam vix patriæ terminis claudi amplius poteſt, longe lateque Europam pervagetur.

Quis vero ingenium Tuum *ad omnes manſuetiores Muſas natum miretur ad tot artium ſcientiarumque culmen eluctatum, cui vitæ* Tuæ *inſtitutum conditioque explorata ſunt? qui a prima pueritia literis traditus ubertatem indolis felicitatemque naturæ tanta contentione pertinaciaque expoliviſti, ut præter Muſas haud aliud eſſet, quod animum* Tuum *delectaret, affectusque in ſui admirationem aut cupiditatem raperet. Hinc vix adoleſcentiæ annos egreſſum ſummum illud non modo Hungariæ ſed & Europæ ſidus, faſtis inquam patriis ſempiternum commemorandus Celſiſſimus Princeps Regnique Hungariæ Primas Emericus e Comitibus de Eſterhazy ſuis immortalibus laboribus* Te *adjutorem adſcivit, ſuisque conſiliis a ſecretis eſſe juſſit, quo uno tantoque ejusce*

cum omnes ore hiante admirabundi exciperent, nemo erat qui Te *non reconditiſſima tam ſacræ quam profanæ hiſtoriæ exhauſiſſe intelligeret ac prædicaret. Nam & gentium barbararum origines, migrationes fataque tanta accuratione referre, tam omnia juſto ordini ac Chronologiæ illigare, tanta memoriæ tenacitate ſingula perſequi ſolitus, ut argumenta quævis ex libris claſſicis, criticisque authoribus prælegere nobis videreris. Quæ una ſolaque profecto admirabilis hiſtoriæ peritia ampliſſimum laudum* Tuarum *argumentum eſſet; ſed quod majus eſt, habet illa reconditioris Philoſophiæ junctum excellens ſtudium; habet profundiſſimam rerum Theologicarum cognitionem, habet, ut nihil de Poeticis Rhetoricisque commemorem, Juriſprudentiæ, Politicæque arctiſſimo vinculo ſociatas ſcientias, quæ merito* NOMINI TUO

eam

Digitized by Google

eam pariunt famam, ut, poſteaquam vix patriæ terminis claudi amplius poteſt, longe lateque Europam pervagetur.

Quis vero ingenium Tuum *ad omnes manſuetiores Muſas natum miretur ad tot artium ſcientiarumque culmen eluctatum, cui vitæ* Tuæ *inſtitutum conditioque explorata ſunt? qui a prima pueritia literis traditus ubertatem indolis felicitatemque naturæ tanta contentione pertinaciaque expoliviſti, ut præter Muſas haud aliud eſſet, quod animum* Tuum *delectaret, affectusque in ſui admirationem aut cupiditatem raperet. Hinc vix adoleſcentiæ annos egreſſum ſummum illud non modo Hungariæ ſed & Europæ ſydus, faſtis inquam patriis ſempiternum commemorandus Celſiſſimus Princeps Regnique Hungariæ Primas Emericus e Comitibus de Eſterhazy ſuis immortalibus laboribus* Te *adjutorem adſcivit, ſuisque conſiliis & ſecretis eſſe juſſit, quo uno tantoque ejuſce*

 æta-

Digitized by Google

ætatis ſapientiæ, prudentiæque oraculo quantum profecerit dexteritati juncta ſedulitas, paulo poſt univerſæ Hungariæ teſtatum feciſti, ut jam illa digniſſimum ſummeque idoneum judicaret, quem in Senatum Excelſæ Cancellariæ Regiæ adlegaret. Hic meritorum TUORUM *campus, hic gradus fuit, qui* TIBI *viam ad apicem Præſulatus aperuit. Nam cum iſthic pro muneris ratione in rebus proſpiciendis oculatam quandam prudentiam, in conſiliis dandis ſingularem peritiam ac circumſpectionem, in accipiendis moderationem excellensque judicium, in enodandis difficultatibus celeritatem facilitatemque, in decernendis cauſis æquitati copulatam lenitatem, in rebus ſingulis ingenium excelſum atque magnum ſummis infimisque probaſſes, ſuprema meritorum Arbitra & Penſatrix* AUGUSTA *de ſtatuendo laboribus* TUIS *præmio cogitare cœpit, ac ſubinde Anno MDCCLI Quinque-Eccle-*

cle-

Digitized by Google

cheſienſis Epiſcopatus inſulis nobilitavit. Quæ jam ſatis oratio expediat, qua ſapientiæ moderatione tale tantumque Paſtorale munus aggreſſus ſis, qui ut primum Te *normam gregis* Tui *factum intellexiſti, nulloque laudis genere ab eodem vinci velles, ad* Te *primum omnium efformandum curam convertiſti, ut gregi* Tuo *abſolutum quoddam exemplar præberes, unde virtutum omnium normam petere poſſet, in* Te *videret expreſſam imaginem quotidianæ ſuæ vitæ ac conſuetudinis. Quo tam præclaro Paſtoris exemplo, quis nonniſi uberrimus ex hac ſolerti agri dominici cultura ſperari potuit fructus? populus inquam Sanctiſſimis Chriſti præceptis ad ſummam perfectionem imbutus, ad virtutem omnem Chriſtianam expolitiſſimus? Clerus omni diſciplinarum tam Sacrarum quam profanarum genere excultus? Uterque* Te *haberet tanquam ſpeculum, in quod inſpiceret, unde actionum pie*

Digitized by Google

ſančteque ſuſcipiendarum exemplar ſumeret. Quam animo præconceptam Eccleſiæ Tuæ, *populi, Clerique felicitatem ut conſiliis* Tuis *ſapientiſſimis juvares atque ad faſtigium perduceres, Seminario Dioeceſis* Tuæ *eum delečtum Magiſtrorum proſpexiſti, quibus ducibus ſacratioris inſtituti Tyrones, cumprimis ſumptuoſiſſime Bibliothecæ præſidio, ad eloquentiæ Sacræ, ad Philoſophicarum Theologicarumque diſciplinarum plenam cognitionem inſtituerentur. E quo jam tot tantosque egregios verbi divini Præcones, tot ſalutis animarum Zelotas tanquam totidem e Trojano equo egreſſos Heroes gaudet & miratur Hungaria, quorum opera meſſem agri dominici in dies magis magisque creſcere lætatur. Et ne unum præcipuum geſtorum* Tuorum *prætermiſiſſe videamur, quod* NOMINIS TUI *memoriam apud inclytam gentem* Tuam *merito æternitati transſcribet, ſubjicere par eſt hic loci:*

TUA

Digitized by Google

TUA, PRÆSUL EXCELLENTISSIME, *ſolertia vetus illud Præceſſorum* TUORUM *decus & cymelion*, PALLIUM, *inquam, plurium ſæculorum intervallo temporumque injuriis ab Epiſcopatu* TUO *avulſum rurſus vindicatum eſſe. Nam cum immenſam* TUAM *rei Hiſtoricæ peritiam haud quidquam latere poſſet, juſtaque monumenta ac teſtimonia in vaſtiſſimis illis Benedicti XIV. de Canonizatione Sanctorum operibus detexiſſes, olim Quinque Eccleſienſem Epiſcopum inter Quinque Eccleſiæ latinæ Epiſcopos locum tenuiſſe, qui jure* PALLII *gaudere ſoliti*, AUGUSTÆ *noſtræ auſpiciis, ejusdemque Felicis memoriæ Pontificis Summi Gratia id revocaſti atque ſempiternum ſedi* TUÆ *ſtabiliviſti.*

Plura porro eſſent rerum TUARUM *tam in ſacris quam civilibus negotiis præclare geſtarum exempla proferenda, niſi merito vererer nova atque nova laudis argu-*

men-

Digitized by Google

ſanctèque ſuſcipiendarum exemplar ſumeret. Quam animo præconceptam Eccleſiæ TUÆ, *populi, Clerique felicitatem ut conſiliis* TUIS *ſapientiſſimis juvares atque ad faſtigium perduceres, Seminaria Dioeceſis* TUÆ *cum delectum Magiſtrorum proſpexiſti, quibus ducibus ſacratioris inſtituti Tyrones, cumprimis ſumptuoſiſſime Bibliothecæ præſidio, ad eloquentiæ Sacræ, ad Philoſophicarum Theologicarumque diſciplinarum plenam cognitionem inſtituerentur. E quo jam tot tantosque egregios verbi divini Præcones, tot ſalutis animarum Zelotas tanquam totidem e Trojano equo egreſſos Heroes gaudet & miratur Hungaria, quorum opera meſſem agri dominici in dies magis magisque creſcere lætatur. Et ne unum præcipuum geſtorum* TUORUM *prætermiſiſſe videamur, quod* NOMINIS TUI *memoriam apud inclytam gentem* TUAM *merito æternitati transſcribet, ſubjicere par eſt hic loci:*

TUA

Digitized by Google

TUA, PRÆSUL EXCELLENTISSIME, *ſolertia vetus illud Praeceſſorum* TUORUM *decus & cymelion*, PALLIUM, *inquam, plurium ſæculorum intervallo temporumque injuriis ab Epiſcopatu* TUO *avulſum rurſus vindicatum eſſe. Nam cum immenſam* TUAM *rei Hiſtoricæ peritiam haud quidquam latere poſſet, juſtaque monumenta ac teſtimonia in vaſtiſſimis illis Benedicti XIV. de Canonizatione Sanctorum operibus detexiſſes, olim Quinque Eccleſienſem Epiſcopum inter Quinque Eccleſiæ latinæ Epiſcopos locum tenuiſſe, qui jure* PALLII *gaudere ſoliti,* AUGUSTÆ *noſtræ auſpiciis, ejusdemque Felicis memoriæ Pontificis Summi Gratia id revocaſti atque ſempiternum ſedi* TUÆ *ſtabiliviſti.*

Plura porro eſſent rerum TUARUM *tam in ſacris quam civilibus negotiis præclare geſtarum exempla proferenda, niſi merito vererer nova atque nova laudis argu-*

men-

menta in immenſum hanc epiſtolam productura, & animus TUUS *ad omnem modeſtiam comparatus ſilentium mihi imperaret, non enim neſcius ſum* TE *ut modis omnibus incomparabili eſſe ſapientia, judicio, doctrina ac virtute, ita ob ſingularem quandam demiſſionem animi nolle magnitudinem* TUAM *agnoſcere, & vel umbras laudum horrere. Quare quod ſupereſt, brevi voto orationem abrumpo: Deus O. M.* TE *tot virtutibus, doctrinis, omnique laudum genere Summe conſpicuum reipublicæ Chriſtianæ bono, Patriæ ornamento, Literarum decori, Clientum præſidio diutiſſime ſervet, atque incolumem tueatur; quod eum precibus efflagitare nunquam deſinam*

REVERENDISSIMÆ AC ILLUSTRISSIMÆ
EPISCOPALIS
EXCELLENTIÆ TUÆ

Capellanorum infimus
GELASIUS DOBNER A S. CATHARINA,
Schol. Piar. Boh. Prag.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Serius promiſſo meo, tardius exſpectatione Tua benevole Lector prodit hic Tomus II. Manuſcriptorum nuſquam antehac editorum, quem literarium bellum, Apologiæ inquam meæ non tam adornatio, quam cenſura & excuſio adeo uſque morata ſunt. Noli vero mirari me hoc opuſculo falcem immiſiſſe in monumenta Hiſtorica Regni Hungariæ, cultus & obſervantia Reverendiſſimo ac Excellentiſſimo Mecœnati meo debita id ſuadebant, & prope expoſcebant, cujus hiſtoricis ſtudiis, quod in pluteis collectionum mearum ad memorias Hiſtoriæ Hungaricæ ſpectare deprehenderam, delegi, congeſſi, hocque Tomo complexus ſum. Non autem illa tam ſejuncta ſunt ab hiſtoria patria, ut ne eam modis omnibus adjuvent, atque il-

Digitized by Google

luſtrent: Mira enim paſſim gentem inter Hungaricam, Boemamque interceſſit ſocietas, neceſſitudo & fœderum vinculum, quod demum Principis unius utrique Regno præſidentis imperium arctius adnexuit. Huc accedit, quod, fatis ita urgentibus & rerum viciſſitudine paſſim humanas felicitates temerante, non ſemel gens noſtra bellis cum inclyta Hungarorum natione implicita fuerit, quæ omnia utriusque gentis hiſtoriam tam arctis nexibus illigavere, ut alterutram recte intelligere aut ſcribere volenti neceſſe ſit utriusque gentis annales evolvere ac in conſilium vocare.

Excellentiſſimi itaque Mecœnatis noſtri demerituri gratiam delegimus vitas tres Divi ADALBERTI Epiſcopi Pragenſis & Martyris nusquam antehac vulgatas: cum is eo nomine Hungarorum Apoſtolus audiat, quod S. STEPHANUM primum Hungariæ Regem aquis baptiſmalibus abluiſſe, gentique diſcipulos ſuos in Magiſtros fidei dediſſe multorum Chronicorum fide aſſeratur. Delegimus vitam B. IVANI, qua vetuſtior nulla hactenus prodiit, quod author indigetem hunc patrium ortu & gente Hungarum fuiſſe adſtruat. His ſubjunximus Joannis Marignolæ Chronicon toties Lectori noſtro promiſſum, in quo rerum quoque Hungaricarum non contemnendæ memoriæ: Nam & primus is, quod conſtat, copioſius Ottocari bellum cum Bela IV. & filio ejus Stephano poſteritati tranſcripſit,

&

Digitized by Google

& epiſtolam illam Ottocari ad Alexandrum IV. Pontificem maximum de glorioſa ſua ab tot hoſtibus reportata victoria literis conſignavit. Eam quidem etiam Marignolæ ſynchronus Pulkava Chronico ſuo inſeruit, ſed pluribus reſperſam mendis, in eoque maxime hallucinantem, quod Alexandro Papæ Hadrianum ſubſtituerit, qui primum Petri Cathedram anno 1276, adeoque duobus & viginti annis poſterius hac victoria occupavit. Hæc excipit Breve Chronicon Hunnobrodenſe, id fragmentum quodpiam Synodi Strigonienſis, & Diarium Mathiæ Hungariæ Regis. Agmen claudit ſpecimen Diplomatarii Hungarico-Bohemici, quorum ſingulorum argumenta rarioraque fuſius hic exponere ſupervacaneum cenſemus, quod obſervationes prævias cuique documento præjecerimus.

Nihil itaque reliquum eſt, quam optare, ut præſens monumentorum quorumque novorum collectio hiſtoricis Tuis ſtudiis, benevole Lector, ſin minus utilis, ſaltem judicio lectionique Tuæ jucunda accidat. Vale.

Digitized by Google

OBSERVATIONES PRÆVIÆ IN VITAM S. ADALBERTI A COSMA DECANO PRAGENSI SCRIPTAM.

I.

Inſtitutum noſtrum legesque, quas nobis ipſis Tomo I. Mss. nuſquam antehac editorum præſcripſimus, perſecuturi, tria quoque in his excudendis monumentis expendere officii noſtri deputamus. Et quidem primo Authoris, ſi conſtiterit, ætatem, inſtitutum, vitæque quampiam epitomen. Secundo codicis ipſius, e quo monumentum depromtum eſt, formam, conditionem, ætatem, aliaque quæ huc ſpectant. Tertio prægustum aliquem rerum delectiſſimarum rariſſimarumque.

Jam quemadmodum Tomo noſtro primo principem locum ſibi merito vindicavit Vincentius inclytæ Metropolitanæ Pragenſis Eccleſiæ Canonicus, ita in præſente volumine primas deferimus alteri ex eodem Reverendiſſimo Collegio Hiſtoriæ noſtræ Parenti Coſmæ Decano, cujus manuſcriptam vitam S. Adalberti nuſquam antehac publicatam, imo perpaucis viſam cognitamque iſthic proferimus. Ultro quidem fatemur nec in titulo, nec intra contextum hujus vitæ uſpiam veſtigium expreſſum eſſe, eam a Coſma Decano fuiſſe conſcriptam, at plurima

per-

Digitized by Google

perſuadent nemini alteri, quam eidem eſſe concedendam, quod jam argumentis quibusque demonſtrare ac probare par eſt. Et primo quidem haud obſcure Coſmas ipſe innuit ſe ſe ante Chronicon ſuum jam vitam & paſſionem S. Adalberti ſcripſiſſe; Nam L. 1. ad Annum 995. de S. Adalberti geſtis loquens ſubjungit: *Scire poterit, qui vitam ejus ſeu paſſionem legerit, nam mihi jam dicta bis dicere non placet iſta.* Quæ verba, uti &, quod vita vetus S. Adalberti in eo exemplari, quo uſus eſt Marquardus Freherus, Coſmæ Chronico ſubnexa fuerit, veroſimillime induxere Virum hunc doctiſſimum, quod vetuſtiſſimam vitam S. Adalberti a coævo ſcriptam Coſmæ adjudicaverit, ſub ejusque nomine Anno 1607. Hanoviæ typis Wechelianis in lucem emiſerit. Verum vitæ illius a Frehero recenſitæ authorem minime fuiſſe Coſmam jam copioſe & luculenter in Prodromo noſtro Annalium Hagecianorum p. 176. oſtendimus, ut proinde cramben recoquere ſupervacaneum cenſeamus. Quod autem præſentem, quam edimus, vitam illam eſſe non modo ſuſpicemur, ſed remoto omni dubio certam deputemus, quam Coſmas ſcripſit, & ad quam ſe in Chronico ſuo ad Annum 995. revocat, hæc nobis argumento ſunt: Non ovum ovo ſimilius, quam phraſis & ſtylus hujus vitæ cum oratione Coſmæ in Chronico ſuo prodita, quem omni pene periodo jam fragmenta carminum, jam integros leoninos verſus immiſcuiſſe nemini ignotum, qui ejus ſcripta excurrit. Nec futurum confidimus aliquem, qui collatis utrisque non illico in hoc Poemate Coſmam tanquam luſciniam e cantu cogniturus ſit, & cum Terentio exclamaturus: *Qui utramvis norit, ambas noverit.* Profecto vel in hac ipſa vita plura fragmenta carminum eſt legere, quæ dein Coſmæ in exaratione Chronici ſui rurſum excidere, quale illud de Judæo Apella ex Horatio, de electione S. Adalberti, de Conſtantia Romana muliere, cui eadem verba *emunctæ fœmina naris* adaptat, quæ in Chronico ſuo L. 1. Tetkæ adſcribit, ut plura alia loca prætermittam. Alterum eſt, cum Coſmas ad dictum annum retuliſſet S. Adalbertum Romæ degentem a Moguntino Archi-Epiſcopo

Digitized by Google

interpellatum, ut ad ſuam Eccleſiam Pragenſem rediret, ſubjungit: S. Adalbertus *cum viro ſummæ diſcretionis Præſule nomine Nothario adiens Archi-Epiſcopum Moguntinæ urbis in palatio rogat, quo per ejus miſſos ſcire poſſet, ſi ſe ſuus grex recipere vellet. Quo facto quid ſibi ſuus grex reſponderit, aut quam ob cauſam eum non receperit, vel ad quas gentes inde tranſierit, quantæ etiam frugalitatis omnibus diebus ſui Epiſcopii fuerit, quanta morum honeſtate enituerit, ſcire poterit, qui vitam ejus ſeu paſſionem legerit.* Scilicet Coſmæ, ut ante ait, *dicta bis dicere non placuit iſta*, quare ad vitam & paſſionem verſibus a ſe multo prius ſcriptam revocat, in qua hæc omnia copioſiſſime tractata reperiuntur, ſecus enim ad hiſtoricum geſta hujus Sancti enarrantem pertinuiſſet hæc ſilentio minime præterire. Tertium eſt: quod conferenti in propatulo erit, Poema hoc Coſmæ non aliud eſſe rerum narratarum ſerie a vita S. Adalberti vetuſtiſſima & a coævo ſcripta, quam Freheri beneficio typis excuſam habemus, ſinguli enim paragraphi, periodi & pene verba quandoque verbis Coſmæ reſpondent, niſi quod is ſolutam orationem in ligatam verſusque leoninos traduxerit. Unde procul dubio enatus error, quod cum rhytmica Coſmæ vita veteri alteri ſenſu & rebus reſponderet, hæc etiam ejusdem authoris eſſe crederetur. His itaque conſideratis nemini dubium videbitur pridem illam deſideratam, & hactenus incognitam vitam S. Adalberti a Coſma conſcriptam haud aliam eſſe, quam præſentem leoninis verſibus exaratam, quæ candorem, genium, Poeſin Coſmæ omni parte redolet, quæque hanc antiquitatem plurimis indiciis prodit.

De ætate Coſmæ, patria, vitæ inſtituto, geſtis, annoque obitus jam locupleter diſſeruimus in Prodromo noſtro Annalium Hagecianorum pag. 172. & ſeqq., quo benevolum Lectorem plura de eo ſcire cupientem remittimus. Eodem loco elucidavimus præterea diſtinguendum eſſe Coſmam Decanum Authorem Chronici ab Epiſcopo Pragenſi, quod confirmat Necrologium Bohemicum manuſcriptum Auguſtæ Bibliothecæ Vindobonen-

Digitized by Google

nenſis inter Hiſtoricos Eccleſiaſticos ſignatum N. L. cujus excerpta ad nos benevole miſit Perilluſtris Eques Taulow de Roſenthal, Suæ Sac. Cæſareæ Regiæque Apoſtolicæ Majeſtatis Conſiliarius & Archivarius. Coſmæ enim Epiſcopi Pragenſis dies emortualis conſignatus habetur IIII. Idus Decembris, Coſmæ vero Decani XII. Kl. Novembris, ut eam diem recte adnotavit etiam tam codex Coſmæ Dresdenſis, quam Metropolitanus.

II. Ut de codice, e quo vitam hanc S. Adalberti deprompſimus, quæpiam præjiciamus: Rariſſimus hic codex eſt manuſcriptus membranaceus Archivi Metropolitani, cujus jam in Prodromo noſtro, cum de Coſma ageremus, quandam imaginem dedimus. Eſt nempe is idem codex, cujus fronti hæc verba inſcripta: *Cymelion Archivi Metropolitani*, & in quo verſa pagina Bertholdus Pontanus pugno ſuo appoſuit teſtimonium; Codicem hunc temporum injuriis ereptum ſua induſtria rurſum vindicatum fuiſſe. Codex, inquam, ille eſt, qui Coſmam cum ſuis continuatoribus, Chriſtannum, vitam S. Wenceslai juſſu Ottonis II. ſcriptam, aliasque duas nuſquam antea prelo ſubjectas, denique vitam S. Adalberti a Frehero editam, hancque ipſam præter alia minoris momenti complectitur. Debemus vero codicis hujus communicationem, exſcriptionemque inſigni gratiæ Reverendiſſimi, Perilluſtris ac Ampliſſimi D. D. Joannis Michaelis Herz de Herzenfeld, Eccleſiæ Metropolitanæ Pragenſis Præpoſiti, Prælati Regni atque Facultatis Theologicæ Cæſareo-Regii Præſidis ac Directoris, debemus eam etiam benevolentiæ Reverendiſſimi ac Ampliſſimi D. Georgii Adami Englerth, ejusdem Eccleſiæ Metropolitanæ Canonici, Collegiatæ Eccleſiæ ad S. Apollinarem Decani, & Reverendiſſimi Capituli Pragenſis Bibliothecarii ac Archivarii, jam annis ab hinc tribus in conſcribendo, inſtruendoque Archivo diſtenti, quorum ſingulari beneficio non modo vitam hanc aliaque hujus codicis exſcribere, ſed etiam conferre licuit. Quo igitur publico teſtimonio gratiſſimam animi noſtri vicem teſtatam cupimus.

III. Si

Digitized by Google

III. Si materiem vitæ ſpectes, non caret ea inſignibus quibusque vetuſtatis documentis, quæ eorum temporum hiſtoriam multum illuſtrant. Innuimus vero ſupra Coſmam præ manibus habuiſſe vetuſtiſſimam coævi vitam, quam is ſuis nonnunquam, & quæ alibi reperit, adjectis in verſus retulit, imo pleraque etiam ex ordine paragraphorum hujus authoris perſecutus eſt. Unde Coſmas poſtea Chronicon ſuum ſcripturus ab iis repetendis paſſim abſtinuit illa pene ſola de Ztrachyquate Sancti Adalberti Epiſcopatum involante, illiusque funeſta morte referens, quod non neſciret tam coævum, quam ſe in vita hujus Sancti eorum mentionem non feciſſe. Non præter cauſam igitur hæc ad annum 994. in Chronico ſuo enarraturus præmittit: *Nec tranſiliendum cenſeo, quod ab aliis prætermiſſum video.*

IN-

Digitized by Google

INCIPIUNT VERSUS
DE PASSIONE
SANCTI ADALBERTI
EPISCOPI ET MARTYRIS.

I. Quatuor immenſi jacet inter climata mundi
Terra potens magne quondam *Germania* fame,
In cujus parte locus eſt non ultimus arte,
Natura ſtrictus, *Bohemia* nomine dictus,
Armis atque viris & rebus dives opimis,
Sed nimium vanis gens eſt ea dedita ſacris,
Hujus pars magna variis erroribus acta,
Factorem ſpernit, facture perfida ſervit.
Nam colit hic latices, colit hic vel ſaxa, vel ignes,
Nec non & multi ſacro baptismate loti,
Nomine Criſticole, ſed in actibus ydolatite,
Ritu gentili vivunt a lege ſoluti.

Res quibus eſt lucri, fuerit que cauſa pericli,
Sed tamen haud pauci, qui plus ſunt mente capaci,
Ex illa gente pro ſpe, vitaque perhenne,
Quod precepta jubent, factis & moribus implent.
Hos inter ſolus *Zlaunicus* (*a*) nomine dictus
Hac fuit in parte fidei, qua floruit, alme
Religio munda, nec factis contaminata,
Vir bonus & prudens, vitam ſine crimine ducens,
Dulcis in aſpectu, rerum diſcretus in actu,
Simplex & mitis, perrarus ſtemmate civis, (*b*)
Preditus argento, precioſo dives & auro,
Inter opes fidus, Divine legis amicus,
Servator juſti, celeſtis cultor honeſti;
Namque potens genere, proprio quam clarus honore,
Spes miſeris tuta, ſed plebis firma columna
Judicioque pium dampnatis vixit aſilum. (*c*)
Felix felicem qui duxerat & mulierem, (*d*)
Moribus & genere, cui nec ceſſiſſet honore,
Criſti preceptis nam pectoris aure receptis.
Non explere famem, nec ſcivit ponere finem,
Nec in matrone delectabatur amore, (*e*)
Gemmas, argentum, pompas non duxit & aurum
Stercore pro vili, que ducunt optima ſtulti,

Et

(*a*) Mabillonius ſæculo V. Bened. in editione hujus vitæ legit *Slavinc*, & in notis ſubjungit: *aliis Slavvinx*, *mendoſe Slavvnich.* Verum rectam eſſe ſcriptionem *Slavnik*, quam hic Coſinas profert indubium eſt. (*b*) Alter vetuſtus vitæ author de nobilitate ſanguinis Slavnici ita loquitur: *Qui Regum tangit lineam ſanguinis: quem longe lateque jura dantem hodie tremunt*, *Henrico Regi acceſſit proximus nepos.* (*c*) Vixit autem Slavnik uſque ad annum DCCCCLXXXI, quo eum fatis ceſſiſſe prodit tam Coſmas in Chronici ſui libro primo, quam Annaliſta Saxo; igitur antequam S. Adalbertus in Sedem Epiſcopalem Pragenſem fuiſſet evectus, quo in calculo erraſſe Coſmam in Annalibus noſtris oſtendemus. (*d*) Nomen uxoris non exprimit hic loci Coſmas, uti nec Anonymus, quem Coſmas in carmen traduxit, ſupplet vero Anonymus alter vitæ S. Adalberti Scriptor: *Mater ejus nomine Strzezislava ex genere Boemorum erat*, *nobiliſſima claro*, *digna jugalis juncta digno marito.* Et ipſe Coſmas in Chronico ſuo: *Anno DCCCCLXXXVII. obiit Zrezislawa* (ut habet emendatius Codex Dresdenſis) *Sancti Adalberti mater venerabilis*, *&* *Deo acceptabilis matrona*, *tantæ etiam Sanctæ ſobolis dici mater*, *&* *eſſe digna.* (*e*) *Id eſt:* nec delectabatur in illis, quæ aliis matronis in amoribus erant.

Digitized by Google

Et dapibus paſta modicis, & corpore caſta;
Mater erat miſeris, pes claudis, ſemita cæcis,
Civibus in cunctis ambo pro talibus actis
Vivebant clari, Criſtoque per omnia cari.
II. Ergo tempus erat, quo proles Sancta decebat
Naſci, digna ſuis, majorque parentibus ipſis.
Et puer extemplo materna funditur alvo
Candidus & talos a vertice pulcher ad imos,
Quem poſt in lavacro tinctum baptiſmate Sacro
Nomine gaudentes *Woytbiecb* (*f*) dixere parentes,
Noſcere quem poſſet ſapiens, tum ſi quis adeſſet,
Qualis vel quantus fuerit quandoque futurus.
Sed pater ignarus pueri dulcedine captus,
Inter magnanimos gnatos interque propinquos
Sic ait, hic heres, ſi parcent fata, ſuperſtes,
Poſt me ſolus erit, qui res & ſceptra tenebit. (*g*)
Sed quod blandus amor peccat patris, & pius error,
Vindex celeſtis culpam mox abluit enſis.
Nam pueri ſubitus teneros dolor occupat artus,
Emque (*b*) dies! morbo ventris magis & magis aucto
Accurrunt Medici, prodeſt ars nulla ſaluti.
In foribus prompta ſed mors verſatur amara,
Unguibus infelix lacerat ſua pectora nutrix,
Quid facerent fratres, una fidique clientes,
Stant tamen flentes, &, quod potuere, gementes,
Deficit ipſe pater luctu ſimul & pia mater,

 Nec

(*f*) Alter vitæ author dicit: *quod nomen interpretatum ſonat: Conſolatio exercitus.* At Mabillonius contendit hanc interpretationem non reſpondere nomini Adalberti, cujus ille etymologiam e germanico repetit. Reſpondet vero optime Boemico vocabulo *Woytiech.* Cur autem a quibusdam veteribus S. Adalbertus etiam *Vincentius* nominetur, excutiemus quarta parte Annalium noſtrorum. (*g*) Primus vitæ author ſolum dicit: *Parentes præ nimia pulchritudine, quam habuit, deſtinaverunt eum ſæculo.* Non fruſtra vero Coſmas ſceptrum S. Adalberto a patre deſtinatum ait, cum in ſuo Chronico ad Annum 981. Patrem Zlavnik Ducem faciat, cujus vaſtam terrarum amplitudinem ſecundum plagas deſcribit, ſic vero ille: *Hic Dux Zlavnik quamdiu vixit, feliciter vixit.* Alter etiam Anonymus vitæ ſcriptor N. 4. terras Slavnici patris *regnum* vocat. (*b*) Id eſt: *Hemque.*

Digitized by Google

Nec vox nec ſenſus, vix eſt ſed ſpiritus intus.
Tandem ſub media nece mentis ſede recepta
Concipiunt *Criſtum* precibus pulſare benignum,
Nec mora fit, ſancti tendunt ad limina templi,
Utque ſolum taciti texerunt corpore proni
Omnibus in Sanctis, que plus fert dona ſalutis
Humano generi, non ceſſant corde precari
Criminis expertem *JESU Criſti* Genitricem,
Inpoſitumque ſacre ſurgentes (*i*) deſuper are,
Voverunt puerum Domino placabile votum. (*k*)
Hys ita transactis avertitur ira Tonantis,
Emicat & morbo ventris puer extenuato,
Et modo qui triſtes fuerant ſub morte parentes,
Leti gaudebant, Domino gratesque ferebant,
Qui non vult hominum placari morte nocentum,
Sed quem ſemper amat, pius ut pater ipſe flagellat.
III. At puer ereptus mortis de faucibus hujus
Corpore creſcebat, ſtudiis & proficiebat.
Parvo Pſalterium didicit nam tempore totum,
Laſcivus patera tum cum ludebat in aula.
Quem poſt ad magnam Pater Archipreſulis (*l*) aulam
Miſit *Adalberti* cauſa majora legendi.
Vir fuit hic magnus, major quo non fuit ullus,
Cum ſacra ſedet, tum *Porthennupolis* arce.
Hec eſt Virginea vulgo ſic nomine dicta
Urbs quondam magna, magnis ex urbibus una
Otto dum dextra primus Regalia ſceptra
Rexit, nunc miſeris ſtacio maleſida carinis,
Pro meritis hominum ſic eſt deſerta nocentum. (*m*)
Hoc mandrita ſcolis in tempore prefuit illis

Opti-

(*i*) Fortaſſis contractum pro *Surrigentes*, aut legendum: *ſiſtentes*. (*k*) Alter Anonymus votum hoc clarius explicat, verba ſunt: *Dixerunt territi parentes tremula voce: Non nobis, Domine, non nobis vivat puer iſte, ſed Clericus in Dei Matris honore portet jugum tuum pulcra cervice.* (*l*) Nempe Magdeburgenſis, ſeu Parthenopolitani. (*m*) Similia plane de Parthenopoli loquitur Anonymus vitæ Scriptor: *Nunc autem pro peccatis ſemiruta domus, & maleſida ſtatio nautis.* Scilicet collimat author ad vaſtationem Provinciarum Ottonis a Barbaris præſertim Slavis factam, de qua Annaliſta Saxo ſeu Chronicon Magdeburgenſe ad Annum 999.

Digitized by Google

Optimus *Oſtricus* (*n*) ſtudio nullique ſecundus,
Copia quo multa librorum floruit aucta. (*o*)
At Preſul puerum nimia pietate receptum
Tempore poſt paulo confirmans Criſmate ſacro
Plebeium proprio nomen cognomine digno
Woytbiech Adalberto mutat, (*p*) traditque magiſtro.
Huic individuus junctus Comes affuit almus
Spiritus, & cuncta currunt predivite vena,
Virtus Divina, ſenſus, oratio ſancta.
Temporis hic quanti vixit ſub jure magiſtri,
Peſtiferam ſedem cautus vitavit, ut anguem,
Et quorum fragilis ſenſus fuit & puerilis,
Horum conſiliis nunquam conſenſit iniquis.
Aſt ubi ludendi, ſimul & quo vellet eundi
Tempus ſubluxit, Doctor cum forte receſſit,
Vadit ad Eccleſias ſecreto tramite ſanctas,
Perſolvens pſalmis pro tempore munia laudis.
Pervenit (*q*) occurſus Doctoris abinde reverſus,
Sed ſua ne videat quisquis bona, que faciebat,
Noctibus aſſurgens non ſegnis ubique recurrens
Cecis & claudis, pupillis & peregrinis
Omnibus immodica ſolamina preſtat amica.
Verum ne quisquis ceptis hys deforet unquam,
Sat pius ipſe pater, ſat miſit & optima mater,
Quin eciam merito veſtes, aurumque magiſtro
Vaſaque gemmata mittunt, & cetera multa,

 Re-

(*n*) Mabillonii editio habet *Ohtricus*, alter vitæ author: *Ottricus*, de quo ita loquitur: *Scholis præerat tunc Ottricus quidam facundiſſimus ætate illa quaſi Cicero unus, cujus memoriale clarum uſque nunc intra ſaxoniam habetur.* De hujus Ottrici rebus copioſius agitur apud Mabillonium ſeculo V. SS. Bened. in vita Adalberti Archi Epiſcopi Magdeb. (*o*) Anonymus, quem Coſmas carmine expreſſit, ait; *Sub quo turba juvenum, & liberorum copia multa nimis creſcente ſtudio floruerunt.* (*p*) Alter vitæ ſcriptor N. 4. bis per errorem confirmatum fuiſſe ait S. Adalbertum, verba illius ſunt: *Adalbertus - - - bonæ indolis puerum Woytiech ſancto chriſmate linivit. Hæc cum facta eſſent, parentes non norunt. Poſtea quando finito ſcholæ duello domum rediit, recordata eſt mater pueri, quia Pruziis Epiſcopus gentium poſitus idem Adalbertus,* (poſtea Archi-Epiſcopus Moguntinus) *cum ſuper regnum patris* (Slawnik) *iter ageret, deductum fuiſſe filium cum ungendis pueris, ut primo chriſmate liniretur.* (*q*) forte: *prævenit.*

Digitized by Google

Rebus in humanis, que cara videntur avaris;
Doctrine cari poſtponunt omnia gnati.
Ille ſed in cunctis intentus rebus agendis
Immotus mediis viciorum ſtabat in undis,
Hys ita proficiens ſtudiis precelſerat omnes,
Nam ſimul equales furtim prandendo ſcolares
Dulcia ſorbentes obſonia ſepe latentes
Fallunt Doctorem, ludis minuuntque laborem:
Ille ſue Domine laudes ſolvendo *Marie*
Non dape carnali fruitur, ſed ſpirituali,
Scilicet Angelicam deguſtans dulciter eſcam.
IV. Hec inter facta referam, que cauſa ſit acta,
Et quam corde foret ſimplex, videamus oportet.
Quadam nempe die fertur puer indolis ille,
Dum ſtudet ex more Criſti ſuccenſus amore,
Tectâ ſubire ſua ſociis comitantibus una,
E quibus ut quidam vidit tranſire puellam,
Mox in tellurem pro ludo ſtravit eandem,
Et vix invitum projecit deſuper illum.
Stant ſocii magnó ſolventes ora cachinno,
Quid foret acturus cupientes ſcire tenellus:
O bona ſtultitia (*r*) ſancte virtutis amica!
Jam ſe feciſſe crimen putat, atque periſſe,
Et quia veſtitam tetigit non ſponte puellam,
Illico triſtatur, lacrymans, ac talia fatur,
Hei mihi, quòd timui, quod ut anguem mente refugi,
Meſtis adeſto Deus! jacui non ſponte ſubactus,
Quam vel ſic tetigi, puto rem cum virgine feci.
Singultuque pias interrumpente querelas
Actorem tanti demonſtrans indice facti:
Hic me nunc, inquit, renuentem nubere fecit.
Talibus innumeris intra virtute peractis,
Magnas augebat ſibi laudes, quas fugiebat,

Nam

(r) Id eſt: *Simplicitas*, ut hodie dicimus.

Digitized by Google

Nam ſic mirantes dicebant tunc ſimul omnes:
Hunc Deus erexit, benedicens, & benedixit,
Cujus adhuc infans tenera ſe carne fatigans
Servat preceptum. Io terque quaterque beatum!
Sepius extrema veniens Salvator in hora
Inveniet vigilare ſuum ſic uſque fidelem.
Cognitus atque quibus Pater & Mater fuit ejus,
Mente favent ceptis, promunt & talia verbis:
Si tener etate ſic preditus eſt pietate
Quid mirum tantus, ſi talibus eſt puer ortus,
Purpureo flore cujus clareſcit in ore,
Inſita materna facies, pietasque Paterna.
Annis quot ſtuduit, quamvis hoc nemo notavit, (s)
Sat tamen innotuit, quia grammaticam bene novit (t)
Quem Deus, ut cuncti ſperamus, dogmate tali
Imbuit, ut noſſet, quo tramite poſtea poſſet
Scandere Divine legis ſuper ardua mente.
Aut ideo potius potavit amara puſillus,
Ut poſt Vir factus predulces hauriat hauſtus.
V. Poſt hec *Octricum* Magnus Rex *Otto* Magiſtrum
Aptum Regali conſcripſit prefore curti. (u)
Ac tum prefatus Vir terque quaterque beatus
Preſul *Adalbertus* mortali carne ſolutus
Letus ab hac terra jam transvolitarat ad ethra, (x)
Ut puer e ſtudio repedat, poſt tempore longo
Viſitur, ut patriam fratresque domumque paternam,
Et Sedis Sacre primo ſub Preſule *Prage*
Cum fidei parma lumbos precinxit & arma,
Sancte virtutis ſumpſit, galeamque ſalutis,

Ho-

(s) Alter vitæ author ait: *Annos ter ternos in arena ſtudii palæſtram exercet ingenii.* (t) Anonymus id dicit de Philoſophia, ſic enim ille: *ſed quia ſecularis Philoſophiæ ſcientiſſimus eras, novimus omnes.* (u) De hoc plura legi poſſunt in ſupra memorata vita Adalberti Archi-Epiſcopi Magdeburgenſis apud Mabillonium ſæculo V. SS. Benedicti. Obiit autem Othricus anno 981. aut in ſequente, ut argumentatur ibidem Mabillonius. (x) Id factum anno 981, quo Adalbertus Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis mortem oppetiit, quam uti & funus ejus copioſe perſequitur Annaliſta Saxo apud Eccardum T. I. dicto anno.

Digitized by Google

Hoſtis ut ignita poſſet confringere tela.
Preſulis at corpus parvo poſt tempore morbus
Maximus hoc cepit, cito finis & ultima venit. (y)
Heu mala ſive bona, que lance repenſat in equa.
Et jam ſupremo ſingultu pectore pleno
Hanc ita fabellam vix edidit ore miſellam:
Hei mihi! qualis ego quantum diverſus ab illo
Semper eram! qualem me ſi liceat, modo vellem?
O caro terrena modo vermibus eſca futura!
Dic, ubi fallaces ſunt laudes resque fugaces?
Hic honor omnis abit, nec te poſt facta beabit.
Verum plus vermes augetque fovetque perhennes,
Hec fore pro merito fateor, nec vera negabo:
Mundus decepit me fallax atque peremit,
Promittens ſtulto mihi vivere tempore longo,
Seva ſed en gladio perimit me mors inopino.
Dei mihi commiſſum ſine fructu reddo talentum,
Plurima peccantem populum ſimul & pereuntem
Quod non correxi, ſed paſtor nomine vixi,
Aſt quibus ebrietas lex, & pro lege voluptas,
Quod placet, hoc faciunt, quod diſplicet illud omittunt,
Hoc eſt quod ſolum dolet, atque dolebit in evum,
Victima nam baratro proficiſcor tramite recto,
Mors ubi queretur mihi, nec tamen invenietur,
Sed rogus ardebit meus & ſine fine manebit. (z)
Hoc & cum dicto mundo migravit ab iſto,

Se

(y) Is fuit *Ditmarus* primus Epiſcopus Pragenſis, textus Bollandianus corrupte *Tetbartatum* nominat. Minus recte autem Coſmas in Chronico ſuo libro 1. annum mortis Ditmari anno 968. illigat, cum certum ſit S. Adalbertum primum anno 983. Sedem Epiſcopalem, eodem quo Ditmarus obiit anno, occupaſſe. Quem errorem Coſmæ jam notavit Annaliſta Saxo. (z) Hæc Coſmas Phraſi, multisque verbis retentis ac in carmén redactis exſcripſit ex eodem Anonymo vitæ authore. At quin Ditmarus moriens hanc publicam confeſſionem illa ætate minime inſolitam non tam ex reatu, quam humilitate, & meritorum ſuorum depreſſione fecerit, nullum dubium, non deſunt enim etiam coævorum teſtimonia de Ditmari ſanctitate. Quare etiam Coſmas in Chronico ſuo, quod hac vita poſterius ſcripſit, jam abſtinet ab hac mortis exaggeratione, quin ait: *Poſt hæc Præſul Dietmarus eccleſias a fidelibus in multis locis ad Dei laudem conſtructas conſecrat, & populum gentilem baptizans quam plurimum facit Chriſto fidelem: Nec poſt multos dies anno ſcilicet Incarnationis Dominicæ DCCCCLXIX. IIII. Nonas Januarii vinculis carnis abſolutus talentum ſibi creditum Chriſto reportavit centuplicatum.*

Digitized by Google

Se ſuper & planctus fit circumſtantibus auctus.
Non autem temere magno tremuere timore,
Maxima pars cujus *Woytiech* puer affuit. imus, (*a*)
Qui media nocte ſurgens nulloque ſciente
Circuit Eccleſias miſerorum brachia ditans.
Preſul defunctus nec adhuc tellure ſepultus
Vivat ut in celis, precibus commendat anhelis,
Utque ſolet fieri ceperunt dicere multi
Sic erit hic dignus Doctor paſtorque benignus;
Nonnulli palam Sedem promittere ſacram.
VI. Haud procul a *Praga* poſt hec plebs convenit orba (*b*)
Ipſius, & terre Dux cum Primatibus ipſe (*c*)
Venit & inquirit, plebis ſentencia quæ ſit,
Quem deſignare placeat paſtoris honore?
Mox ſucclamantes conſtanter tunc ſimul omnes:
Quis dicunt alius, niſi *Woythiech* noſter Alumnus?
Ipſius huic oneri bene concordant & honori
Virtus, nobilitas, etas, mos, vita, poteſtas. (*d*)
Hic ſcit, quid doceat, ſcit, quo grex tramite pergat,
Ad ſedes patrie claras ſecurus amene.
Ergo cum facta foret hec electio ſancta
Temporis ejusdem momento tunc & eodem
Sedis in Eccleſiam correptus demone quidam
Advolat, & cuncta ſua depromit malefacta.

(*a*) Adverſa priori vitæ ſcriptori, & his Coſmæ relatis videtur adſtruere alter vitæ author, qui ex hujus mortis terrificæ viſione tandem adoleſcentem Woytiech emendatum ſcribit, ſic vero ille: *Præſens erat tunc Adalbertus* - - *quem, ut ipſe poſt Abbati in monaſterio dixit, viſionis illius magnus horror invaſit, & ad primam ſalutem direxit. Exinde emendare mores, frena ponere animis, deſideria carnis igne divini amoris excoquere cœpit.* Sed conciliari hæc facile poſſunt, cum enim ex ipſa confeſſione S. Adalberti procedant hæc relata, ſentiendum id eum quoque ex humilitate Abbati confeſſum, intelligendumque de perfectiori ſuſcepto vitæ ſtatu poſt mortem Ditmari, non de emendatis vitiis carnis, cum prior author innocentiam vitæ exemplo puellæ joco, & caſu ei ſubſtratæ ſatis muniat. (*b*) Coſinas in Chronico ſolo rem enucleatius explicat his verbis ad annum 969: *Facta eſt autem hæc electio non longe ab urbe Praga Levigradec in oppido XI. Kal. Martii, eodem quo obiit Diethmarus tempore & anno.* Igitur anno 983. non 969 ut in annalibus noſtris Parte IV. oſtendemus. (*c*) Nempe Boleslaus Pius. (*d*) Ejusmodi pene verba refert Coſmas in Chronico ſuo, quæ proinde eum authorem eſſe hujus carminis rurſum oſtendunt.

Digitized by Google

Altaris fidi concurrunt nempe miniſtri
Ipſum pulſantes precibus Sathanamque fugantes,
Moxque per os hominis ſic clamat territus hoſtis:
Quid mihi vel vobis? hinc me num poſſe putatis
Pellere? ne veſtra jactetis inania verba;
Illum qui ſolio nunc eſt ſeſſurus in iſto
Heu timeo valde; nec hic plus audeo ſtare,
Demonibus nobis tantum trahit ille timoris.
Hec, hominem, dicens, diſcerpens, atque fatiſcens
Ut tandem ſano demon fugit inde relicto. (*e*)
Nuncius & mane veniens in menia *Prage* (*f*)
Retulit ut ſancta Sinodalis res fuit acta,
Laudibus & plenis urbs eſt commota camenis.
Teque Deum, Clerus, laudamus, jubilat almus,
Et cum campanis teſtantur gaudia magnis,
Quod Demon meſtus prius hec foret ipſa profeſſus.
VII. Interea magnus rediens Rex *Otto* ſecundus,
De *Sarraceno* longo poſt tempore bello
Victus ceu victor natus magno patre major (*g*)
Contigit immenſe *Magoncia* (*h*) menia fame,

Ut

(*e*) Hæc narrata fuiſſe a Villicone tradit alter vitæ author, verba ſunt: *Cui rei, qui illa hora præſens erat Villico quidam bonus & ſapiens Clericus, teſtimonium aſſerebat. Et nos legimus, cum ad noſtrum Abbatem hoc ſcriptum filius mandaverat. Ipſum Epiſcopus Adalbertus ſuæ Eccleſiæ Præpoſitum habuit: poſt ſuper cordis arida flante ſpiritu Sancto nobilem Monachum mons Caſinus recepit.* (*f*) Anonymus ait: *Die poſtero ante ortum ſolis venit nuncius.* E quo veroſimillime conjicias S. Adalbertum poſt meridiem & fortaſſis ſub veſperum primum Epiſcopum Pragenſem deſignatum, cum Levigradec vix tribus leucis Praga diſſitum fuerit, quod ipſe Coſmas ſupra innuit, cum ait: *Haud procul a Praga,* (*g*) Quam male mulctatus redierit Otto ſecundus e bello Saracenico confidentius jam ſcribit alter vitæ author, utpote qui jam poſt mortem illius ſub Henrico Sancto vitam S. Adalberti ſcripſit, quo loco copioſe narrat, quanto periculo vel nando captivitatem hic Imperator poſt cladem ingentem evaſerit, tum ſubjungit: *Prope ſemper diebus ſuis, ubi prælium cœpit, extra Teutonum conſuetudinem pugnantibus eis ſecutum omne infortunium eſt: cujus efficiens cauſa erat Regis contra Dominum tacita offenſa.* (*h*) Anonymus habet Ottonem appuliſſe *Veronam* non *Magontiam*, inde vero directum S. Adalbertum Moguntiam, ut in Epiſcopum conſecraretur. Verba ſunt: *Rediens interea de Saracenico bello adiit Veronam Imperatorius apex.* & poſtea: *Moguntino Præſuli in Epiſcopum direxit conſecrandum.* Veronæ denique inveſtitum fuiſſe S. Adalbertum expreſſis verbis memorat alter vitæ author: *Ibi* (Veronæ) *eum paſtorali virga inveſtivit Otto Secundus.*

Digitized by Google

Ut ſibi colligeret, quos in certamina ferret,
Ire volens iterum reparare pericla ſuorum,
Inſcius heu fruſtra moriturus morte propinqua.
Tendit ad hunc ergo cum Preſule magna futuro
Terre primorum *Pragenſis* turba virorum,
Principis ex parte rogitans cum ſupplici voce,
Ut dextra firmet, populi quem ſponſio vellet
Paſtorem fieri, quo poſſet ab hoſte tueri.
Ille ſed innata nunquam pietate remota
Dat ſibi paſtorum gemmam virgamque priorum (*i*)
Et *Magontino* Sacratus Preſule digno, (*k*)
Hac inquam luce tua qua Sanctiſſime Petre
Feſta libens recolit (*l*) populus, ſua votaque ſolvit.
Mox redit ad propria procerum comitante caterva;
Hic autem, cujus reſidebat terga caballus,
Non ut cornipedum mos eſt properare furentum,
Sed velut agnellus tener, & velut ibat aſellus,
Sella nec aurata, nec erant argentea frena,
Subere ſed nexis Preſul contentus abenis, (*m*)
Ornatus inter tot equos fert iſta libenter.
Hic equitans alte cum primum menia *Prage*
Longe conſpexit, pedibus tum vincula dempſit,
Nudatoque pede perrexit, donec habende
Sedis in Eccleſia ſtans celos mente refixa
Criſto cum Sanctis perſolvens munia laudis
Pontificum more cum magno plebis honore
Obſedit ſacram contrito corde Kathedram.
VIII. Vir fuit hic quantus tunc tempore Pontificatus
Pandere non poſſent muſe, ſi mille ſonaſſent,

(*i*) III. Nonas Junii annulum datum eſſe ab Ottone II. S. Adalberto prodit Annaliſta Saxo ad annum 982. (*k*) Nempe Willigiſo, qui juxta Annaliſtam Saxonem anno 975. Rodberto ſucceſſit in Archi-Epiſcopatu, quanquam Serarius id annis duobus poſterius ſtatuat. (*l*) Anonymus ait: *Conſecratus ille feſto amicorum Domini JESU Petri & Pauli.* At vero Annaliſta Saxo id factum dicit III. Idus Junii. Præferendus tamen prior vitæ auctor utpote coævus, maxime quod perbreve ſpatium temporis inter Nonas & III. Idus Junii intercurrat ad tantum iter Verona Moguntiam perficiendum. (*m*) Id eſt: *habenis.*

Digitized by Google

Omnibus in *Criſto* credentibus arſit in iſto
Non quaſi ſub modio lux, ſed lucens in aperto.
Diſtribuit decimam partes in quatuor equas:
Ecclesie dampna primam dedit ad reparanda,
Fratribus ad clauſtrum pars altera cedit in uſum,
Tercia cum miſeris aſcribitur & peregrinis,
Vix opus ad proprium pars linguitur ultima tantum. *(n)*
Preterea miſeras pavit ſine fine catervas,
Quam ſatis eſt ultra cunctis tribuens bona cuncta,
Ter quater exceptis e tantis tot mage lectis,
Semper Apoſtolicus ſervetur ut ordo beatus,
Quos ſecum pariter conſcripſit mandere ſemper.
Ipſum ſed raro vidit niſi tempore feſto
Sol medius ſaturum, vel ſompnus nocte quietum.
Regula prandendi fuit hec, mos iſte jacendi:
Cum gemmis & auro ſtat lectus fultus & oſtro,
Tantum mortales viſus quos paſcat inanes,
Nocte ſed aut frater *Gaudencius* *(o)* aut miſer alter *(p)*
Incumbit ſtratis, Dominus quibus ille relictis
Ceu lepus in cruda jacuit ſine ſtramine terra,
Collaque purpurea ſuſtentant aſpera ſaxa.
Nec ſatis expleto currens per devia ſompno
Nunc pſalmos recitat, miſeros nunc munere ditat,
Viſitat aut egros, ſontes, aut carcere nexos.
Nulli plus propria curtis nota, vel ſua villa,
Quam ſibi carcer erat, quis & in qua parte cubarat.
Non illum cereris removet, non cura quietis,
Quin etiam longas orando protrahat horas,
Seu flectens genua, ſeu tundens pectora caſta
Sive rigans lacrimis intus ſuſpiria cordis.
Pulſa procul factis perit hys laſcivia carnis,

Et

(n) Paulo aliter hanc diſtributionem narrat alter vitæ author: *De rebus autem* (inquit) *Epiſcopii primam partem in agmina pauperum, ſecundam pro reſtauratione matris Eccleſiæ, tertiam pro captivorum redemptione diſpoſuit, quartam ipſe cum ſuis cohærentibus ad neceſſarios ſumptus recepit.* (o) Hic *carne & ſpiritu duplex germanus* S. Adalberti alibi dicitur, poſtea juxta Annaliſtam Saxonem anno M. factus Archi-Epiſcopus Gneſnenſis. (p) Anonymus habet: *coecus nutus*, quis autem is fuerit, incognitum.

Digitized by Google

Et poſt completam primam nil dixit ad horam,
Servans monachice nocturna ſilencia vite.
Poſt vero primam decurrens plebis ad undam (q)
Quid ſibi quisque velit, veniat cur quisque? requirit.
Omnes pacificans, nullum ſe judice dampnans,
Talibus exutus fuerat ſi denique rebus,
Utitur aſſiduis in Chriſto dulcibus ymnis,
Donec ſol miſſas tempus trahat ad celebrandas,
Qua ſimul expleta non carnis veſcitur eſca,
Nec ſtuduit vanis vinci, vel vincere ſachis, (r)
Sed cum dilectis & ſacra lege peritis
Scripta capellanis per multa volumina legis
Diſputat, & ſuadet, que lex facienda notaret.
IX. Hoc opus, hec ſtudia vite, fuit hec ſibi meta.
Hic poſt completam vellet dum tempore quodam
Omnibus officiis predictis ordine geſtis
Se hominis more corpus relevare ſopore,
Pulſitat in poſtes ſuper adveniens miſer hoſpes, (s)
Cui preter corpus nil liquit latro cruentus,
Affore clementem rogitans per cunctipotentem.
Quem ſimul audivit, molli de ſtramine ſurgit
Preſul ſollicitus, quia nil ſibi reperit intus,
Pauperibus nummum nam res vacuarat ad unum.
Sed dare quid valeat, dum triſti pectore verſat,
Ecce ſubit menti daret ut pulvinar egenti,
Quod ſupereſſe videt, pauper ne meſtus abiret;
Letus & abſtractum confeſtim complicat oſtrum, (t)
Plumas diſpergens ſpacioſa per atria currens,
Pauperis ad vocem biſſum projecit inanem.

(q) Id eſt: multitudinem, unda tropice pro multitudine a populi motu & fluctuatione accepta, qua voce in hac translatione crebrius intra hoc carmen utitur Coſinas. (r) Id eſt: *Scachis*. Scachus latrunculorum luſus antiquiſſimus ſic appellatus a voce Perſica *Scach*, quæ Regem connotat, quod præcipuam in eo luſu perſonam Rex ſuſtineat, ſeu etiam a voce teutonica *Scach*, id eſt: Latro, unde latrunculorum luſus nomen indeptus. Hic per Synecdochen accipitur ſpecies pro genere, ſcilicet *Scach* pro quovis luſu. (s) *Id eſt:* pauper ſtipem flagitans. (t) Anonymus ait: *inanem purpuram in rugam complicuit; & per coeuntium januarum foramina emittens hoc fertili dono manum pauperis accumulavit.*

Digitized by Google

Cujus cum facti lateat cor, atque miniſtri
Inter ſe verbis pugnarent ſemper acerbis:
Hoc qui feciſſet, cupientes ſcire quis eſſet?
Quod pius ipſe videns prohibet fur, talia dicens:
Parcius iſta viri jactetis jurgia fidi,
Hoc nullus furtum fecit, me judice, veſtrum,
Sed cauſa victus tulit hos homo pauper amictus.
Interea fluere ſibi non ceſſabat ab ore
Ad populum ſermo fugienda ſequenda docendo,
Penas injuſtis promittit, premia juſtis,
Ad faciem facie *Criſtum* ſine fine videre.
Verbo diſcretus fuit & pietate ſeverus,
Mitis ſubjectis, durus quandoque ſuperbis,
Callidus ut ſerpens, ſimplexque columba refulgens,
Ut res poſcebat, pro tempore cuncta gerebat,
Exemplum cuncto per ſe dedit utile mundo.
X. Sed grex carnalis, quod paſtor ſpiritualis
Inſinuat, facere renuit, nec ceſſat abire,
Quo trahit ebrietas, & nugis juncta voluptas.
Miro quippe modo cum ſint per paſcua ſuco
Ambroſie paſti celeſtis nectare verbi,
Illico marrubio (*u*) ſcelerum replentur amaro.
Demonis hic dira quanto defendit ab ira,
Obligat hec tanto plus ſe plebs more nefando.
Ille docet legem pariter vitamque perhennem,
Illa ſed in mortem ruit, & legem fugit omnem.
Vidit tunc Sanctus Preſul, quia non capit ullus,
Quod precepta jubent, vel quod ſua verba ſonarent,
Nec ſibi prodeſſe, ſed fruſtra vidit obeſſe.
Vidit, & indoluit, ſecum tacitusque revolvit:
Quid faciat? neſcit, quia nil piſcacio cepit,
Tum deflens dampna populi, tum crimina multa,
Hoc tandem meſtus decrevit, plurima queſtus,
Claudere ſermonem pocius, quam ferre laborem
In ceca gente per fasque nefasque ruente.
Hoc ideo fecit, quod cunctis poſt patefecit.

Non

(*u*) Herba amara vulgo Andorn, Lungenkraut.

Digitized by Google

Non potuit cauſas animo tres ferre nefandas.
Prima fuit talis, res & veluti capitalis:
Duxerat hic ternas uxores, iſte quaternas,
Femina nec ſolo fuerat contenta marito.
Sed vice conſimili nunc huic, nunc jungitur illi,
Altera tum Sacris altaris namque miniſtris
Conſimili more connubia multa licere,
Tercia quod plures in Criſto quosque fideles
Promptus *Judeus* (x) ſemper vendebat avarus,
Hos pius ut redimat Preſul non ſufficiebat,
Proh dolor innumeris jam ſemper abinde redemptis.
Ergo tempus erat noctis, quo forte jacebat,
Nec vigilans adeo, nec ſompno deditus alto,
Cum ſuper aſpexit juvenem, qui talia dixit:
O piger! exurge, quid dormis? nunc age, ſurge.
Preſul ad hec illi reſpondit pectore miti:
O puer ignote! quo jam te cingis honore?
Qui ſic audaci vultu, verboque minaci,
Neſcio cur, placidum me cogis rumpere ſompnum?
Ut contra (y) victor mortis viteque repertor
Venditus & paſſus pro nobis in cruce *Criſtus*.
En ego ſum, cum quo preſens datur hic tibi ſermo,
Qui modo *Judeis* iterum jam vendor *Apellis*. (z)
Tu vero ſtertis bone vir, nec talia cernis?
Dixerat, expavit Preſul, ſompnusque receſſit,
Et ſua quid cupiat ſibi viſio, mente retractat;
Et mox magnanimo *Willikoni* narrat amico,
Ut ſciat hac in re quidnam deliberet ipſe?
Arbiter hic rerum prudens & conſiliorum,
Clarus natura, pollens & Prepoſitura;
Plurima quid narrem? vir erat perfectus ad unguem.
Hic tunc coniciens reſpondit, ſeria dicens:
Quando *Judeis* in *Criſto* quisque fidelis

Ven-

(x) Anonymus ait: *Mercator*. Sic enim ille: *quos mercator videns infelici auro emerat, emptosque tot Epiſcopus redimere non potuit.* (y) Fortaſſis: *Is contra* nempe puer. (z) Apella dicitur quaſi Judæus circumciſus, id eſt: ſine pelle aut præputio, *Gloſſarium Caroli Dufreſne voce Apella.* Ea voce jam uſus eſt Horatius L. 1. Serm. Sat. 5. - - - *Credat Judæus Apella, non ego.*

Digitized by Google

Venditur, hoc patitur, qui nos ſua membra fatetur
Agnus quadrifidi, (*a*) qui tollit crimina mundi.
Nam quidquid membrum patitur, dolet hoc caput ipſum.
XI. Hec ſecum trutina perpendens Preſul in equa,
Multa ſuper populo ſuſpiria cordis ab imo
Ducens, in ſede non audet plus reſidere,
Ac ſic conſilio triſti cum mente reperto,
Ad mundi Dominam feſtinat tendere *Romam*, (*b*)
Ut quid opus facto foret in diſcrimine tanto,
Et gregis & proprio ſibi conſultum fore porro
Compellat meſtis Papam ſic inde querelis:
Eſt mihi commiſſus grex, inquit, lege remiſſus,
Nec mihi, nec populo vox proficuit mea ſurdo,
Cujus demonia regnant in pectore dira.
Corporis hinc victus fertur ſanctiſſima virtus, (*c*)
Et ſimul ebrietas inconſtans atque voluptas,
Pro ſe quisque ſua defendere vult malefacta.
Quem vir apoſtolicus (*d*) *Criſti* ſic mulcet amicus:
O dulcis fili! Patrem ſicut decet, audi:
Omnibus eſt opere precium mala facta cavere.
Si fugiunt, fugias pariter, ne te quoque perdas.
Sic etenim *Criſti* prohibemur voce benigni,
Ne canibus rapidis, dixit, dare ſancta velitis,
Nec mea cenoſis jactare monilia porcis,
Que cum conculcent, vos fedo vulnere rumpent;
Sed nunc conſilium fili! ne deſpice noſtrum,
Arripe, monachice quid dictet regula vite,
Hic tibi proficere poteris, *Criſto*que placere.
Que Preſul verba vite dulcedine plena
Haut ſecus ac fontem ſiciens, laſſusque quietem.
Suſcipit, & fixa conſervans cordis in arca

Vult

(*a*) Id eſt: mundi in quatuor plagas, orientem, occidentem, meridiem, & ſeptentrionem diviſi, de quatuor enim orbis partibus nihil adhuc ætate Coſmæ cognitum erat. (*b*) Ante hunc abitum narrat Coſmas ad annum 994. S. Adalbertum Chriſtanno Strachyquati obtuliſſe ferulam paſtoralem, & Pragenſem Epiſcopatum, quem is recuſavit; quæ eadem leguntur in Annaliſta Saxone. (*c*) Obſcurum, Anonymus habet: *Iniquorum pectoribus dæmoniacæ ſervitutis imperia regnans.* (*d*) Nempe Joannes XV. qui præfuit Romanæ Eccleſiæ ab anno 985. uſque 996.

Digitized by Google

Vult natale ſolum, populumque relinquere cecum,
Vult procul exigere ſuperaddita tempora vite.
Sed primum *Solimam* proponit viſere ſanctam.
Somnia ſunt dura pro *Criſto* dulcia viſa,
Protinus inſinuat miſeris, tunc quidquid habebat,
Pauper ut omnino pergat cum divite *Criſto*.

XII. Hoc aderat forte *Thephanu* (*e*) tempore *Rome*,
Optima Regina, miſeris matrona benigna.
Filius hujus erat, qui publica jura tenebat
Maximus *Ottonum* Rex tertius *Otto* priorum.
Hec ſimul audiſſet, *Solimam* quod pergere vellet
Preſul Adalbertus, ſuus utpote carus amicus,
Clam vocat, atque monet pro conjuge ſemper ut oret,
Quem ſors humana ſibi nuper ademit amara.
Inſuper argenti regaliter addit & auri
Jam magnum pondus, puer ut vix tolleret unus.
Ille ſed ex more currens per compita nocte,
Pondus denarium miſeris expendit ad unum,
In patriamque ſuis pueris hinc mane remiſſis,
Mox habitum proprium mutavit, & emit aſellum.

XIII. Cum tribus peregre ſociis proficiſcitur, atque
Montem *Caſſinum* ſubito pervenit ad altum,
Deſuper impoſitum, qui fulcit vertice clauſtrum.
Id pius & primus fertur feciſſe patronus
Omnibus in Criſto lotis baptiſmate ſacro (*f*)
Ex meritis dictus ſic nomine *Benedictus*.
Utque beatorum teſtantur ſcripta virorum, (*g*)
Hic quoque monachicam conſcripſit poſtea normam.
Qui ſe noviſſet, quamvis hic nemo fuiſſet,
Eſt tamen hoſpicium ſortitus Preſule dignum.
Et memor inde vie forſan cum vellet abire,
Convenit Abbatem cum fratribus, atque ſalutem

(*e*) Eodem modo vocetur & ſcribitur in Annaliſta Saxone, aliisque coævis, imo diplomatibus, erat ea autem Ottonis II. uxor, tum viduata viro. (*f*) *Id eſt:* præcipuus Patronus omnium Chriſtianorum. (*g*) Anonymus id ſolum de S. Gregorio dicit. *Ut Gregorii* (inquit) *mellifluum os ſonat.*

Digitized by Google

Dans & ſuſcipiens Abbas, (*h*) quem mittere nolens
Corripit e pleno ſic pectore vera monendo:
Eſt ait iſta via longe quam tendis ab illa,
Que nos ad patriam paradiſi ducit amenam.
Eſt animi magni bona lubrica ſpernere mundi,
Sed mutare loca minus eſt laudabile multa.
Nam conſtare loco quantum tibi preſtat in uno,
Non nos ſed patrum firmant exempla priorum.
Auribus haut ſurdis que Preſul verba ſalutis
Suſcipit, atque viam ſtatuit dimittere ceptam,
Indeque jam vere ſe nolle fatetur abire,
Sed fruſtatur eum cernens Deus omne futurum,
Hoc deſiderium differre volens aliquantum,
Ut quanto dura nunc ſint, & laude minora,
Tanto majora captus (*i*) poſt & meliora.
Sed cum monachicis vellet ſe cingere telis,
Et cum majores ſic vellent atque minores,
Aures horrendum transverberat illico verbum:
Hic tibi conveniunt lex, mos, & regula dicunt,
Hic & monachicam poteris bene diſcere vitam;
Hinc & lucrata referes commiſſa talenta,
Eccleſiásque novas conſtructas hic modo noſtras
Conſecrare potes, quia Preſul in ordine fulges.
Id ſimul audivit, ſemet turbavit, & inquit:
Utrum me mulum, precor, anne putatis homullum, (*k*)
Cum procul effugerem, populo ne Preſul adeſſem,
Preſulis Eccleſias ſacrem ſub nomine veſtras?
XIV. Protinus & retro deſcendit tramite verſo
Meſtus, & inde viri veniens ſubit atria *Nili*; (*l*)
Tercia cum tetras lux merſerat alma tenebras.

In-

(*h*) Abbatis Caſſinenſis Nomen nec prior nec ſecundus vitæ ſcriptor prodit. Sed veroſimillime is fuit Manſo, qui Aligerno anno 986. demortuo ſucceſſit, de quo videri poteſt Mabillonius ſæculo V. SS. Benedicti p. 645. & *ſeqq.* (*i*) Fortaſſis *capiat*. (*k*) Homullus ſeu homulus *id eſt*: homo parvus, qua utraque voce utitur Lucretius. (*l*) Nempe Vallelucium, ubi conceſſione Abbatis Caſſinenſis Nilus monaſterium ordinis S. Benedicti tenebat, eique præerat, prius tenue poſtea ejus regimine multum auctum, ob quam cauſam poſtea idem monaſterium deſeruit, ut videre eſt ex veteri documento apud dictum Mabillonium cit. loco.

Digitized by Google

Inter ut etherea reſplendet lucifer aſtra,
Sic pater abbates *Nilus* (*m*) preceſſerat omnes,
Moribus & vita ſub quo duce plurima turba
Ipſo credentum florebat diſcipulorum.
Vivere qui manuum ſtuduere labore ſuarum.
Hac fama ductus, pro *Criſti* nomine ſanctus
Cuncta pati promptus, non ſegni corpore totus,
Ut procul Abbatem *Nilum* conſpexit euntem,
Affuſus terre ſuſpirans flevit amare,
Querens reſponſum, ſimul & ſolamen amicum.
Quem Pater intuitus, que vena caleſceret intus
Criſto ſervire ſcrutans ipſius ab ore: (*n*)
O dulcis nate pro *Criſto*, dixit, amate!
Ut te ſuſciperem, ſi non hanc rem fore ſcirem,
Ut mihi jacturam, tibi vero nil profuturam.
En ergo pili barbe teſtantur ut iſti,
Grecus homo grecam nunc hic exerceo vitam.
Quam vero colimus, quamvis ſit parvula tellus,
Eſt tamen illorum, fugis huc conſorcia quorum. (*o*)
At ſi fortaſſis mecum ſimul hic habitabis,
Hinc ego cum caris ſociis depellor ab illis. (*p*)
Tu modo qui poſcis meſtus plus meſtus ab illis
Quare conſilium, ſic venit, accipe noſtrum:
Hinc repetas magne digniſſimus menia *Rome*,
Quo cum pervenies, ex noſtra parte ſalutes

(*m*) Is paſſim vocatus *Nilus Junior*, de cujus probitate imo etiam miraculis plura videri poſſunt apud eundem Mabillonium. (*n*) Hic prudenter Coſmas ea omiſit, quæ produnt ſcriptorem coævum, ne ſcilicet lectorem in errorem induceret, ut hoc carmen etiam ab eadem ætate eſſe ſibi perſuaderet. Anonymi vero coævi, quem carmine expreſſit Coſmas, verba ſunt: *Quem intuitus Dominus Abbas Nilus, cujus meriti in conſpectu Domini viveret, jam in primo ſermone cognovit. Qui & uſque hodie ita amore Chriſti ferventem non meminerit ſe vidiſſe aliquem juvenem.* (*o*) Nempe Monachorum Caſſinenſium. Nam Aligernus Abbas Caſſinenſis monaſteriolum ſuum Valelucii ei conceſſerat, ut apud Mabillonium legere eſt ſæc. V. p. 648. & 651. (*p*) Alter vitæ Author vero ait: *Non negas pater Nilus: Aſt, inquit, homo ego ſum Græcus. Melius hæc conveniunt tibi, cum quibus agas, monachi latini. Redeas Romam, &c.*

Cernuus Abbatem Dominumque ſenemque *Leonem* (q)
Deque tua ſcriptam cauſa des hanc ſibi cartam:
Aut hunc conſerva, precor, o confrater & Abba!
Quem tibi ſpectatum mitto ſatis atque probatum,
Aut ſi diſpliceat, magis a re te duce querat
Abbatem ſancte (r) pariter me ſupplice *Sabe*.
Hac ſpe firmatus *Romam* flens inde profectus
Tendit ad Abbatem populo monſtrante *Leonem*.
XV. Quem ſimul ac adiit, mandataque verba peregit,
Ex *Nili* ſcriptam perſona dat ſibi cartam.
Sic ubi mandatam firmavit cartula cauſam,
More *Leo* ſolito nondum ſub tecta recepto,
Sicut erat multos doctus deprendere ſtultos, (s)
Arte ſub arguta cepit perquirere cuncta:
Quis vel qua mente, vel quo ſit comptus honore?
Ut nunc iraſci ſimulat, vultúque minaci
Multa ſibi dura predicens eſſe futura,
Mentis ſecreta ſcrutans per callida verba.
Sed non adverſa potuere, nec ulla ſecunda
Frangere veracem tam propoſitique tenacem.
Tunc cernens Abbas ejus quod firma voluntas,
Nec ſe mulcendo mutet, nec dura minando,
Sed plus in *Criſto* firmat conſtare loquendo,
Ne ſuſcepturum promittit ni prius illum,
Quam Dominus Papa ſciat hec ex ordine cuncta.
Ut quod opus facti fieret ſentencia tanti
Inſinuet Patris patrum non diſſona dictis. (t)
Poſt hec hys cunctis ex ordine jure peractis,
Hora qua *Criſtus* terſit ſindone precinctus
In ſe credentum veſtigia diſcipulorum,

Hac

(q) Aligernus Abbas Caſſinenſis ſupra dictus habuit fratrem nomine Leonem profeſſione monachum, qui Hieroſolymis revertens *portionem ligni Dominicæ crucis non parvam auro, gemmisque pretioſis ac margaritis circumdatam detulit.* Ut apud Mabillonium legere eſt; An idem ſit cum hoc Leone, quod aſſeverem non habeo. (r) Anonymus rectius habet *ſancti.* (s) Id eſt: *Simplices.* ſic ante vocabulo ſtultitiæ pro ſimplicitate uſus Coſmas. (t) Hæc diſſona ſunt relatis, quæ Coſmas in Chronico ſuo ad annum 990. ſcribit: *S. Adalbertus Romæ ad S. Alexium inſcio Abbate quis eſſet, factus eſt Monachus.* Sed coævi præferenda fides præ his relatis Coſmæ.

Digitized by Google

Hac quoque monachica precingitur ille cuculla. (*u*)
Poſtque ſequente die veniunt cum Sabbata *Paſche*,
Criminis & quando laxantur vincula ſacro
Fonte, (*x*) ſub hac hora ſimile ſibi laxa cuculla.
Hec duo cernentes ſociique vieque ſequaces,
Non bene mox clipeo fugiunt poſt terga relicto.
Fratrem germanus *Gaudencius* uſque ſecutus
Solus propoſito firmus permanſit in illo.
XVI. Hic humilis quantum proceſſit in ordine fratrum
Preſul *Adalbertus* non poſſet pandere *Tullus*. (*y*)
Delicias carnis celeſtibus expulit armis;
Quitquid temptantum perſenſit mens viciorum,
Non ceſſans patri profitetur ſpirituali,
Tempore poſt paulo temptaminis imbre fugato,
Nubibus ut victis ſol clarior exit aquoſis,
Optima ſic lolio fruges pereunte maligno
Ad meſſem parva virtutum crevit in hora.
Sic fore ſubjectum cunctis preceperat illum
Abbas, ut quo ſciret, ſi factis dicta repenſet,
Staret ut illorum poſtremus in ordine fratrum;
Servet gallinas, lavet immundasque cloacas, (*z*)
Semper conſimile daret obſequiúmque culine,
Ut humeris latices uſus deferret in omnes.
Hec Preſul ſanctus dum perficit omnia letus,
Cernens antiquus doluit ſeductor iniquus,
Ut nunc occulta nunc vero temptat aperta,
In *Criſto* firmam ſubvertere fraude columpnam.
Nam ſemper caute cum ſanctus Preſul ab amne,
Sive mero plena deferret vitrea vaſa,
Hoſtis prefatus non ceſſat tendere lapſus,
In partes illa perfringens fraude maligna.
Hec dum perſepe faceret, vicibus tot & ille
Vir ſimplex corde perfunderet ora rubore,

 Ac-

(*u*) Nempe anno 990. ut habet Coſmas & Annaliſta Saxo apud Eccardum T. I. (*x*) Nempe Sabbato Paſcæ baptiſmus olim præceptus cathechumenorum. (*y*) Tullius Scilicet M. Tullius Cicero ſummus Orator. (*z*) Anonymus ait: *Obedientia, qua donavit eum ſuus Abbas, hujuſcemodi erat: ut coquinæ fratrum aquæ adminiſtratorios uſus humero apportaret, manibus quoque eorum lavandis ſimile obſequium ageret.*

Digitized by Google

Ac veniam flendo rogitaret corpore prono,
Hoſtis confuſus reſpexit ad hec furibundus.
Ad menſam fratrum quadam cum ſorte dierum
Plenum de vino ferret vas fuſile vitro,
Protinus offenſo pede corruit in pavimento.
Dat vas tinnitum percuſſo marmore magnum,
Abbas quod longe reſidens cum fratribus ipſe
Audiit, & querit, quid contigerit, quia neſcit,
Quod res adverſa mutatur ſepe ſecunda:
Sic etenim plenum vas eſt ſanumque repertum,
Ac ſi tum nulla foret inſuper acta ruina.
XVII. Venerat & quedam *Conſtancia* tempore quodam
Donis cum magnis emuncte femina naris,
Grandi cauſa que tunc prandere rogata,
Expertum panis ſe dixit ter quater annis.
Ille quod agnoſcens aut hoc paciencia non eſt, (a)
Sed venas alvi clauſit violencia morbi,
Et panis fruſta conſignans mox cruce ſancta,
Que dans matrone pro *Criſti* dixit amore
Has micas panis manduces filia dulcis!
Nec licet ut ſpernas pro *Criſti* nomine micas,
Quas ſibi ſuſcepit conjunx, ac leta comedit.
Eſt ſemper dapibus poſt cunctis uſa diebus,
Et redit ad propria comitante ſalute magiſtra,
Magnificans Dominum pro tanto munere *Criſtum*.
Nec res miranda nobis eſt pretereunda:
Unica Pretoris cujusdam nata *Johannis* (b)
Febribus exhauſta, nimioque dolore gravata
Vite ſupprema jam vexabatur in hora.
Hanc ſanat ſubito Criſti cum nomine dicto.
XVIII. Mittitur interea vir quidam nomine *Radla*,
Principis illius frater provincia cujus

Tu-

(a) Obſcurum: Anonymus habet: *Ille vero hunc abſtinentiæ morem pro infirmitate ei adhæſiſſe recognoſcens.* (b) Rurſus conſulto Coſmas notam temporariam omiſit Anonymi coævi, ſic vero ille de hoc Joanne: *Qui nunc urbis Præfectus eſſe dignoſcitur.*

Tuta lupis preda fuerat paſtore relicta, (c)
Ex populi parte deſerti ſollicitare
Archipontificem Dominum *Magonciacenſem*
De reditu blandi patris ac Doctoris amandi,
Hic ubi pervenit populi causámque peregit
Preſul ſollicitus, quod grex paſtore relictus
Cervicis dure nulli ſtet quam ſibi cure
Nec mora legatos *Romam* jubet ire facetos, (*d*)
Qui ſua ſcripta darent, qui Papam ſollicitarent,
Ut de paſtore plebis deliberet ipſe.
Hac fit pro cauſa *Rome* convencio ſancta, (*e*)
Grandeque litigium tunc eſt ex omnibus omnium.
Aſtinc (*f*) clauſtrales nolunt dimittere fratres,
Hac ex parte volunt legati, juſtaque poſcunt,
Ut paſtor redeat, quem plebs devota petebat;
Sicque diu variis volvebant jurgia dictis.
Donec fit palme compos ſentençia *Radle*. (*g*)

Tunc

(c) Anonymus prior nomen non prodit, ſed *Nunciorum Primatem* vocat, ſic vero ille de eo: *Hic ipſe Primas frater erat Ducis, cujus terræ, qui exigebatur Epiſcopus, præfuit.* Verum alter vitæ ſcriptor id aliter refert, verba illius ſunt: *Poſt populus terræ Epiſcopum ſuum revocant; Viri ſancti pappatem Radlam, qui frater carnis ſuo Duci erat, & Chriſtianum Zrabquas monachum eloquentem virum in hoc opus eligunt.* At nuſpiam conſtat Boleslaum pium Ducem Bohemiæ fratrem habuiſſe Radlam, ut veroſimillime hoc in loco amanuenſium error cubet, atque conjunctio & pertineat ante vocem *qui*, non ad vocem *Zrahquas*, legendumque omnino ſit: *Viri ſancti papatem Radlam, & qui frater carnis ſuo Duci erat, Chriſtianum Zrabquas monachum eloquentem virum in hoc opus eligunt.* Nam Ztrachyquas frater erat Boleslai pii Ducis Bohemiæ, ut in Annalibus noſtris videbitur, & pridem ab aliis tractatum eſt. (*d*) Hos ipſos legatos recta via Romam miſſos fuiſſe a Bohemis innuit uterque vitæ author. (*e*) Anonymus dicit: *Facta eſt Romæ ſynodus pro hac cauſa.* (*f*) Id eſt: *Aſt hinc.* (*g*) Anonymus ait: *Dubiam nunciorum primas vix promeruit victoriam.* Vocatur vero *Sancti Viri pappas*, id eſt diſcipulus, quam vocem diſtinquendam eſſe ab altera *Papas*, quæ Magiſtrum ſignificat, monet Dufreſne in Gloſſario ex Mabillonio. Verum præter hunc locum vitæ, & explicationem Mabillonii non adfert Dufreſnius alterum exemplum a quopiam ſcriptore prætterea vocem *pappas*, quæ eadem eſt cum *papas*, adhibitam fuiſſe pro diſcipulo. Nihil enim obſtat quin Radla dicatur *papas* S. Adalberti in proprio ſenſu, nempe *Pater Spiritualis* illius, quanquam propter eminentiam Sanctitatis ejusdem ſuo modo etiam diſcipulus S. Adalberti dici potuerit. Suppetunt nonnulla documenta in annalibus proferenda hunc eundem *Radlam* a noſtris vernacula lingua appellatum *Tata* Sancti Adalberti, quæ vox Slavica *Patrem* ſignificat, quemadmodum etiam hodie adhuc in uſu eſt.

Digitized by Google

Tunc Vir apoſtolicus nolens, ſed jure coactus,
Reddimus hunc, inquit, ſua quem pleps lege requirit.
Lege tamen certa ſic inter utrosque reperta:
Si mala, que faciunt, omnino facta relinquunt,
Collaque preceptis cupiunt ſi ſubdere ſanctis,
Quem repetunt, habeant, *Criſtoque* juvante, quod optant,
Reddant centuplicem virtutis ad horrea frugem;
Sin autem ſolidis perſtant in crimine votis,
Sic noſter populi vitet conſorcia duri,
Inſons ne forte pereat cum ſontibus ipſe.
Hec ubi ſunt dicta vulgus redit ad ſua tecta,
Mox & legati gaudent diſcedere leti,
Fratribus, Abbate, ſimul & Papa lacrimante. (*h*)
Poſt iter emenſum *Plizenem* ad menia ventum (*i*)
Iſtius terre manet hac nam terminus urbe.
Hic horrenda virum percuſſit viſio ſanctum:
Nam mox ut vidit mercatum, talibus inquit,
Ecce fides vera! ſic eſt promiſſio veſtra,
Dum lux tam ſancta ſtudiis eſt hys celebranda,
In qua ſurrexit *Criſtus*, mortemque revinxit,
Dum quos fallatis, nos dignos eſſe putatis.
Non nos, ſed Dominum, mihi credite, fallitis ipſum.
Hec dicens omnes perturbat abinde forenſes.
Cum vero *Pragam* primum pervenit ad almam,
Urbs eſt commota, ruit & plebs obvia tota,
Et pre leticia lacrimat velut oppido fida,
Inſuper & dextras dant multocies violatas,
Promittuntque ſua complere per omnia juſſa.
Sed mala mollicies paulo poſt cepit inertes,

Se-

(*h*) Alter vitæ author ſubjungit: *Quinquennio plenus miles in monaſterio erat.* Quod de quinquennio interrupto non continuo intelligendum eſſe in Annalibus noſtris oſtendemus. (*i*) Id eſt: Plſnenſem provinciam, ſeu urbem Plſnam. Tacente de hoc penitus priore vitæ ſcriptore, alter generatim civitatem vocat, ſic vero ille: *Dominica die veniens venit ad unam civitatem, ubi ipſa die erat mercatus magnus.* Anonymus apud Menkenium T. III. p. 1644. adjungit: *Ipſe autem fratres ſuos, cum quibus venerat, in Plznenſi provincia reliquit interim, ædificavitque eis pulcerrimam Ecclesiam ſub honore DEI Genitricis Mariæ Virginis in eadem provincia, quam Eccleſiam Koſtelex nominavit.*

Digitized by Google

Sepe quod evomuit, ſicut canis ore relambit,
Haut ſecus in vetera viciorum plebe relapſa
Itur in omne nefas, trahit ut ſua quemque voluptas,
Fitque boni Patris labor ingens ſemper inanis.
XIX. Hec iterum (*k*) ſcelera res eſt lacrimabilis orta:
Proh dolor! ingenua cujusdam femina capta
Conjuge cum mecho dampnataque judice facto,
Pro culpa meritas tunc juſſa rependere penas,
Omnibus elapſa manibus poſt terga ligata
Pervolat ad ſedem celi (*l*) pede pontificalem.
Clemens ex animo cui preſul compaciendo
In clauſtrum ſancti mittens ſecreto *Georgi*, (*m*)
Clavem cuſtodi committit habere fideli,
Ut ſaltim ſacra valeat latitare ſub ara,
Sic vel eam ſervet vite, vel & ipſe periret,
Martyrii, quam flagrabat, habere (*n*) coronam
Mox manus armata, ſcelus ac in utrumque parata
Pontificale-forum complevit milite totum,
Querens abſconſam cupiensque necare maritam,
Nec non multa minis addens convicia vanis
Dampnat Pontificem mecham non jure tuentem.
Præſul ad hec verba ſe firmans cum cruce ſancta
Proſilit ex altis ſecuro pectore ſtratis,
Ardens martyrio vitam finire beato.
Utque timens hoſtem fugias, ſic venit in hoſtem,
Ut (*o*) leta medium rumpens cum voce maniplum
En, ait, en preſto! ſi me nunc queritis adſto,
Et contra *Sclavus* de circumſtantibus unus
Ora dictante (*p*) cunctorum ſic ait ore:
Errat pro certo, ſi querit crimine noſtro
Spes tua martyrium, vite vel nobile letum.
Sic non impletur nunc velle tuum, ſed agetur
Plus tibi plorandum, multo plus atque dolendum.

(*k*) Veroſimillime legendum: *inter*. (*l*) Error Amanuenſis, legendum *celeri*. (*m*) Nempe Parthenonem ſanctimonialium Benedictinarum in caſtro Pragenſi, cui num adhuc tum præfuerit Mlada ſoror Boleslai Pii, non liquet. (*n*) pro *habiturus*. (*o*) forte. *Et*. (*p*) Obſcurum. Fortaſſis: *Verba dictante cunctorum ore ſic ait:*

Digitized by Google

Hys ſi cum dictis non detur adultera nobis,
Fratres nempe tui ſunt nobis, ſuntque propinqui,
In quorum prole ſat poſſumus iſta piare. (q)
Hec Sanctum contra dum latrant voce canina,
Heu! quid non aurum mortales cogit auarum?
Protinus ex populo corruptus proditor auro,
Neſcio, quot numero lectos ex agmine toto
Devocat, & monſtrat, mulier qua parte latebat.
Mox rapitur cunctis (r) cuſtos poſt terga lacertis,
Atque diu verbis cum nollet prodere blandis,
Non (s) ſic commiſſam, perterritus enſe, maritam
Prodidit, & ſacra miſere nil profuit ara,
Quam licet obliquis tenuit comprenſa lacertis.
Nam velut agna lupo laceratur rapta maligno,
Haud ſecus irati mulier ſub jure mariti
Penas morte ſui ſolvit male corporis uſi. (t)

XX. Talibus ac tantis multo pejoribus actis
Peſtifere plebis poſſet cum nulla docentis
Ore ſalutiferis contra facundia verbis,
Flet bonus ingentem paſtor periiſſe laborem,
Flet miſeram gentem fidei non juſſa ſequentem,
Et redit ad ſacram Sanctorum ſanguine *Romam* (u)
Ut devitaret, ne poſt pejora videret.
Preſul & egregius ſervorum fit quoque ſervus,
Mutans paſtorem clauſtrum repetendo priorem.
O! quam clauſtrales cetus gaudere videres

De

(q) Hæc nonnihil turbato Anonymi ordine enarrat Coſmas, at vero is præterea ait: S. Adalbertum tumultui huic infuſum nil niſi martyrium anhelaſſe, *niſi eum prudenter domnus Willico* (Præpoſitus) *prohiberet.* (r) Veroſimillime legendum *junctis* (s) Negativa hæc particula vix quidem hic ſuſtineri poteſt, legendum veroſimillime & aut quodpiam affine vocabulum. (t) Anonymus ait: *Rapitur illa infelix fruſtra preſſis altaribus, & ſub manu conjugis capitalem juſſa eſt ſubire ſententiam. Quod cum ille* (maritus) *velut vir juſtus facere nollet, ſub gladio vilis vernulæ trunca a pœnas male uſi corporis capite exſolvit.* (u) Alter vitæ author ante reditum Romam hæc interponit: *Non tacendum, quod juxta poſitis Ungaris nunc nuncios ſuos miſit, nunc ſe ipſum obtulit, quibus etiam ab errore ſuo parum mutatis umbram Chriſtianitatis impreſſit.*

Digitized by Google

De reditu tanti non ſegnis ubique miniſtri,
Qui ſic Abbati fertur placuiſſe *Leoni*,
Cetibus ut fratrum poſt ſe preponeret illum,
Ille ſed ut ſanctis cunctos precelſerat actis,
Sic humilis fieri ſtuduit, meruitque videri.
Sic pollens operis ſtudiis, & dogmate legis.
Et quam majore coram ſublatus honore,
Tanto ſubjectus fuerat magis atque modeſtus.
Fratres mirantur, *Leo* Sanctus & ipſe fatetur,
Sub celo nullum ſibi conſpexiſſe ſecundum, (*x*)
Omnem virturem nam purum raſit ad unguem,
Tunc cupiens ergo Dominus depromere ſervo,
Cujus erat meriti, fieret que ſpesve labori,
Oſtendit noctu viſum emirabile (*y*) dictu:
Nam quadam nocte relevat dum membra ſopore,
In ſompnis celum Preſul conſpexit apertum,
Ordinibusque choros variis procedere binos,
Purpureum dextra, roſeum quaſi parte ſiniſtra
Omnibus ex nivea quibus ornant tempora ſerta,
Proque ſuis meritis penſantur debita mercis.
Nam cibus hys totus laus eſt, & gloria potus.
Preſulis & faciles vox clara cucurrit ad aures:
Inter utrosque gradus honor & locus eſt tibi partus.
Mane ſed Abbate que dum preſente *Leone*
Cunctis narraret; tanquam non ipſe videret,
Sed velut alterius Sanctus ſub nomine *Paulus*
Celi miſteria narrat vidiſſe ſuperna:
Nunc, ait, hic hominem ſcio revera forte (z) talem:
Promittit donum cui *Criſtus* tale daturum.
XXI. Tempore tunc illo Rex Regum tercius *Otto*
Ceſaris Auguſti proles pulcherrima pulchri
Omni jam mundo ſibimet virtute ſubacto

 Ver-

(*x*) Anonymus coævus ita reddit teſtimonium de ſanctitate Adalberti: *Dicunt autem Abba & fratres ejus de eo, quia in omni virtute ad unguem perfectus eſt, & extra martyrium vere Sanctus.* (*y*) Fortaſſis: *admirabile*, aut *enarrabile*. (*z*) Lege *fore*, id eſt: *eſſe*.

Digitized by Google

Vertitur ad ſacram cum multo milite *Romam*,
Cum ſibi prima genas veſtibat flore Juventas,
Sed virtus meritis major puerilibus annis.
Poſcebat faſces tunc forſitan imperitales,
Nam caput & Domina mundi ſanctiſſima *Roma*,
Sicut Apoſtolico pollet ſub Principe *Petro*,
Terrarum Reges primas ſic tollit in arces,
Et quos regnare facit hos ſimul imperitare.
Illis Papa ſuus correptus febre diebus
Corpus humi tradens, animam ſuper ethera mittens. (*a*)
Utraque Vir Sanctus proprios diviſit (*b*) in ortus.
Eciam prefatus Rex & totus comitatus
Tranſcendens alpes *Ravennas* ibat ad arces, (*c*)
Romani Proceres veniunt cum (*d*) dona ferentes,
Verbaque que ſanctus ſibi miſerat ordo ſenatus,
Pectore devoto ſe dicunt tempore toto
Illius adventum velut expectare paternum,
Nec non & meſtas addunt de morte querelas
Patris Apoſtolici tocius plebis amici,
Niſibus & totis querunt & cum prece votis
De paſtore gregis, que ſit ſententia *Regis*,
Tanto veſtire quem dignaretur honore:
Forte capellanus tunc temporis affuit unus
Regis cognatus Vir nomine *Brunno* vocatus
Dogmate tam ſacro pollens quam ſanguine claro (*e*)
Vir bonus & talos eſſet perfectus ad imos,
Si non incerta ferveret carne iuventa. (*f*)
Hunc quod Rex voluit mox omnis concio legit,
Sedis Apoſtolice foret vel (*g*) Succeſſor honore

Quem

(*a*) Id factum anno 996, quo Joannes XV. mortem oppetiit. (*b*) Legendum: *dimiſit* nempe Vir Sanctus Joannes Papa. Clarius id habet Anonymus: *Summus ipſis diebus Pontifex febre correptus, corpus terræ, animam cœlo, utraque in ſua dimiſit exordia.* (*c*) Anonymus ait: *Juxta ſacram urbem Ravennam regalia caſtra metatus eſt.* (*d*) Obſoletum pro *una*. ſic etiam Salluſtius: *cum alter* id eſt *cum altero*, ſeu *una alter*. (*e*) Enucleatius hanc cognationem explicat Annaliſta Saxo ad annum 996. *Rex in Italia jam poſitus præmiſſis quibuſdam Principibus publico conſenſu & electione fecit ordinari Apoſtolicum ſuum nepotem Brunonem Ottonis filium, qui Otto Marcam Veronenſem ſervabat, impoſito nomine Gregorii.* (*f*) Anonymus inquit: *Magnæ indolis, ſed (quod minus bonum) multum fervidæ juventutis.* (*g*) Loco *vel* legendum &.

Digitized by Google

Quem duo Pontifices *Romane* Sedis ad arces
Willigiſo pater ſimul *Ildebaldus* (*b*) & alter
Secum deductum cum magna laude receptum
Imponunt Sedi, quam ſacrat ſeſſio *Petri*.
Poſt hec cunctorum veniens Rex denique regum
Intrat, & exultat plebs, auguſtumque ſalutat
Ordo Senatorius mira gravitate venuſtus,
Urbis & innumnere letantur ubique caterve,
Dat quia Papa nova populo cum Ceſare jura.
XXII. Tempore quo mille vicibus juſtiſſimus ille
Ceſar *Adalberto* cum Sancto Sanctus amico
Utitur alloquio de multis multa loquendo, (*i*)
Nam Clerum circa fuerat ſibi maxima cura.
Sed Magontinus tunc *Willigiſo* patronus
Vivere deſertos cernens ſine Preſule *Sclavos*
Ex templo meſtus cum Papa plurima queſtus
Stans in Apoſtolica Sinodo, de plebe relicta
Querit: quid Sanctus decernat Pontificatus?
Eccleſias propriis cunctas pollere maritis,
Solam ſed *Pragam* paſtore ſuo viduatam,
Si ſinerent fieri, dicebat, crimen haberi,
Multimodaque ſuos prece ſollicitans per amicos
Eccleſiæ proprium vidue revocare maritum.
Non prius, ut potuit, Papam rogitando quievit,
Quam Vir Apoſtolicus promitteret omne coactus
Juxta velle ſuum grata pietate daturum.
Triſtis & efficitur Preſul, quod clauſtra jubetur
Linquere, nam populi, ſcierat, quod flectere duri
Nullius dogma potuiſſet ferrea corda.

 Cu-

(*b*) Anonymus habet: *Adelbaldus*, & vocat Collegam Willigiſi. Verum erat is Hildeboldus ſeu Hildebaldus Epiſcopus Wormatienſis, de quo Annaliſta Saxo ad annum 992. & 997. qui Ottonis II. Cancellarius erat, annoque hoc ipſo 996. mortuus. (*i*) Quæ tunc Otto Imperator locutus fuerit S. Adalberto prodit Anonymus in libello de translatione SS. Abundii & Abundantii apud Mabillonium Sæc. V. SS. Bened. p. 873. verba ſunt: *Denique cum Dominus Otto Romam veniſſet, quid illic Vir tantus* (S. Adalbertus) *faceret, inquiſivit, & eum ad ſe venire fecit, & ei epiſcopatum reſtituere curavit dicens: non eſſe bonum ſuam ſponſam relinquere, & filios, quos Chriſtus adoptaverat, orphanos deſerere.*

Digitized by Google

Cujus ſed mentem lenit res una dolentem
Nam ſibi commiſſa plebs ſi nollet ſua juſſa,
Ut decet implere, nec dona ſalûtis habere,
Gentibus ignotis nec adhuc baptiſmate lotis
Miſſus erat regnum celeſte docere futurum.
XXIII. Proſilit e clauſtro planctu mox non ſine magno
Sanctus *Adalbertus* cum quo ſimul inde profectus
Preſul *Notherius* (*k*) ſummè pietatis alumnus,
Trans alpes triſtem ſocium comitatur euntem,
Et *Magontinam* donec pervenit ad aulam,
Non amiſit eum quam Rege forte revulſum
Sinibus alacris adeunt cunctiſque relictis (*l*)
Rebus *Adalbertus* manſit cum Rege quietus
Sat longum tempus, nulla re quippe retentus
Ex fragili mundo, ſed Regi vera monendo,
Uri quem patrie voluit celeſtis amore.
Nam ſimul unda (*m*) locum plebis dedit, illico ſolum
Aggreditur dictis informans ſemper amicis,
Mitibus ut mitis foret immitiſque ſuperbis,
Et quam majorem, tam ſe putet eſſe minorem,
Cognoſcens hominem ſe poſt mortem fore vermem,
Lucis & eterne ſi gaudia vellet habere
Semper manſura, contemneret hec peritura.
Talibus, ut quibat, Regem perſepe docebat,
Ut *Criſtum* puro de corde timeret amando,
Nec non & cunctis parens in curte miniſtris,
Haut ſecus ac proprius Domino facit omnia ſervus:
Vincla pedum ſepe ſociis nam detrahit ipſe,
Noctis & in umbra fuit huic componere cura.

In-

(*k*) Erat *Norgerus*, ſeu ut in Diplomatibus legitur *Notkerus* Epiſcopus Leodicenſis, de quo quæpiam Mabillonius cit. l. p. 21 & 22. illum vero in comitatu fuiſſe Ottonis Romæ prodit Annaliſta Saxo ad annum 995. Obiit is ſecundum Buccelinum IV. Id. April. A C. 1007. (*l*) Obſcurum. Sed elucidandum ex Anonymo, qui ita habet: *Cumque velut duorum prope menſium iter agerent* (nempe Adalbertus & Notkerus) *venerunt Magontiam, ubi regreſſus ab Italicis oris Imperator commoratus eſt, cum quo vir Dei manſit bonum tempus, quia familiariſſimus ſibi erat, & nocte pariter ac die velut ſanctiſſimus cubicularius imperiali cameræ adhæſit.* (*m*) Unda plebis id eſt multitudo plebis ut ſupra.

Digitized by Google

Invenit a feſſis queounque relicta miniſtris,
Sepe lavans limpha ſellas & calciamenta,
Totaque (*n*) deterſit, nulloque ſciente reponit
In ſua queque loca, ſed tango vix ego pauca,
Ne mora ſit longa vobis audire relata,
Que tunc feciſſet, quibus & populum docuiſſet;
Ergo tantorum dum nemo diuque laborum
Auctorem ſciret, dum factor & ipſe lateret,
Quidam *Wolpharius* (*o*) tunc tandem Regis amicus
Innotuit (*p*) cunctis de Sancto fure miniſtris.
XXIV. Viderat hic idem Vir ſompnum ſanctus ibidem,
Quod narrans: quondam me, dixit, adire putabam
Curtem fraternam, ſimul in mediaque videbam
Aſpectu pulchrum ſed delectabile multum
Hoſpicium ſtantem gemmatos intus habentem,
Ceu geminos lectos, fratrique mihique paratos.
Dignus uterque thorus niveo ſtratuque decorus,
Alterius laudem precellens ſed meus omnem
Purpureti (*q*) totus ſplendore micabat amictus.
Ad caput & pictum parvum pendebat amictum,
Quo ſuper extenſum notat aurea litera verſum:
Auctentum (*r*) ſponſa Virgo parat hec tibi dona.
Quod cum narraret dubius quid ſignificaret,
Martyr eris cuncti, dicunt, pro nomine *Criſti*, (*s*)

Re-

(*n*) Veroſimillime: *Lotaque deterſit.* (*o*) Anonymus habet: *Woltharius*, alia editio *Wolſarius*, quem idem Anonymus vocat *regium imperialem miniſtrum.* (*p*) Id eſt *notum fecit cunctis.* (*q*) Forte: *Purpureo*, nam idem habet Anonymus: *Sed lectus ſuus omnem gloriam alterius longe præcellens, totus purpureo ſplendore & ſericis ornamentis amictus.* E quibus & aliis collatis conjicias Coſmam pene meri verſificatoris officium præſtitiſſe in hac carminice reddenda vita. (*r*) Eandem vocem *auctentum* etiam habet Anonymus tam in editione Freheriana, quam Bollandiana & Mabilloniana, in quibus hæc inſcriptio ſimillimis verbis redditur: *Munus hoc auctentum filia ſponſatur.* At vero alter vitæ ſcriptor eam his verbis clarioribus exprimit: *Munus hoc donat tibi filia regis.* (*s*) Hanc ſomnii interpretationem præcipue factam fuiſſe a Leone Epiſcopo Palatii ſcribit alter vitæ author. Porro de Epiſcopis Palatii ita commentatur clariſſimus Carolus Dufreſne in Gloſſario: *Sic porro dicti videntur Epiſcopi, qui ex indulgentia Summi Pontificis in Palatio Regum morabantur, ut eſſent cum quibus ii de rebus eccleſiaſticis tractarent.* Exiſtimatque idem forte munus eſſe & titulum quem apud nos a Caroli IV. temporibus Epiſcopi Olomucenſes obtinuiſſe videntur, nempe *Epiſcopus Regalis Capellæ*, de quo plura apud eum voce *Epiſcopus Palatii* videri poſſunt.

Digitized by Google

Regalis Sponſa virgo que dat tibi dona,
Eſt celi Domina ſanctiſſima Virgo *Maria.*
Qui mox dulciſonas congaudens retulit odas
Prona cervice *Criſto* ſancteque Marie
Munere pro tanto per ſompnum nocte relato.
Hinc igitur mente quid ſecum volveret ipſe
Sub lucem proferens, ſecuro pectore fervens
Pro *Criſto* ferre penas, mortemque ſubire.
Dulcem cum Rege conventum cepit habere, (*t*)
Ut poſt ſecretos ſermones atque ſumptos (*u*)
Amplexu caro poſt nuſquam conſociando
Oſcula dant ore ſibimet non abſque dolore.
Ergo dilecti vitam Vir ſanctus amici
Criſto commendans, pro nomine cujus anhelans
XXV. Primum *Turonie* ſanctum decrevit adire
Fratrem (*x*) *Martinum*, ſanctum ſimul & *Benedictum*
Cujus *Floriacum* meritis & corpore clarum
Edita mille docet per ſigna, quid ille valeret
Auxilio, (*y*) parat hos ſibi Preſul adeſſe Patronos.
Indeque perjuram toties cerviceque duram
Ad propriam gentem *Criſti* juga nulla ferentem
Archipontificis parendo per omnia juſſis
Accelerans repedat, quo factis juſſa rependat.
XXVI. Illa ſed interea gens impietatis amica
Peccatum grande patrarat non ſine fraude:
Urbem nam furtim vaſtantes nomine *Kurim* (*z*)
Pro pudor! incautos pacis ſub tegmine captos

Ceu

(*t*) Hæc poſt reditum Turonia & Floriaco narrat Anonymus. (*u*) In hoc carmine mendum eſt, atque pes unus deeſt. (*x*) Minime dubium quin legendum: *Patrem.* (*y*) ad hunc locum inquit Mabillonius c. l. p. 861. *Locus inſiguis ad probundam præſentiam corporis ſancti Benedicti in Monaſterio Floriacenſi præſertim ab auctore Italico.* Abinde vero etiam S. Adalbertum Glannafolium adiiſſe ad D. Mauri corpus alius vitæ author memorat. (*z*) Hanc vocem *Kurim* ſuſpicor a quodam Amanuenſi intruſam ſubſtitutamque alteri *Lubic.* Nam præterquam Anonymus ea careat, Coſmas ad annum 994. expreſſis verbis urbem *Lubic* nominat. Sic vero ille: *Nam ſub quadam feſtiva die furtim irrumpunt urbem Lubic, in qua fratres ſancti Adalberti, & milites urbis univerſi velut oves innocentes aſſiſtebant ſacris miſſarum ſolemniis feſta celebrantes.* Et deinde repetit Coſmas: *Interfecti autem ſunt in urbe Lubic quinque fratres S. Adalberti.*

Digitized by Google

Ceu mites agnos opibus virtuteque claros
Interimunt fratres ejus fratrumque nepotes. (a)
Femina cumque viro cadit inſons vulnere diro,
Omnis & in predam partitur gaza cruentam. (b)
Vix tamen efficiens major per tela per ignes
Sancti germanus cunctis e fratribus unus,
Pervenit ad Regem *Boleslaum Polonenſem* (c)
Quem Rex ex more pro ſancti fratris amore
Magnis promiſſis & donis vicit amicis.
Preſulis at ſancti mens preſcia criminis acti
Ut pugnare volens, & tempore cedere noſcens
Devitans gentem fraterna cede recentem,
Tendit prefatum mox ad Regem *Boleslaum*,
Ejus per miſſos ut temptet lege remiſſos: (d)
Si precepta ſequi, ſi vellent lege teneri.

(a) Quinque fratrum cæſorum nomina prodit Coſmas ad annum 995. *Sobebor*, *Spitimir* *Pobrazlav*, *Porcy*, *Cazlau*, *atque in Eccleſia S. Bonifacii Martyris ſepulti ſunt VI. Idus Octobris*, inquit. (b) Alter vitæ ſcriptor hujus cædis præcipuam cauſam in Boleslaum pium Ducem Boh. refundit, in quem ſtylum acrius exaggerat; at vero Coſmas & Annaliſta Saxo eum excuſant inquientes: *Tunc temporis Dux non erat ſuæ poteſtatis ſed Comitum. Comites verſi in Dei odium, patrum iniquorum peſſimi filii, valde malum operabantur facinus & iniquum.* Hos inter Comites Wrſſovecios fuiſſe conjicere licet ex eodem Annaliſta Saxone, nam Kochanum Wrſſovecium ab eodem Sancto excommunicatum fuiſſe his verbis prodit ad annum 1000. cum de Jaromiro Duci factis per venationem inſidiis loquitur. Verba ſunt: *Erat in Boemia quædam generatio, quæ appellabatur familia Wriſſovici, quorum primus erat vir ſceleratiſſimus nomine Kocan. Hunc beatus Adalbertus excommunicaverat publice in Eccleſia.* (c) Anonymus ait: *Unus autem ex ſuis fratribus dum hæc mala domi geruntur cum Bolezlao Bolaniorum Duce in expeditione Imperatoris erat.* Nempe nomine *Zebizlovo*, qui adhuc anno 1004. ſuperfuit, quo nempe in Pragenſi ponte vulneribus obrutus cecidit, de quo Annaliſta Saxo ad dictum annum: *Quem* (Boleslaum Polonorum Ducem) *Zebizlovo frater Chriſti Martyris Athalberti Præſulis perſecutus in ponte vulneratus oppetiit, & magnum hoſtibus gaudium, ſuis autem luctum ineffabilem reliquit.* E quo duo hauriınus 1mo: fratres numero ſeptem fuiſſe S. Adalberto, nempe ſex mox nominatos, ſeptimum Gaudentium. 2do: Alterum vitæ S. Adalberti ſcriptorem anno 1004. ſuam hiſtoriam concinnaſſe. Nam N. 21. ait: *Sed quando digni indigni ſcribimus eſt mortuus furente gladio frater maximus* (ſcilicet ſupra memoratus Zebizlovo. Ac demum ſubjungit: *hoc anno maximi fratris mors eſt ſubſecuta.* (d) Coſmas hæc apud Moguntinum facta adſtruit, ab eoque legatos miſſos, poſt quæ funeſtum caſum Ztrachyquatis ſubjungit.

Digitized by Google

Quo facto contra fremuit *Bohemia* tota,
Conſcia de tanto ſibi crimine fraude peracto,
Et plebis capita reddunt ſibi talia dicta:
Nos plebs proſelita, tu verus es Iſrahelita.
Nos peccatores ſumus, & duriſſima proles,
Tu Preſul Sanctus, tu ſancto ſanguine natus.
En! celis cuncta ſunt Domino cui juncta:
Portat iniquorum conſortia nulla virorum, (*e*)
Sed tamen unde nova res eſt: nos ut ſine culpa
Non ſemel abjectos, ſed fruſtra ſepe repulſos
Vir varie mentis repetat ſub pelle bidentis, (*f*)
Ceu lupus immanis teneris qui paſcitur agnis?
Scimus enim, ſcimus, nos intus in cute ſcimus,
Quid pietas ſancta mendoſum tinniat iſta:
Nolumus hunc vanum paſtorem, nolumus illum,
Cujus per verba ſevus latet anguis in herba,
Qui ſi forte redit, quod noſtris finibus abſit,
Non legis cultor veniet, ſed ſanguinis ultor,
Ejus quem dextris de fratribus hauſimus iſtis.
Quid plus? unanimes illi predicimus omnes,
Ne reditus ſibi ſpem poſthac promittat inanem.
XXVII. Quos paſtor ſanctus non triſti corde latratus
Accipiens, letum perfudit (*g*) lumine fletum,
Talibus atque modis exſolvit gaudia cordis:
Ecce quod optabam, quod te bone *Criſte* rogabam
Vincla Kathenarum rupit plebs ipſa mearum,
Te ſequar ut digne liber, quia tu Deus ipſe
Spernis ſpernentes, & amas te ſemper amantes.
Inde ſalutiferi non ceſſans vomere verbi
In *Criſto* ſteriles humanas ſcindere mentes, (*h*)

Quo

(*e*) Nonnihil obſcurum: Clarius vitæ ſcriptor: *Talem ac tantum non portant cohabitationes, & conſortia iniquorum.* (*f*) *id eſt*: Ovis bidentis. (*g*) Id eſt: *profudit.* (*h*) Hic rurſum alter Anonymus interponit: *Miſerat his diebus ad Ungarorum ſeniorem magnum, immo ad uxorem ſuam, quæ totum regnum viri manu tenuit, & quæ erant viri ipſa regebat, qua Duce erat Chriſtianitas cœpta, ſed intermiſcebatur cum paganiſmo polluta religio, & cœpit eſſe deterior barbariſmo languidus ac tepidus Chriſtianiſmus, ad quam tunc per venientes illinc nuntios in hæc verba epiſtolam miſit: Pappatem meum* (nempe Radlam) *ſi neceſſitas & uſus poſtulat, tene, ſi non propter Deum ad me*

nit-

Digitized by Google

Quo vertat ſacrum, cunctari cepit, aratrum:
Utrum *Pruſenſes* primum petat, an *Luticenſes*? (*i*)
Hec quoniam vanis plebs utraque dedita ſacris
A bruta pecude vix diſtabat racione;
Sed pocior viſa cunctanti res fuit iſta,
Spargat ut eterne *Pruſenſis* ſemina vite
Nam fuit hec Regio jam Regi proxima dicto. (*k*)
Mox iter inceptum, cui Rex ad perficiendum
Dat pro pace viros abeunti bis duodenos, (*l*)
Ut ſulcet medium puppis ſecura profundum.
Et cum finalem properando veniret ad urbem, (*m*)
Regnum *Polonie* qua pontus terminat arce,
Purgavit multas *Criſti* baptiſmate turbas.
Hic eciam ſancte celebrans ſollempnia miſſe,
Immolat eterni corpus cum ſanguine *Criſti*,
Cui non poſt multum ſe temporis obtulit ipſum.
Poſtea nocturnas ſed cum lux depulit umbras,
Oſcula dans cunctis & dulcia verba ſalutis,
Proſilit in curvam non absque dolore carinam.
Ut ſimul optatas dextras aquilonibus horas (*n*),
Contigit, & propria rate cum cuſtode remiſſa,
Manſit ibi ſolus cum fratribus ipſe duobus,

mitte eum. Ipſi vero (Radlæ) *clam chartam alia mente, alia ſententia miſit: ſi potes, inquit, cum bona licentia, bene: ſi non, vel fuga fugiens tenta venire ad eum, qui te deſiderio concupiſcit, Adalbertum tuum. Ipſe autem venire non potuit, vel ut bomo noluit. Ut enim ipſum bodie audis dicentem: quem nunc ſicut ſitiens anima frigidam aquam totis viſceribus flagrat & amat, ardua ſcandentem ſemper tunc fugiebat. Ipſe tamen jam erat monachus.* Num Radla hic fuerit Anaſtaſius nominatus ille in hiſtoria noſtra & Hungarorum primus Abbas Brzevnovienſis, qui poſtea prope Jaurinum in monte Panoniæ ſeu monaſterio S. Martini Abbas fuit, in annalibus noſtris Hagecianis enodabimus. (*i*) Luticenſium ſeu Liuticiorum Slavorum ſitum jam in Annalium noſtrorum P. III. explicavimus. Pruſſiæ termini, qui ab oriente accedunt ad Lithuaniam, a meridie ad Poloniam, ab aquilone ad Livoniam, ab occidente ad Pomeraniam hodie nemini Geographiæ gnaro ignoti ſunt. Non inveroſimilis videtur etymologia Poruſſorum a veteri Slavica voce po prope & *Ruſſi* quaſi prope Ruſſos dicas, quemadmodum Pomorani prope mare & Polabi prope Albim dicti cenſentur. (*k*) Nempe Boleslao Poloniarum Duci. (*l*) Anonymus dicit: *terdeno milite armat.* (*m*) Anonymus vocat: *Gidanie.* Gedanum, Dantiſcum. (*n*) *id eſt:* oras.

Preſbiter alter erat, (*o*) frater *Gaudencius* alter,
Ambo ſibi comites pre cunctis uſque fideles.
XXVIII. Conſtanterque Dei ceperunt dogmata veri
Spargere perpetue ſpondentes premia vite
Omni credenti Criſto, Criſtumque ſequenti,
Abluat & ſacra ſi quos baptiſmatis unda. (*p*)
Hac fama moti Primates atque coloni
Illius terre venientes exiciale
Bellum *Criſticolis* peragunt ſub guttura pugnis,
Ex quibus arrepto quidam de littore remo
Preſulis a tergo propius ſtetit, utque legendo
Pſalmos adſtabat, manibusque librum retinebat,
Inter utrumque latus percuſſit fortiter artus.
Excuſſus manibus volat ad diverſa libellus,
In crucis atque modum ſpaciatur (*q*) corpus honeſtum.
Sed ſic exterius punita carne, quid intus
Mens ageret ſancta, patefecit vox quoque clara:
O Rex eterne, dixit, laus ſit tibi *Criſte!*
Huic nam ſi ſimile paciar nil poſtea tale,
Sufficit hunc ictum pro te ſumpſiſſe vel unum,
Nec tamen invitus, ſed ſponte relinquere littus
Maluit & contra plebem proceſſit in arva;
Quem Dominus ville quidam ſuſcepit honeſte
Hoſpicio, cujus gaudens & ab hoſte quietus
Sabbata poſtque diem ſanctum celebravit euntem. (*r*)
Convenit interea dire plebs cedis avara,
Utque canes cervum circumdant undique feſſum,
Cum ſtetit in rupe prerupta deque ſalute
Deſperat ſtando, quod nulla patet fuga capto,
Sanctus *Adalbertus* ſic ſtabat in agmine ſeptus.
Illi latrantes inſtant, baculisque minantes:

Quis

(*o*) Benedictum vocat Anonymus. An ille Benedictus ſit, qui poſtea inter 5. fratres Martyres cenſus, in Annalibus noſtris inquiremus. (*p*) Locum deſcribere prætermiſit hic Coſmas, ſic vero Anonymus: *Intrant parvam inſulam, quæ curvo amne circumvecta formam circuli adeuntibus monſtrat.* Ea inſula in mappis hodie paſſim nomine *Friſch-haf* indigitatur, eſtque ſinus mari Balthici, qui prope Dantiſcum incipit, & ſe anguſto oſtio apud Pillau mari Balthico jungit, ad Regem Poruſſorum ſpectans. (*q*) Id eſt: cadit, ſternitur. (*r*) Id eſt: inſequentem.

Digitized by Google

Quis ſit, ut enarret, quare, vel unde veniret?
Preſul ad hec Sanctus reſpondit mitis ut agnus:
Sum natu *Sclavus*, *Woytiech* ſed nomine dictus,
Doctor in officio, ſed Preſul in ordine ſacro. (*s*)
Eſt mihi cauſa vie veſtre reparacio vite,
Ut mala linquentes tantum bona ſemper agentes,
Criſto credatis, cum quo ſine fine queatis
Vivere, gaudere bene vivendoque manere.
Talia Vir Sanctus. Sed dudum jam quoque vulgus
Clamat, & cuncta jactans convicia multa
Impete (*t*) graſſatur rabido, mortemque minatur.
Tunc conjurantes, & terram percucientes
Fuſtibus in Sanctum fremuerunt more leonum:
Hoc ſit pro magno, dicunt, quod tempore tanto
Veſtras impune gentes docuiſtis inique.
Ut celer immerite reditus dat ſpem modo vite,
Sic & parva mora mortem dabit hac ſimul hora.
Nobis & toto *Pruſſorum* denique regno,
Cujus nos fauces ſumus, (*u*) & defendimus arces,
Lex eſt communis, manet unus & ordo ſalutis.
Vos vero propere noſtre confinia terre
Iſta ſi nocte non vultis linquere ſponte,
Cras tamen inviti linquetis morte perempti.
Qui mox in villam noctu ceſſere propinquam,
Hic per quinque dies *Criſto* manſere canentes
Laudes pro ſeſe ſimul & pro plebe furente.
XXIX. Tanta per obſequia dum parte morantur in illa,
Quo prius in clauſtro (*x*) vixit pater hic aliquando,
Nocte quieſcenti cuidam tunc ſompnia fratri
Nomine *Joanni* (*y*) monſtrat Deus ordine tali:
Summum per celum pendencia bina deorſum

 Tam-

(*s*) Anonymus addit: *profeſſione monachus*. (*t*) pro *impetu*. Sic Ovidius: *vaſto impete fertur*. (*u*) Eadem prorſus verba habet Anonymus. *Fauces* hic autem accipiuntur pro aditu, initio, ſeu termino Regni Poruſſici; ſic Cicero dixit, *belli os & fauces* id eſt belli initium. Sic dicuntur *fauces Alpium*, *Ciliciæ*, non modo pro anguſtis cluſis, ſed etiam radicibus & aditu. (*x*) Nempe Romæ SS. Bonifacii & Alexii. (*y*) Addit Anonymus: *Canapario*. Alter vero vitæ author etiam Abbatem fuiſſe innuit: *Joannes Monachus & Abbas*.

Digitized by Google

Tamquam linteola multo nive candidiora,
De terraque Viros tolli ſub nubila binos,
Exteriusque pia vidit duo nomina ſcripta
Preſul *Adalbertus* Martyr ſine fine beatus,
Alteriusque fuit nomen qui talia vidit. (z)
Abbas quem dictis narrantem *Nilus* amicis
Corripiens: o mi, dixit, dulciſſime fili!
Sompnia ſunt vana, quamvis & ſompnia multa.
Evenit interdum nobis predicere verum.
Si non falſa meo preſagia corde retexo,
Auxiliante Deo tamen hec certiſſima ſpero:
Ille bonus frater, melior quo non fuit alter,
Noſter *Adalbertus* vel erit, vel martyrizatur,
Jam capit a Domino victor ſua premia *Criſto*,
Hac ipſa nocte, qua viderat hec Pater ille,
Viſio nocturna cingens ambigine (*a*) multa
Oſtendit fratri prefato (*b*) Preſulis almi,
Que ſibi poſt opere cito perpetranda fuêre;
Qui ſurgens Patri per devia dixit eunti:
Vis audire meum dictu mirabile ſompnum?
Qui pater: o care, dic, ſi quid habes modo, nate!
Dixit, at ille ſuam non tardat promere cauſam:
Ceu vigilans aram rebar me cernere ſacram,
Qua ſuper impoſitum de vino ſemi repletum
Juratum (*c*) calicem vidi cuſtode vacantem
Quem ſiciens bibere, vellem cum forte levare,
Neſcio, quis juvenis ſtolis precinctus amenis
Obſtitit, atque mea cohibens audacia cepta,
Non tibi, dixit, ego nunc hec libamina ſervo,

Nec

(z) Nempe Joannes mox memoratus; quo loco author rurſum notam temporariam adjicit: *ut adhuc hodie meminit*. Quibus verbis indigitat hunc Joannem adhuc ſuperſtitem fuiſſe, dum hæc ſcriberet. (*a*) pro *ambagine*, qua voce uſus quoque Papias. Anonymus ait: *nocturna quies textis ambagibus dixit*. Id eſt: nocturna quies quaſi per textum velum ſeu textas ambages oſtendit. (*b*) Nempe Gandencio, ut nomen exprimit Anonymus. (*c*) Ita habet MS. Verum fortaſſis legendum *Auratum*, nam Anonymus habet *aureum calicem*. Niſi fortaſſis fuerit *Sacratum*. Ceterum & vox *Juratum* ſubſiſtere poteſt, medio ævo enim *Juratus* ſæpe adhibetur pro re ſacramento ſeu rebus ſacris addicta, ut advertit Dufreſne in ſuo Gloſſario.

Digitized by Google

Nec cuiquam veſtrum licet hoc contingere ſacrum.
Preſul *Adalbertus* cras debet ſumere ſolus.
Flebam diſcedens, quod me timor imbuit ingens,
Et ſompnus vacuas dulcis diſceſſit in auras.
Proſperet hanc fili, reſpondit, gratia *Criſti*
Cauſam, nam ſompno fallaci credere nolo.
XXX. Et jam nocturnis orbem ſol clauſerat umbris,
Lucis & aurora (*d*) cum primum queque minora
Sidera diffugiunt, placida de nocte reſurgunt,
Et matutinis *Criſto* de more ſolutis
Laudibus, inde vie repetentes munia cepte
Fallunt ingentem pſalmos recitando laborem,
Criſtus ab ore quibus nam fuit uſque (*e*) benignus.
Et mala ſilvarum jam devia jamque ferarum
Luſtra relinquentes carmenque per arva meantes,
Finierant omne, cum ſol altiſſimus orbe
Tantum reſpiceret, quantum ſupereſſe videret. (*f*)
Hic miſſas fratre pro pace vie celebrante
Monachus ille bonus (*g*) ſacro cum ſanguine corpus
Sanctum ſuſcepit, vitamque viamque refecit,
Guſtatis modicis reſidens cum fratribus eſcis.
Poſt dicto propere pſalmo verſuque ſequente,
Surgit gramineo vultu de ceſpite leto,
Et lapidem quantum poſſis cum mittere, tantum
Hinc ubi proceſſit, rurſum ſic fando reſedit:
Hec mea ſit requies, hic deficiunt mihi vires.
Et quia nocturno minime atque labore diurno
Jam fuerant feſſi, minime dant membra quieti.
Ultima cum vero cornu pauſacio pleno
Prolueret Sanctos, (*h*) cecus furor ecce paganos
Fert male precipites, & adhuc nil tale timentes;
Criſticolas rapiunt, & vinclis brachia ſtringunt.
Tunc Preſul Sanctus manibus poſt terga ligatus,

Ut

(*d*) Id eſt: Sub lucis auroram. (*e*) Id eſt: *ſemper*. Qua in ſignificatione crebro utitur etiam Horatius. (*f*) Id eſt: Sub meridiem. (*g*) Nempe S. Adalbertus a Gaudencio fratre. (*h*) Pauſacio cornu pleno Sanctos proluit, *id eſt*: Suaviter quieſcunt, dormiunt.

Digitized by Google

Ut non deficerent, mortemve ſubire timerent,
Cum vel truncari videant ſe, vel cruciari,
Fratres aſpiciens confirmat talia dicens:
O cari comites; o premia magna petentes!
Nunc eſtote viri fortes pro nomine *Criſti*.
Hec eſt lux illa mihi votis mille petita,
In qua victorem ceu victi vincimus hoſtem.
Quid melius tanto, quid dulcius eſt ubi, quando,
Quam Duce pro *Criſto* tam magno, tamque benigno
Fundendo fragilem vitam ſociare perhennem?
Proſilit ex rabido mox igneus agmine ſicco, (i)
Viribus & totis fratres ad bella monentis,
Intima fatifero rupit precordia ferro.
Ut conjurate fecit dux vulnera turbe,
Concurrens vulgus ſuperauget in ulcere vulnus,
Exſaturantque ſuam diverſis ictibus iram.
Nam ſimul extracte ſeptem ſunt proh dolor! haſte,
Vulnera ſeptena patuerunt divite vena,
Purpureúsque ſacris de membris profluit amnis.
Ille ſuis oculis ſurſum cum corde levatis
Intrepidus ſtabat, flexoque genu rogitabat,
Ferrea nam blandas arcebant vincula palmas,
Supplex propicium plebis pro crimine *Criſtum*.
Nec bene finita prece, luce migravit ab iſta.
Sic pia ſic anima de carcere corporis illa
Evolat, & *Criſto* fruitur ſibi ſemper amato.
Diraque barbaries eventu cedis ovantes,
Et nondum rabido ſatis inde furore repulſo,
Enſibus in fruſta ſeparant exſanguia membra, (k)
Et caput abſciſſum portantes cuſpide fixum,
Idola namque ſua laudantes voce ſonora,
Ad ſua tecta viri ſunt unusquisque reverſi.

Eſt

(i) Anonymus habet *Siggo*. Sed fortaſſis legendum *Sico* a Sica pro *Sicarius*. Alius vitæ author, quem ſubjungimus vocat eum: *Sacerdotem ydolorum*, & *Ducem dyabolice cohortis*. (k) Quod in fruſta membra conciderint, nihil habet Anonymus, ſed ſolum ait, quod caput ſeparaverint ab exſanguibus membris. Sic vero ille: *Auferunt corpori nobile caput*, & *ſeparant exſanguia membra*. *Corpus vero loco dimittentes, caput palo fixerunt*.

Digitized by Google

Eſt autem nonis in Majo menſe Kalendis
Preſul *Adalbertus* pro *Criſto* martyrizatus, (*l*)
Aſſidua cujus devotos nos prece *Criſto*
Secula per cuncta famulos conſervet & ultra.

LIbet ſubjungere carmen, quod in eodem rariſſimo MS. codice ſuperiori S. Adalberti vitæ ſubnexum deprehendimus. Illud vero haud aliud eſt, quam precatio ante menſam regalem, ſeu quædam norma benedicendi menſæ regali cum elogio Regis, Reginæque. Stylus a Coſmæ carmine haud eſt abſimilis. Quem vero Regem Reginamque hic connotet, ignotum. An fortaſſis Wratislaum noſtrum, ſub quo Coſmas vixit? Cui quanquam obſtare videatur, quod filium etiam Regem vocet, inquiens *vivit par nobile regum*, tamen ex vulgi appellationibus haud infrequens eſt hujus ætatis ſcriptoribus, ut omnes Regum filios *Reges*, quemadmodum filias *Reginas* vocent, quod vel de hujus ipſius Wratislai filia etiam ab exteris hiſtoricis *Regina* appellata aliquando in annalibus noſtris, cum ad hæc tempora pertigerimus, oſtendemus. Niſi malimus dicere authorem per *par nobile regum* intelligere Regem & Reginam, præſertim cum poſtea filium *inclytam* non Regiam *prolem* appellet.

VERSUS POST MISSAM CUM PROCESSIT USQUE AD MENSAM REGIS.

EJa dulciſſonas perſolvite carminis Odas!
Alma dies mundum reddit rutilando jocundum,
Quo noſtro Regi ſit perpes gloria Regni. *Eja!*
Sacrum rumorem, qui transcendens & honorem
Exhibet in factis, quid conferat utilitatis
Virtus nobilitas, & cum probitate poteſtas. *Eja!*

(*l*) *Anonymus addit:* Imperante rerum Domino Ottone tertio pio & clariſſimo Cæſare feria ſexta. Scilicet ut qua die Dominus JESUS Chriſtus pro homine eadem die homo ille pro Deo ſuo pateretur.

Digitized by Google

Jura videt (*m*) queque, diſponit & omnibus eque.
Mira facit rerum, vivit par nobile regum,
Exponens opere, quod poſtulat ordo corone. *Eja!*
Eccleſie pater eſt, par conſilio ſibi non eſt.
Tempore Rex pacis, Dux caſtris, miles in armis,
Ipſe prius prebet ſpecimen, (*n*) quod quis ſibi debet, *Eja!*
Quidquid primates, tot purpureique clientes,
Et Regina potens latus ambit, & inclita proles.
O decus eximium! par nulli gloria Regum! *Eja!*
Quidquid in orbe viget, pre leticia modo ridet,
Vosque Sacerdotes eſtis qui nobiliores,
Dicite, quod preſtat, quod ſolum dicere reſtat: *Eja!*
Suſcipe vota, pie tua ſunt hec munera *Criſte*,
Aſſis leticie cuſtos moderator & eſce.
Ut dapibus paſti placeamus corpore caſti. *Eja!*
Te ſine nil dulce, tu nobis pocula mulce,
Ludicra verba, jocos, & ſenſus dirige noſtros,
In te rite Deum trinum ſapiamus & unum. *Eja!*

BO-

(*m*) Id eſt: callet, intelligit. (*n*) Id eſt: exemplum.

Digitized by Google

OBSERVATIONES PRÆVIÆ IN DUAS ALIAS VITAS S. ADALBERTI.

PRiori S. Adalberti Epiſcopi Pragenſis vitæ ſubnectimus alias duas, quæ ex codice chartaceo ſæculi exeuntis XIV. aut ordientis XV. Bibliothecæ Clementinæ Inclytæ Societatis JESU ante annos facile triginta a Clariſſimo Viro Jordano Originum Slavicarum authore exſcriptæ, ac ſedulo collatæ fuere, quæ quamquam compendia videantur prioris vitæ, miracula tamen quæpiam proferunt, de quibus tam ſuperior noſter, quam alter ſynchronus a Bollandinis Patribus & Mabillonio editus altum ſilent. Et quidem alterum eorum miraculum eſt de digito S. Adalberti in piſcis lucentis ventriculo detectus ac repertus, quod ſecundus auctor novo portento per raptum vulturis, & reunionem auget. Alterum de pœna & pœnitentia mutorum quorundam.

Authorem utrumque gente Polonum fuiſſe plura innuunt, & cum primis in priore relata poſterioris miraculi narratio, ubi præter cætera author dicit ab ea mutorum pœnitentia tandem cœpiſſe Polonos jejunium quadrageſimale a ſeptuageſima obſervare, eumque ritum perduraſſe uſque ad Urbanum IV, quo *ad inſtantiam tandem aliquorum ventris curam gerentium predicta abſtinentia eſt renovata per legatum Polonie memoratum nec ad laudem Dei, nec Polonorum ſalutem, ſed nec ad gloriam Pontificis prefati, & Polonorum Apoſtoli, ſed pocius in ipſius contemptum miſerabilem, ut videtur*, quæ ſequentibus acerbius exaggerat. Diſcimus tamen inter cetera ex hac vita Urbanum IV. ante Pontificatum Jacobum appellatum, olimque legatum Poloniæ fuiſſe.

Digitized by Google

SANCTI ADALBERTI VITA.

SANCTUS *ADALBERTUS* ex piis & religioſis parentibus oriundus fuit, qui a puericia in lege Domini eruditus fuit, & tandem pro addiſcendis liberalibus artibus ad quendam Archiepiſcopum nomine *Albertum* fuit deſtinatus, quem Archiepiſcopus cum magna claritate ſuſcipiens, & ſacro Criſmate confirmans ſuo nomine eum *Adalbertum* nominavit; qui ſtatim, cum ſtudiis fuit applicatus, cepit non ſegniter agere, ſed ſtudiis pro viribus inſiſtere, & negocia puerilia omnimode, quibus evi ſui ſocii, ſecundum communem hujus ſeculi curſum inanibus fabulis ſe occupant, (*o*) ille pſalmos Davidicos decantabat. Cum quadam die iret de ſcolis, unus de ſuis ſociis eum ſuper virginem projecit, pro quo facto ſanctus Pater uberes lacrymas fudit, reputans ſe per hoc ſuam virginitatem amiſiſſe. Hec eciam hys ſimilia Deo plenus puerulus jam tunc faciendo multorum oculos in ſe defixit, mirancium ejus facta & dicencium; Benedicens benedixit hunc puerum *JESUS*; qui infra annos ſue puericie ad optima queque ſic arduus ſurgit; toto enim tempore ſtudii ſui non eſt emulatus facientes iniquitatem, neque ſtetit in conſilio eorum, quibus erant inutilia negocia, & pueriles actus, ſed occulte oracioni inſiſtebat, pauperibus, cecis, debilibus amica ſolacia impendebat. Poſt hec Magiſter ſuus (*p*) ad Imperatorem abſceſſit, Archiepiſcopus vero *Albertus* nature debitum cum ſuo ſucceſſore perſolvit, quibus peractis ſanctus Puer ad propria remeavit. Poſt mortem vero predicti (*q*) Epiſcopi factus eſt conventus plebis, una cum Principe illius terre, & fit diligens inquiſicio, quem pro illo ponerent. Reſponderunt omnes una voce celitus inſpirati; *Adalbertus* & nullus alius, cujus actus, nobilitas, & divicie ac vita cum honore concordant. Conſecratus autem in Epiſcopum nudis pedibus *Pragam* venit, ubi ab omnibus honorifice cum gaudio ſuſceptus in Epiſcopali Kathedra eſt collocatus. Qui cunctis diebus ſui Epiſcopatus fuit dictus *Servitus*, ſicut fidelis ſervus & prudens. Res vero Eccleſiaſticas in quatuor partes dividebat, primam partem in uſus Eccleſie, ſecundam in Canonicorum uſus, terciam pauperibus, quartam vero & pauperum commodis deputabat. Singulis vero diebus xii. ad menſam ſuam ſolitus erat habere, quos in *Apoſtolici* nominis

nis

(*o*) Aliquid omiſſum, veroſimillime *vitare* aut quid ſynonimum. (*p*) Otricus. (*q*) Veroſimillime legendum *Ditmari*.

Digitized by Google

nis honore recreabat, jejuniis vero & orationibus, maxime nocturnis temporibus carnem macerabat. Lectus ſtabat ornatus, in quo tamen ipſe ſe nunquam deponens, ſuper nudam humum, lapide capiti ſuppoſito, velud alter Patriarcha quieſcebat. Infirmos, & in carcere poſitos viſitabat, animum ſuum molli nunquam voluptati dabat, agrum manu propria excolens, ſibi victum taliter conquerebat; de completorio uſque ad primam cauſas pauperum audiebat, ſi vero accioni exteriori non vacabat, tunc uſque ad miſſam pſalmos *Davidicos* legebat, homini non locutus eſt verbum, quando miſſe aſtabat infulatus, poſt miſſam vero per labores manuum ſe occupabat, aut cum ſuis capellanis ſacre leccioni inſiſtebat, hys ſociis longum diem, & talibus negociis totam ſolebat ducere noctem, mores hi, ſtudium hoc erat meta vivendi. Inter hec tamen ſancta opera, non ceſſabat pluere predicacionis verba, ſic alta petens, ut proximorum infirma non deſpiceret, ſic infirmitatibus proximorum congruens, ut alta petere non deſiſteret, ſingulis compaſſione proximus & pre cunctis contemplacione ſuſpenſus, ſic diſcrecionis novit artem ſervare, ut eſſet in eo & juſte conſulens miſericordia, & pie ſentiens diſciplina. Oves tamen ſue ſuum paſtorem ſequi noluerunt, ſordibus ſuorum peccatorum implicati. Quod videns Epiſcopus, pia miſericordia motus, deflens eorum peccata & amaro luctu proſequitur dampna perdite gentis. Ad ultimum autem cogitat eos pocius relinquere, quam in ceco, & ſponte pereunte populo operam perdere, quod maxime propter tres cauſas dicitur feciſſe; prima & principalis cauſa, propter plures uxores unius viri. Secunda propter deteſtabilia conjugia clericorum. Tercia propter captivos & mancipia *Criſtianorum*, quos a *Judeis* Epiſcopus redimere non potuit. Apparens autem *Criſtus* ei in ſompno dixit; Ego *Jeſus* vendor a *Judeis*, & tu adhuc ſtertis. Hoc Epiſcopus equa lance perpendens & longa ſuſpiria trahens amplius ſtare renuit; ſed *Romam* ire deliberavit, ibique a Summo Pontifice ceſſionem impetravit, deliberans pro Deo peregre proficiſci, atque velut ſub alio ſole inopem ſenectam ducere, omnia dura & aſpera pro dilecto *Jeſu* ſibi dulcia ſunt viſa, & divite *Jeſu* anguſtiam, pauperiem pati non tam labor, quam ingens amor erat; poſt hanc ſue mentis deliberationem omnes ſuos theſauros pauperibus erogavit, deinde pueris in patriam remiſſis mutat habitum, & cum tribus ſociis ad montem *Caſſinum* venit, quo item viſitato iterum *Romam* veniens, & monaſterio Sancti *Bonifacii*, cui *Leo* Abbas preerat, monachalem habitum aſſumpſit, Monachus vero factus obediencia & humilitate multos precellens cepit ardencius cupere *Criſtum*, in bonis operibus

Digitized by Google

ribus proficiens, & lux inſplendens, & creſcens usque ad perfectum diem; Officium autem ſuum erat in monaſterio coquere, aduri ſqualloribus, & omnia vaſa mundare, quod Sanctus valde hilariter & humiliter faciebat, ſciens quod humiles ſpiritu, gloria ſequebatur. Archiepiſcopus autem *Moguntinus* Beati Preſulis gregem ſine paſtore ire conſpiciens Pape inſtat, ut ipſum in ſuam ſedem remittat. Qui cum *Pragam* veniſſet, omnes ipſum voto, & ardenti ſuſcipiunt affectu. Grege tamen ſuo iterum ſua ſceleſta repetente & pia monita ſui paſtoris contemnente, dulcis *Rome* iterum menia reviſit; congaudent monachi eo redeunte, omnes enim ipſum diligebant, ſed pre omnibus Abbas Summus, (*r*) cui & tale teſtimonium dabat, quod in omni virtute perfectus erat, ad unguem & martyrium plene factus. Volens autem Dominus oſtendere ſervo ſuo, cujus eſſet meriti, monſtrat ei per viſus duos ordines in celo, unum purpureo, alium vineo (*s*) amictu, quibus ſub diverſa ſpecie ſingulare eſt martyrium, & propria merces, ambobus tamen eſca & potus, erat laus perpetua Creatoris, & vox dixit ad eum, in utroque eſt tibi locus, convivacio menſe, & apertiſſimus honor. Archiepiſcopus vero *Moguntinus* veterem querimoniam cavens Dominum Apoſtolicum de reditu Sancti Johannis (*t*) interpellat. Triſtatus homo Dei hoc audiens, quia coactus eſt relinquere monaſterium, quod tamen multi hodie relinquerent, proh dolor, pro minori etiam dignitate! Vir igitur Sanctus ſecundum placitum Apoſtolici, ad apoſtatricem gentem pergere cepit, gens autem ſceleratiſſima, ad quam redire compulſus eſt, in odium ſui parentes ejus nobiles miſero vulnere proſternunt, fratres, fratrumque ſuorum pueros omnes morte ſeviſſima dampnaverunt, civitates eciam eorum igne cremantes, omnia bona eorum in captivitate redegerunt. Sancto vero *Adalberto* iſta verba mandaverunt, dicentes; peccatores ſumus, gens dure cervicis, tu vero Sanctus es amicus Dei, nihil tibi commune nobiſcum, nolumus te, quia ſi veneris, non venies pro ſalute noſtra, ſed puniendis injuriis, que de fratribus tuis fecimus. Non fuit, qui reciperet Sanctum, non fuit uſque ad unum. Hoc audiens exultans dicebat; diſrupiſti Domine vincula mee cure paſtoralis, fateor me hodie o bone *Jeſu* tibi devotum, tibi dominator laus & gloria. Relinquens igitur perfidam, & induratam gentem ſuam, fines adiit *Prutenorum*; primo vero *Gdansk* urbem adiit, in qua multos homines baptizavit. Tandem poſt aliquos dies navim aſcendens, & ſuis novis filiis ſalutatis na-

(*r*) Legendum: *Suus*. (*s*) legendum *aureo*. (*t*) mendum, legendum: *hominis*.

Digitized by Google

navigavit, nunquam poſtea videndus ab ipſis. Intrans autem Inſulam quandam per miſericordiam, & *Criſtum* ibi conſtanter predicans, multas injurias ab incolis, & verbera eſt perpeſſus. Tranſiens autem in aliam partem fluminis ad villam quandam pervenit, ad quem homines loci accurrentes, unde ipſe eſſet; cœperunt interrogare, aut quare veniſſet; Sanctus voce miti eis reſpondit; Origine inquit ſum *Sclavus*, nomine *Adalbertus*, Profeſſione monachus, ordine quidem Epiſcopus, officio nunc veſter *Apoſtolus*. Cauſa autem mei itineris eſt ſalus veſtra, ut relictis criminibus veſtrum agnoſcatis Creatorem, qui ſolus eſt Deus, & ut in eum credentes vivatis cum ipſo in eternum. *Pruteni* hoc audientes, in furorem ſunt converſi, & terram baculo percutientes ipſos contumeliis affectos, a ſuis finibus cedere eos compulerunt. Qui navem conſcendentes venerunt in quendam vicum, in quo quidem manſerunt quinque, inde nemora, & feralia luſtra, linquentes loca campeſtria, adierunt, & pro labore itineris pauſantibus cunctis prudencius, (*u*) furor irruit ſuper eos, Sanctus vero *Adalbertus* ſocios ſuos, videns collocatos, fratres, inquit, nolite contriſtari, ſcitis, quia hoc patimur pro nomine *Jeſu*, cujus virtus ultra omnes virtutes, pulchritudo ſupra omnes decores, potencia inenarrabilis, pietas in ſingulis. Quid enim forcius, quid eo pulchrius, quam dulcem pro dulciſſimo *Jeſu* fundere vitam. Hec Sancto dicente, proſiliit ex furibundo agmine lictor & totis viribus ingens jaculum movens transfixit ejus penetralia cordis. Ipſe autem Sacerdos ydolorum, & Dux dyabolice cohortis prima vulnera fecit. Deinde omnes alii concurrunt, & vulnera vulneribus miſcuerunt. Sanctus tamen oculis ac manibus in celum levatus ſtabat orans Deum. Exiit rubeus amnis de divite vena, & extincte (*x*) haſte ſeptem vigencia vulnera pandunt; Ille vinculis ſolutis extendit manum in modum crucis, & ſuppliciter fuſis precibus pro ſuorum perſecutorum ſalute ad Deum clamat; ſic illa ſancta anima e carcere ſuo volat, ſic nobile corpus protenſa ſpecie terram occupat. Sic quoque multo ſanguine vitam fundens, beatis ſedibus requieſcit, & ſuper tandem kariſſimo perfruitur *Criſto*. O ſanctum & beatiſſimum Virum, cui in vultu angelico ſplendor in corde vero ſpiritus *Criſti* optimum, & omnium honore digniſſimum, qui crucem, quam voluntate & animo ſemper portavit, & manibus & toto corpore eſt complexus. Accurrit undique dira barbaries, & nondum expleto furore, auferunt corpori nobile caput, & ſeparant exſanguinea membra, cor-

(*u*) Obſcurum. (*x*) fortaſſis: *extente*.

corpus vero loco dimittentes, caput palo fixerunt, & leto clamore, ſua ſcelera laudantes, ad propria ſunt reverſi; Claruit autem Sanctus miraculis in vita ſua, & poſt mortem. Cum enim monachus eſſet, quamdam feminam, que ſeptem annis panem non comederat, ei panem cruce inſignitum porrigens, & commedere mandans, ipſam priſtine reſtituit ſanitati. Puellam eciam quandam, quam febris graviſſima adurebat, tactu ſue manus curavit. Digitus ſuus, quem piſcis devoraverat, in modum candele ardentis in ſuo ventre cunctis videntibus inter fluxus rutilabat, quod attoniti miraculo piſcatores, hunc omnes capere feſtinabant, quem cito captum mox exenterant, atque illius ventriculo digitum Sancti Pontificis in modum ardentis candele flammantem extrahunt. Mutis eciam linquam reſeravit, ſicut in illis patet, qui ex eo, quod ſanctum Virum deſiderantem ſibi viam indicare, judicaverunt, (y) muti fuerunt effecti, qui ſic muti penitencia ducti ad Sanctum accedentes, & ſuum reatum, eo modo, quo poterant, confitentes, officio linque ſunt reſtituti, qui ſtatim *Criſtum* confitentes baptizari ſe poſtulaverunt. Baptizati vero per Sanctum Dei in fide *Criſti* confirmati rogaverunt Sanctum, ut pro deriſu & contemtu, quem ſibi ceca mente intulerant, ſibi penitenciam injungeret ſalutarem. Ad inſtantiam igitur ipſorum precepit eis Vir Dei, ut novem ſeptimanas ante *Paſca* ita ſervent, ſicut ceteri fideles Chriſtiani generali abſtinencia ſeptem ebdomadas rite obſervant, a carnibus duntaxat abſtinentes. Quod illi preceptum deſiderantiſſime ſuſcipientes, & in vita libenter cuſtodierunt, & poſteritati tradere curaverunt. Que abſtinencia usque ad tempara legati *Jacobi*, poſtea vero *Urbani* iiij. per univerſam *Poloniam* devote unanimiter ſervabatur. Ad inſtanciam tandem aliquorum ventris curam gerentium predicta abſtinencia eſt renovata, per legatum *Polonie* memoratum, nec ad laudem Dei, nec *Polonorum* ſalutem, ſed nec ad gloriam Pontificis prefati, & *Polonorum* Apoſtoli, ſed pocius in ipſius contemptum miſerabilem, ut videtur. O gens miſera, que propter ventris ingluviem ſtatum tanti Patris & ſui Apoſtoli dereliquit ſequens ritum theutonicorum in hac parte, quorum quia legem amplectitur, tandem tyrannidem eorundem ſentiet, Domino juſte permittente.

VI-

(y) Legendum *repugnaverunt*: aut quid ſimile.

Digitized by Google

VITA SANCTI ADALBERTI.

Sanctus *Adalbertus* nobilis progenie, ſed nobilior fide, natus in *Bohemia*, in officio Pontificali ſollicitus, propter perſecutionem *Bohemorum* & maxime propter plures uxores unius viri, & propter deteſtabilis peccata clericorum, qui uxores habebant, & propter captivos & mancipia *Chriſtianorum*, quos a *Judeis* redimere non poterat, venit in montem *Caſſinum* ibique monachus factus ſerviens Deo in magna aſperitate vite, Archiepiſcopus tandem *Moguntinus* Beati Preſulis gregem ſine paſtore conſpiciens, Pape inſtat, ut ipſum ad ſuam ſedem remittat, qui interim omnes parentes ſuos devaſtaverunt; de *Praga* & de terra expellentes, multos occidentes, qui cum *Prage* appropinquaret, mandaverunt ei dicentes: peccatores ſumus dure cervicis, cum vero Sanctus es, amicus Dei, tibi non convenit nobiſcum, nolumus te, qui ſi venis, non venies pro ſalute noſtra, ſed pro puniendis injuriis, que de fratribus tuis fecimus. Hoc audiens Epiſcopus exultavit, & dixit, diſrupiſti Domine vincula mea, & venit ad Ducem *Kurzimenſem*, (z) paterna deſerens venit in *Gnezenem* provinciam *Polonorum*, & ibi Ducem *Polonie*, qui duxerat filiam Regis *Bohemie* in uxorem, adherens propter noticiam ipſius Duciſſe, quam optime novit, ipſum convertit ad fidem, & totam ipſius terram. (a) Poſtmodum volente ipſo Duce, in Archiepiſcopum *Gnezenſem* ſubito ſublimatur, (b) frater vero ipſius Sancti *Adalberti* miles ſtre-

(z) De Duce quopiam Kurzimenſi ea ætate nihil proditum in hiſtoriis, veroſimillime author reflexit ad Ducatum veterem Kurimenſem, ſeu hodiernum diſtrictum Kurzimenſem, in quo ditiones patris Divi Adalberti ſitæ erant prope Colinium. (a) Dux Poloniæ facile viginti annis prius cum magno ſuorum numero baptiſma & Chriſti fidem percepit. (b) Hem fontem! ex quo Joannes Dlugoſſus Longinus aliique ſcriptores Poloni hauſerunt S. Adalbertum fuiſſe Gneſnenſem Archi-Epiſcopum, quod merito controvertunt doctiſſimi Bollandiani Tom. III. April. pag. 174. ac his verbis concludunt: *Silent antiquiora acta. Potuit ſaltem munia Epiſcopalia ibidem exercuiſſe, dum iter in Pruſſiam pararet, & ſic honoris cauſa inter dictæ ſedis Epiſcopos cenſeri.* Verum eruditiſſimus vir Bernardus Pezius in Codice ſuo Diplomatico-Hiſtorico-Epiſtolari Tom. VI. in præfat. huic Bollandianorum criſi adverſum it, & ex producta quadam epiſtola coæva Thietpaldi Monachi Tegernſeenſis his verbis inſcripta: *Divini fluoris rore madenti Sanctæ Priſſienſis Eccleſiæ Cathedræ præſidenti Adalperto &c.* argumentatur revera S. Adalbertum Gneſnenſis Eccleſiæ fuiſſe Archi-Epiſcopum, ac denique adverſus Bollandianos veluti victoriæ ſecurus his verbis pronunciat: *Inde tamen*

Digitized by Google

ſtrenuus vidit in ſompnis Beatum *Adalbertum* veſtibus pontificalibus indutum ſtantem ante altare Beate Virginis in Eccleſia *Gneznenſi*, & inſulam ſuper ipſum altare celerius deponentem, quod cum Epiſcopo retuliſſet, ait; videbis breviter quid ſim facturus. Convocatis Clericis Epiſcopatum reſignavit, ceſſit non oneri, ſed honori, & aſſumptis ſex fratribus ſecum, heremum peciit, ibidem latitando. Quibus Dominus providit miraculoſe eſotem, & alios duos piſciculos magnos in quodam fonte, qui ibi erat, miniſtrando ſingulis ſeptimanis. Poſt hec Dux audiens, quod Beatus *Adalbertus* in heremo latitaret, ad edificandum manſionem xxx. marcarum pecuniam deſtinavit, ſed Beatus *Adalbertus* in ſpiritu hoc prenoſcens, quia pecuniam ſicut venenum abhorret, *Romam* adiit confidenter, quem unus de fratribus ſequens cum pecunia licet minime reperiat, alii quinque propter pecuniam ſunt occiſi a latronibus. (*c*) Sanctus *Adalbertus* jam exiſtens in curia, omni mane miſſam peregit devote, pax vobis, more pontificali proferendo, quod cum a cuſtode Summo Pontifici revelatum fuiſſet, ipſo die, cum predicti quinque fratres occiſi eſſent, Papa ſecrete celebracioni ſuperveniens, vidit *Adalbertum* largiter lacrymantem, & cum poſt miſſam Papa quereret, cur hoc feciſſet, reſpondit; vidi quinque fratres meos cum cantu angelico ad gaudia celi honorifice deportari, & pre nimio gaudio continere non potui. (*d*) Papa videns ejus ſanctitatem, ipſum cepit mirabiliter venerari. Quod Beatus *Adalbertus* ſuſtinere non valens, dimiſſa curia *Poloniam* repedavit, ibique in ſilva paludinoſa manens ranarum coaxacionem precepto compeſcuit, ne ipſum in oratione aliquantum impedirent; poſtea cum proditus Duci fuiſſet, fugit in *Pruſſiam*, & ibi ſemina verbi Dei ſeminavit. Hoc cum propter ipſorum *Prutenorum* cadentem (*e*) minime profeciſſet, & ibidem in

men eruditiſſimi Bollandiani amici noſtri admittere coguntur, quod pluribus præſtantibus ſcriptoribus ſe aperte ac firmate dare non poſſe hactenus cenſuerunt - - - quod *S. Adalbertus Roberto Archi-Epiſcopo in ſede Gneſnenſi revera ſucceſſerit, ut poſt Joannem Dlugoſſium Longinum paſſim tradunt Hiſtorici Poloni.* At non advertit Cl. Pezius duos fuiſſe Adalbertos, qui Pruſſis Chriſtum prædicarunt epiſcopali dignitate illuſtres. Alterum Adalbertum Monachum Trevirenſem, ſeu ut alii volunt plane Tegrnſeenſem, qui paſſim Ruſſorum ſeu etiam Rugorum Epiſcopi nomine in hiſtoriis non eſt incognitus, quique poſtea factus Epiſcopus Magdeburgenſis. Alterum Adalbertum Epiſcopum Pragenſem. Sed hanc difficultatem enodandam ſervamus Annalium noſtrorum Hagecianorum Parti IV. (*c*) Confudit hic author hiſtoriam S. Adalberti cum hiſtoria quinque fratrum, qui paſſim ſocii S. Adalberti audiunt. Sed & hoc in annalibus Hagecianis dilucidabimus. (*d*) Hæc bilocationi Divi Adalberti, & relictæ in Boemia manicæ, quæ in vetuſtioribus non leguntur, argumentum præbuiſſe videntur. (*e*) fortaſſis *duritiem* aut quid ſimile.

Digitized by Google

in *Sanbia* quandam arborem, quam ipſi *Sanibi* adoraverunt, ſuccidit, dicens; ſi Deus eſt, uni dices ſe de me. Et tum Omnipotentem protectorem cadentis arborem, nihil mali ſenſiſſet, (*f*) ipſum *Pruteni* cum ſecuri per verticem percutientes, caput ejus amputabant, ponentes ſuper palum in altum ut ab avibus conſumeretur, hunc Deus Martyrem penitus illeſum cuſtodivit, ſed vultur veniens, digitum de corpore rapiens in ſtagnum cadere ſibi permiſit, quem mox luceus deglutivit, & natantem in aqua luceum velut candela undique ſequebatur. Quod videns *Prutenus* piſcator, miraculo viſo, luceum captum exenterans reperit digitum illibatum, & portans ad corpus Beati *Adalberti* manui adaptavit, qui ſtatim adheſit manui prope evidenter, de quo mirans *Prutenus* predictus caput afferens corpori appoſuit, quod fuit ſimiliter decenter protinus ſolidatum, & ſtatim ſonora voce *Pruteno* dixit Beatus *Adalbertus*, ſi caſtus hac nocte perſeveraveris, craſtina die ad domum tuam me portabis, & domui tue cuncta proſpera procurabo. Sed ſtultus allextus per multos illa nocte non ſe continuit, & imo ſequenti die corpus ſanctiſſimum omnino movere non potuit, hinc eſt quod non certo acceperit reſponſum, ſi continebis, me procurante dona plurima obtinebis. Tercia igitur nocte piſcator predictus continuit, & corpus Beati *Adalberti* ad domum facillime deportavit. Fama igitur volante Dux audivit, quod Beatus *Adalbertus* in Pruſſia paſſus fuiſſet, cum toto exercitu ſuo poſtea eam cepit *Pruſſiam* viriliter expugnare, & *Prutenus* audito, quod Dux propter corpus Beati *Adalberti* pugnaret, pecuniam pro reddendo corpore poſtulavit, cui Dux promiſit cum argento corpus ſanctiſſimum reponderare, & cum infinito argento corpus reponderare non poſſet, tandem annulum, quem multum dilexit, in ſtateram poſuit, qui ſolus argento depoſito plus corpore ponderavit, viſo miraculo *Prutenus* baptizatus in *Poloniam* corpus ſanctiſſimum eſt ſecutus. Poſtremo Dux *Bohemie Poloniam* expugnans, Reliquias quinque fratrum, & caput Beati *Adalberti*, vel certi quondam Beati *Criſogoni*, quod cum Sanctus *Adalbertus* miſſam celebravit, in collo tenuit, detulit in *Bohemiam*, & in *Pragam* reverendiſſime collocavit. (*g*)

(*f*) Admodum obſcurum. (*g*) Primus hic author, qui de integro S. Adalberti translato Pragam corpore dubium movet, id ſolum de capite illius, aut S. Chryſogoni adſtruens. Unde Longinus ad diſputandum Boemis corpus S. Adalberti materiem hauſiſſe videtur. Verum ut in aliis narratis graviſſime errat hic Anonymus, ita & in hoc poſtremo, quæ ſuis locis in hiſtoriam patriam reſervamus.

Digitized by Google

OBSERVATIONES PRÆVIÆ IN VITAM BEATI IVANI.

PRoferimus vitam B. Ivani ex alio codice chartaceo ejusdem Bibliothecæ Clementinæ S. J. quam piiſſimæ memoriæ Reverendiſſimus D. Bonaventura Pitter, Ordinis S. Benedicti Rayhradii in Moravia Prælatus fautor olim & amicus noſter exſcribi fecit, cum adhuc Brzevnovii inter ſuos privatus ageret. Ætatem codicis hujus aut vitæ quanquam idem Reverendiſſimus nobis non indicaverit, eam tamen haud obſcuram relinquit titulus huic vitæ his verbis præfixus: *Communicatus eſt* (B. Ivanus) *a Paulo Capellano B. Ludmillæ Corpore Domini ſub una ſpecie, qui poſtea communicavit etiam B. Ludmillam ſub una ſpecie.* Quæ verba *ſub una ſpecie* bis repetita produnt vitam hanc non prius ſcriptam eſſe, quam poſt exortam Huſſiticam ſæculo XV. in Bohemia hæreſim, quæ laicis calicem vindicare connisa. Oppido autem mirandum eſt codicem hunc vitamque non incidiſſe in Eruditiſſimorum Bollandianorum manus, poſteaquam illi ipſi Bibliothecæ Clementinæ codices manuſcriptos aliquoties excuſſere & excuti fecere, adeo ut illi ad 24. Junii, quo hujus Beati feſtus dies incidit, confiteantur ſe vetuſtioribus præſidiis deſtitutos, quam quæ Hagecius & Balbinus de hoc Beato notata reliquere. Quare non aliam vitæ hujus Beati recenſionem dedere, quam illam, quam Balbinus ſæculo priore inter monumenta ſua hiſtorica in lucem emiſit, cum tamen præſens facile duobus ſæculis eam antiquitate ſuperet.

Vitam hanc animadverſionibus quibusdam elucidare ſuperfluum arbitramur, quod jam in annalibus Hagecianis Parte II. ea quæ de B. Ivano reperimus, quæque enodatione egere videbantur, expediverimus. Ceterum ſtylum ſimpliciſſimum hujus vitæ ac plane luteum benevolus Lector meminerit ex ea ætate eſſe, qua omnia latinæ linguæ decora his terrarum confinibus pene ſepulta jacebant.

Hi-

Digitized by Google

Hiſtoria B. Ivani, qui communicatus eſt a Paulo Capellano B. Ludmillæ, Corpore Domini ſub una ſpecie, qui poſtea communicavit etiam B. Ludmillam ſub una ſpecie. *Ex vetuſto M. S. Codice Bibliothecæ S. J. ad S. Clementem Vetero-Pragæ Lit. Y. M. 1. (h)*

Beatus *IVANVS* fuit natione *Ungarus*, de ſtirpe Regia progenitus, qui fuit conſanguineus S. *Stephani* Regis *Ungarorum*. Hic conſpiciens vanitatem mundi hujus, quia in eo vita brevis, & omnia tranſitoria, & non permanentia, quæcunque ſunt in eo, cogitavit ſibi in mente, relinquere mundum, & ſoli Deo ſervire, & ſic in progreſſu abrenuntians ſæculo, & deponendo Principatum, relinquensque caſtra, poſſeſſiones, præſentesque ſuos, clam ſeceſſit longe de confinio ſuo in unam heremum vaſtæ ſolitudinis ibi in Ungaria, in qua manſit 10. annis, omnibus hominibus incognitus, fratresque ſui, & alii parentes, (*i*) dolentes de receſſu ſuo, & neſcientes, quo ſe diverterit, miſerunt per omnes terras, & provincias adjacentes terræ *Ungariæ*, & nihil omnino potuerunt de eo audire. Tandem quidam perambulantes dictam heremum, in qua B. *Ivanus* degebat, caſu invenerunt, ſed ſalutantes eum, ſtatim receſſerunt, nullum colloquium cum eo habentes. Revenientes autem ad manſiones ſuas audiverunt, quod Principes B. *Ivani* venirent ſolenniter viſitare illum, qui eis manifeſtaret de fratre eorum. At illi ruſtici accedentes Principes, dixerunt eis: Nos in tali & tali heremo deambulantes, invenimus unum hominem, & neſcimus, qualis, & quis ſit? Audientes Principes, fratres B. *Ivani*, ſtatim iter arripuerunt, una cum illis ruſticis, & ſic pervenerunt uſque ad ſupra dictam heremum, in qua B. *Ivanus*, frater eorum, habitabat. Cum autem appropinquabant ad locum, videns eos B. *Ivanus*, & cognoſcens, rogavit Omnipotentem Deum, ne eum fratres ejus cognoſcerent. Pervenientes ſui ad eum, videntes eum, & loquentes cum eo, omnino eum non cognoverunt; & ſalutato eo, & eleemoſyna data receſſerunt ab eo. Et ſic B. *Ivanus* ſtatim illa nocte aufugit ab illa heremo. Et ſucceſſive pergens de uno loco ad alium, tandem pervenit ad *Bohemiam*. In qua terra *Bohemiæ* viſitando nunc illa, nunc illa loca, non potuit invenire locum, in quo placeret ſibi manere, & requieſcere. Tandem pervenit ad flumen, qui vocatur *Lodenicze*, & cæpit deſcen-

(*h*) Dubie has literas in codice ſcriptas fuiſſe innuit Reverendiſſimus Prælatus Bonaventura, ut ſimilitudinem haberent numerorum 121. vel 421. (*i*) id eſt: *cognati*.

Digitized by Google

deſcendere infra per ripam illius fluminis, uſque dum pervenit cum magna difficultate propter nimiam condenſitatem frutetum & ſylvarum, intravit intra medios montes magnos, & mirabiles, & altos, & inter magnas & altas petras miræ diſpoſitionis, eminentes ſuper dictum flumen *Lodnicze*. Et conſpiciens huc illucque, conſideravit in illo loco, & ſub illis petris mirabiles & cavas ſpeluncas & cavernas, ad quas nec nix, nec pluvia poteſt intrare. Et procedens modice ulterius, invenit aquam limpidiſſimam emanantem de ſupra dicta petra. His viſis, & conſideratis omnibus, & ſpecialiter, quia nullus eſt ibi acceſſus hominum, placuit B. *Ivano* locus, & ſic cæpit inhabitare locum illum, qui poſtmodum multum moleſtabat illum, impediens in orationibus ſuis. Tunc B. *Ivanus* fortiter pugnavit contra eos, & faciens ei flagella de fruticibus tenuis, flagellabat eos, & pellebat de manſione ſua. Tandem in progreſſu tædio magno affectus B. *Ivanus*, cum magno fletu cogitavit deſerere locum propter impedimenta dæmonum. Et ſic ſurgens cæpit abire, & cum abiiſſet, non longe in illa planitie, quæ eſt ſuper rupem, ſeu ſpeluncam illam, in qua B. *Ivanus* habitavit, apparuit ei S. *Joannes Baptiſta*, & ſalutato B. *Ivano* dixit ad eum: Serve Dei, quo vadis? Quo reſpondente dixit: Quo me Deus diverterit, vado. Ad hoc S. *Joannes Baptiſta:* Recipe Crucem iſtam tibi divinitus datam, & revertere ad locum, ubi habitas. Et virtute Crucis iſtius non ſolum vinces inimicos tuos omnes, ſed de loco illo omnes repelles. B. *Ivanus* recipiens Crucem, interrogat, dicens: Quis es tu pie Domine, & quod eſt nomen tuum? Reſpondit; Ego ſum *Joannes* Baptiſta, miſſus a Deo hæc tibi dicere, & Crucem tibi iſtam in auxilium dare. Et audi ulterius: Futuro tempore Princeps terræ iſtius, nomine *Borziwoy*, caſu mirabili inveniet te, & viſitabit te. Et tunc dices ad eum: Hæc mandat tibi Dominus Deus, ut poſt mortem meam, iſtam ſpeluncam, quam ego inhabito, conſecres in Eccleſiam in honore S. *Mariæ*, & S. Crucis, Patronumque S. *Joannem Baptiſtam* nominabis. Ex tunc B. *Ivanus* per S. *Joannem Baptiſtam* confortatus, & animatus, & ſperans auxilium Crucis, quam ſibi B. *Joannes* dedit, reverſus in ſpeluncam, ſive ad locum, ubi habitavit, fortiter pugnavit cum dæmonibus, Crucem illam ſemper in manu tenens, & eam dæmonibus objiciens. Et tunc ad ultimum ſolus Capitaneus Dæmonum contra B. *Ivanum* inſurrexit, & ei terribilibus vocibus inſultavit mirabiliter, quaſi leo contra eum flammas de ore emittendo inſurgebat, nunc quaſi aper ſylveſtris, ad ultimum, quaſi lynx, de ore flammas emittendo, quaſi eum deglutire volens. Tunc B. *Ivanus* timens, ne eum deglutiret, Crucem illam in os ſibi projecit,

&

Digitized by Google

& draco ſtatim poſt jactum Crucis ſuperficiem rupis illius rupit, & cum illo foramine, una cum ſuis complicibus receſſit, & nunquam ulterius eſt reverſus. Quod foramen uſque in hodiernum diem in teſtimonium manet apertum. Et S. *Ivanus* jam ſine impedimento usque ad mortem Deo ſervivit. Poſtquam autem una die jam nimis debilitatus fuiſſet, propter nimiam abſtinentiam, quia panem nunquam comedit, nec aliquis ſibi dabat, quia nunquam eum aliquis viſitavit, ſed ſolis herbis utebatur. Sed Deus Omnipotens, qui nunquam deſerit ſperantes in ſe, diſpoſuit unam cervam, quæ ſingulis diebus ſemper veniebat, & vir Dei ab ea lac mulgebat. Et ipſe Princeps *Bohemiæ*, nomine *Borziwoy* reſidebat in caſtro *Tetin*, habens Conjugem Deo devotam, nomine *Ludmillam*. Hic Princeps *Borziwoy* quodam die vocatis venatoribus ſuis, mandavit quærere cervum, volens inſequi eum cum canibus. Factum eſt autem, cum canes inſequerentur cervum, pervenerunt cum eo uſque ad locum, ubi prædicta cerva paſcebat ſe; & canes deſinentes inſequi cervum, inſecuti ſunt prædictam cervam, quæ B. *Ivano* lac miniſtrabat, usque ad flumen ſupra dictum *Lodnicze*, quæ nimis feſſa ante canes currere ulterius non potuit, ſed inſiliens in ſupra dictum flumen, in profunda aqua ſtetit, & natabat, & canes latrabant ſuper eam. Et Princeps *Borziwoy* ipſemet quartus inſequebatur canes, quia alii omnes neſciverunt, quo divertit ſe Princeps. Tandem venit ſuper unum magnum ſaxum, ſub quo ſaxo in valle illa canes latrabant. Stans Princeps cogitabat, quomodo poſſet deſcendere ad vallem illam, in qua canes latrabant, quia nemus magnum, & fruteta nimis condenſa ubique erant, & multi lapides iter impedientes, & deſcenſus nimis declivis erat. Tandem Princeps cum magna difficultate, & cum adjutorio illorum, qui cum eo erant, deſcendunt ad ſupra dictum flumen, in quo ſupra dicta cerva erat, defendendo ſe a canibus. Et viſa hinnula mandavit uni apprehendere baliſtam, & accepta Princeps balliſta manu propria appetiit eam ſagitta, & vulneravit eam. Quæ videns ſe ſagittatam, & vulneratam, ſtatim cæpit currere ſuper dictum flumen, & canes ſemper inſecuti ſunt eam, & Princeps canes. Quæ perveniens ad locum, ubi B. *Ivanus* degebat, projecit ſe ad pedes ejus, & canes non audebant appropinquare ad locum, ubi cerva jacebat, quaſi ad jactum lapidis. Et Vir Beatus videns eam vulneratam, cum lacrymis telum extraxit, & vulnus benedixit, quod ſtatim ſanatum eſt. Tandem Princeps cum magna difficultate, quia acceſſus difficilis erat, etiam uſque ad locum pervenit. Et videns canes latrare, & ad ſpeluncam non appropinquare, mirabatur, quidnam hoc eſſet? Et deſcendens de equo,

man-

Digitized by Google

mandavit ſuis, ut equum tenerent, & ſoli etiam longius ſtarent. Et ſic evaginato gladio acceſſit ad ſpeluncam, & ingreſſus atrium ſpeluncæ, vidit hominem, habentem faciem deformem, & crines nimis longos, & indiſpoſitos, ſed mirabiliter coagulatos, & cervam jacentem ad pedes ejus, ſtatim intellexit, a Deo eum eſſe miſſum, ut deſpecto mundo in illo loco ſolitario ſerviret Deo. Et ſic Princeps alloquitur eum dicens: Peto te vir Dei, ut dicas mihi, quis ſis, & unde ſis? Reſpondens B. *Ivanus* miti modo Principi dixit: De duobus me interrogas: primo, quis ſum? Sum Princeps ſicut tu; quia de ſtirpe Regia ſum progenitus. 2do interrogas me: unde huc veni? certe de terra *Ungaria* huc veni, qui ſum natione *Ungarus*. Ad hæc Princeps: Utrum habes panes? B. *Ivanus* dixit: Non habeo. Et quomodo tamen ſuſtentaris? Beatus vir reſpondit: ſecundum proviſionem Dei vivo. Deus providit mihi hinnulam iſtam, quam tu abſtuliſti mihi, quæ jam feſſa & a te vulnerata, forte lac non miniſtrabit mihi. Tum Princeps *Borziwoy* magnis precibus petivit eum, ut ſecum tranſiret ad caſtrum, & ibi in caſtro ſecum maneret, promittens ſibi locum diſponere ſolitarium, ubi nullus eum viſitaret ſine voluntate ipſius. Quo renuente, & non acquieſcente, Princeps cæpit eum valedicere, volens ab eo recedere. Ad quem vir: Non recedas, niſi mihi prius promittas fidem tuam, ut nulli me reveles, nec alicui quidquam de me dicas, nec me tamen ulterius viſites. Principe promittente ratum tenere. Tunc *Ivanus* exhortatus eſt Principem dicens: Sereniſſime Princeps, audi mandatum Dei. Hæc mandavit tibi Dominus Deus per S. *Joannem Baptiſtam*, qui apparuit mihi, & adventum tuum ad me mihi revelavit. Mandavit mihi, ut monerem te ex parte Dei, quia Deus vult ſic habere, ut poſt mortem meam locum iſtum conſecres in Eccleſiam, in honore *S. Mariæ, & S. Crucis*, ſed S. *Joannem Baptiſtam* Patronum nominabis. Quæ omnia Princeps promiſit facere. Et ſic Princeps valedicens S. *Ivanum*, ab eo receſſit, ſemper ſuſpirando, & de B. *Ivano* cogitando. Et cum cænæ ſediſſet ad menſam, una cum conjuge ſua S. *Ludmilla*, omnino nihil comedit, ſed ſpiritualem virum in memoria habuit. Tunc B. *Ludmilla* conjux ſua intuens in eum, dixit: Pie Domine, & vos nihil comeditis, ſed ſemper aliquid cogitatis. Et ſic B. *Ludmilla* totis viribus inſtabat, Principem conjugem ſuum multis precibus pulſabat, ut ſibi cauſam revelaret. Et Princeps nullo modo ſibi revelare voluit, in memoria habens, quomodo Beatus illum commonuerat, ut eum nulli proderet. Tandem in progreſſu S. *Ludmilla* in tantum laboravit, quod Princeps non potuit ſe defendere, ſed victus precibus conjugis ſuæ S. *Ludmillæ*, omnino

Digitized by Google

no ei patefecit, quomodo per cervam, eam inſequendo cum canibus, perveniſſet ad mirabiles ſpeluncas, in quibus invenit heremitam Deo devotum in illis cavernis hæſitantem, qui me ita dulciter allocutus eſt; quod totis viribus attædior poſt eum. Audiens hæc B. *Ludmilla*, multis precibus, etiam cum fletu, petivit Principem conjugem ſuum, ut daret ſibi licentiam, veniendi ad eum, ut poſſit etiam loqui cum eo. Et Princeps tandem negavit ſibi dare licentiam, quod tandem acquievit. Et vocans Princeps clam unum de illis *Vor (k)* qui ſecum fuerant circa ſpeluncas illas, in quibus Beatus Vir *Ivanus* habitabat, & locutus eſt ad eum Princeps, dicens: omni tempore, ſicut incepiſti ſervire mihi, non inveni te devium, ſed in omnibus fidelem mihi, ideo confidens de fidelitate tua, volo tibi confidere de mea conjuge, ut tu ſolus, nullo alio comite, ducas illam ad ſpeluncas illas, ante quas canes latrabant, ſed ad ſpeluncas appropinquare non audebant. Qui juſſa Principis complens, una cum conjuge Principis S. *Ludmilla* iter arripuerunt. Cum autem ad prædictas ſpeluncas perveniſſent, & B. *Ludmilla* ad virum Dei intraſſet, vir Dei videns eam, turbatus eſt, & avertit faciem ſuam ab ea, nolens loqui ſibi, nec reſpiciens eam. Tunc B. *Ludmilla* locuta eſt ad eum dicens: Bone Pater! noli mihi moleſtus eſſe, quod viſitavi te, quia cauſa devotionis veni ad te, ut conferam tecum de Domino Deo, & de ſalute animæ meæ. Tunc B. *Ivanus* conſiderans devotionem ipſius, vertens ſe ad eam, cum magna affabilitate colloquium habuit cum ea, & non de mundanis & tranſitoriis, ſed de Divinis, & de illis, quæ ſunt ad ſalutem animarum. Finito colloquio, & cum vellent ſe ſeparare ab invicem, B. *Ivanus* petivit S. *Ludmillam*, ut nunquam amplius viſitaret ipſum; Tunc S. *Ludmilla* dixit ad Beatum Virum: Ex quo nullo modo vis admittere, quod ego jamodo viſitem te, tunc peto te, Vir Dei, ut facias hoc amore *JESU Chriſti*, & amore piiſſimæ Matris ejus, Virginis *Mariæ*, ut tu tempore ſucceſſivo venias ad me, in caſtrum *Tetin*. Hoc audito B. *Ivanus*, quid eligeret, cogitavit. Tandem deliberans, ſpopondit, potius viſitare eam, quam ut ipſa ulterius veniret ad eum. Tempore aliquo non brevi elapſo B. *Ivanus* iter arripuit veniendi ad eam in caſtrum *Tetin*, & exiens de loco, in quo manebat, ſtetit cogitando, qua via deberet tranſire ad ſupradictum caſtrum, nolens patefacere viam aliis veniendi ad eum; & ubi debuit tranſire aliquam partem milliaris, tranſeundo directo modo, ibi bene tranſivit duo milliaria, pertranſeundo indirectam viam. Et cum per-

(k) Nempe *quatuor*: ad eam enim pene normam ſæculo XV. numerus 4. formari ſolitus.

Digitized by Google

veniſſet in caſtrum, manſit per illam noctem, quia nimis feſſus erat. Et B. *Ludmilla* diſpoſuit ſibi commodum ſolitarium, ſicut ſibi promiſerat, quando circa eum erat, ut nullus eum viſitaret, niſi ſolus Princeps *Borziwoy*, & conjux ejus B. *Ludmilla*, colloquium habentes cum eo de Domino Deo & ſalute animarum eorum. Mane autem facto ſtatim iter arripuit redeundi ad locum ſuum. Tranſivit autem per villas, una vocatur *Hodynie*, & altera *Swinary*. Factum eſt autem, cum appropinquaret ſupra dictæ villæ *Hodynie*, & jam nimis feſſus erat, vidit penes viam ſub arbore pyro lapidem ſatis magnum, ſed erat gibboſus, ſuper quem locavit ſe, volens modicum requieſcere in eo. Et quando cæpit ſe locare ſuper lapidem, omnes gibbi ejus, ſicut cera molles facti ſunt, quaſi aliquis liniret eos, ne impedirent in ſeſſione - - - B. *Ivani*. Bubulci autem de villa illa *Hodynie* paſcebant ibi prope eum, equos & caballos. Qui bubulci videntes hominem mirabilis diſpoſitionis, habentem vultum diſtortum, crines longos, quaſi zonas, coagulatos multos, illudebant ei, projicientes in eum terra, & unus ex eis arripiens lapidem volens currere, jecit in eum, & offendit eum uſque ad ſanguinis effuſionem, qui ſanguis nullomodo poteſt deleri de lapide illo: Qui lapis ſic cruentatus, eſt, uſque ad hodiernum diem, jacet in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ in ſpelunca, ubi jacet corpus Beati *Ivani*. (*l*) Ruſticus autem unus de villa illa *Hodynie*, videns bubulcos illos illudere, & inſultare viro Dei, accucurrit, & cum flagello illos bubulcos correxit, & ab eo repulit. Et aggrediens virum Dei, eum ſalutavit, & unde veniret, vel quo iret? Vir Dei reſpondit, quod quo eum Dominus Deus diverterit. Et ruſticus ait ad eum: Video, quod nimis feſſus es, & famelicus, io! veni mecum ad domum meam, ut comedas, & requieſcas. Quo renuente ruſticus per plures vices monuit eum ſemper, & coegit, ut ſecum tranſiret. Tunc B. *Ivanus* dixit ad ruſticum: Ex quo vis illam miſericordiam facere in me, videns me nimis feſſum eſſe, io! peto te, facias cauſa Dei, & concedas mihi unum equulum, & ego promitto tibi fidem meam, quod hodie contra habebis eum. Et ruſticus hilari vultu reſpondit: Hoc volo libenter facere, & ſtatim ivit, & equulum adduxit, virum Dei equulum aſcendere juvit. Et vir Dei gratias agens ruſtico, perrexit: & cum perveniſſet ad ſuperficiem montium, ſub quibus habitavit, cognoſcens, quia prope eſt jam a loco ſuo, deſcendens de equo, mandavit equu-

(*l*) Balbinus & Pontanus narrant hunc lapidem ad Imp. Rudolphi II. tempora monſtrari ſolitum.

Digitized by Google

equulo, ut directo modo tranſiret ad domum ſuam. Et equulus currens, mutatus eſt in quantitate & qualitate, quia multo major, & pinguior factus eſt. Perveniens autem domum, currebat hinc inde per curiam. Uxor autem ruſtici illius videns equum elegantem, vocat virum, dicens: Neſcio qualis equus deambulat hinc inde in curia noſtra. Ruſticus autem reſpiciens diligenter equum, ſellam, & frænum optime cognoſcit, ſed equum non noſcit. Veniens autem ruſticus ad ſe, cognovit, quia Dei diſpoſitio eſt, & quod loco viri Sancti eum remuneravit. Et ſic ruſticus gratias agens Deo, equum vendit, & pecuniam ad ſuum uſum convertit. Beatus autem *Ivanus* reveniens ad ſpeluncas ſuas, ibi uſque ad mortem in illis ſpeluncis manſit, ſerviendo Deo Omnipotenti, & nunquam ab eis recedendo. Poſtquam autem jam ſenuerat, ne fere omnes infirmitates invaſerunt eum: paralyſis, febres, & aliæ infirmitates, & venerunt uſque ad mortem. Vir autem Dei S. *Ivanus*, videns ſibi appropinquare horam mortis, cæpit dolere, & flere cum contritione magna, dolens, quod debeat mori ſine Sacramentis Eccleſiæ. Et ſtatim adjutorium Dei affuit ſibi; quia Angelus Domini in nocte illa apparuit B. *Ludmillæ* in ſomno, nuntians ſibi obitum Beati Viri; & mandans ſibi, ut ſummo mane mitteret Capellanum ſuum, nomine *Paulum* ad Beatum Virum cum Corpore *Chriſti*, & ſacro oleo. Et mandans Angelus, ut ſtatim ſecum reciperet illa inſtrumenta, cum quibus ſibi effoderet ſepulchrum. Evigilans B. *Ludmilla* cæpit condolere Beato Viro, & accerſito *Paulo* Capellano ſuo, ſtatim ſummo mane miſit eum, ad Beatum Virum. Veniens autem *Paulus* Capellanus cum prædicto cliente, invenerunt eum jam agonizantem, & ultima laborantem. Et tamen Vir Dei, B. *Ivanus* Dei diſpoſitione recreatus eſt, & cæpit loqui cum *Paulo* Capellano, ſibique confiteri. Et poſt confeſſionem petivit, ut daretur ſibi Corpus *Chriſti*, & ungeret eum ſacro oleo. Quibus peractis & finitis, cum magna devotione & gratiarum actione tradidit ſpiritum. Tunc ſtatim *Paulus* Capellanus cum illo cliente cæperunt fodere ſepulchrum, & effoſſo ſepulchro ſepelierunt Beatum Virum, & committentes eum Deo, ad caſtrum *Tetin* redierunt, & obitum B. *Ivani*, quomodo cum magna contritione & devotione obiit, & quomodo ſepelierunt eum, Principi nuntiaverunt. Quo audito Princeps *Borziwoy* una cum conjuge ſua S. *Ludmilla* cæperunt ambo flere. Et ſtatim Princeps *Borziwoy* cogitavit, ut compleret mandatum S. *Joannis Baptiſtæ*, & revelationem S. *Ivani*, ut ſupra ſcriptum eſt. Et mittens pro Epiſcopo, conſecravit cavernam, ſive ſpeluncam, in qua B. *Ivanus* habitavit, & in qua poſt mortem ſepultus eſt, in Eccleſiam conſecravit. Poſt cujus obitum;

Digitized by Google

poſtquam divulgatum eſt ejus patrocinium, multi ad tumbam ejus veniebant, & de diverſis infirmitatibus ſanitatem recipiebant; claudi, cæci, dæmoniaci, imo puer mortuus portatus fuit, & revixit. Ad quod ſpectaculum multi convenerunt, & Deum laudaverunt, qui per merita Beati *Ivani* fecit mirabilia. Et alia quam plurima operatus eſt Deus per merita B. *Ivani*, ſicut bene conſtabat Regibus, & Principibus, Baronibus, Pragenſibus, & aliis probis hominibus terræ Bohemiæ. Amen.

Et ſic eſt finis de vita S. Ivani.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ IN CHRONICON MARIGNOLÆ.

I. Sæculo XIV. magna doctrinæ laude inter Italos floruit Joannes de Marignolis Ord. Minorum cujus Chronicon Bohemiæ nuſquam antea prælo excuſum, quin pauciſſimis viſum lectumque iſthic primum cum veterum hiſtoriarum ſtudioſis communicamus. Eum Carolus IV. Imperator & Bohemiæ Rex in diplomate huic operi præmiſſo hoc integro nomine & titulo nobilitat. *Venerabilis Pater Frater Joannes dictus de Marignolis de Florencia Ordinis Minorum Biſinanenſium Epiſcopus, noſtræ Imperialis aulæ commenſalis*, ſeu ut author ipſe in præfatione ſe explicat: *Imperialis aulæ Capellanus.* Meminit noſtri Joannis de Marignolis Ferdinandus Ughellius in Italia Sacra Tomo I. de Epiſcopis Biſinianenſibus p. 522. his verbis: *Fr. Joannes ex nobili Marignolla familia ſatus, patria Florentinus, profeſſione Franciſcanus Chriſtophoro in Epiſcopatu ſucceſſit An.* 1354. 4. *Idus Maji, ut ex Regeſto Vaticano eruitur. Hic inſignis S. Crucis monaſterii Florentini alumnus exſtitit, ob doctrinæ famam, familiæque claritatem ad hunc epiſcopatum evolavit. Quanto poſtea tempore vixerit, me latet. Hunc porro Joannem e Marignolla gente propagatum fuiſſe, monumentum ab ipſo Florentiæ relictum An.*1354, *dum Eccleſiam ſuam peteret, clare oſtendit. Florentiæ etenim*

Ab-

Digitized by Google

Abbatiæ Eccleſiæ indulgentiam conceſſit, quæ hodierna charta inſcripta in eo archivo reperitur, ut nobis Carolus Strozza Patricius Florentinus ſe oculis uſurpaſſe aperit, quæ hac forma exorditur: Fr. Joannes de Marignolis de S. Laurentio de Florentia Epiſcopus Biſinianenſis in Calabria. *Tum in fine ſignum & gentilitia ſtemmata Marignollæ domus appoſita.* (Hæc lector ſculpta reperiet Tab. I. N. I.) *tum hæc verba inferius adſcripta: ſignum noſtrum. Ea clariſſima familia in Republica olim Florentina ſpectatiſſima, nunc penitus interiit, ut eſt humanarum rerum conditio. Noſtri vero Joannis Epiſcopi tantum in Vaticanis Regeſtis electio conſpicitur ep.* 47. *f.* 48. *An.* 3. *Innocentii VI. ac pro eorum temporum more nec ipſius familiæ, nec patriæ mentio celebratur.* Hactenus Ughellius, ex quo Marignolæ memorias mutuavit, & compendio retulit Chriſtianus Gottlieb Joecher in Lexico ſuo Eruditorum, magnum univerſale Lexicon Lipſienſe, aliaque Virorum Eruditorum & Eccleſiaſticorum Lexica, quæ paſſim adjiciunt eum plura opuſcula ſcripſiſſe, & nominatim Italico ſermone: *Storia di Sant' Onufrio*, & *Atti degli Apoſtoli.* de Chronico præſente Boemiæ, quod ab orbe condito auſpicatur, altum ſilent. Atque hæc fuere, quæ hactenus de Marignola comperta habuimus. Jam vero ex edendo hoc ejus Chronico multo plura de illo comperimus, quæ hic cum Lectore communicare digna cenſemus. Et primo quidem Parte I. de cultu poſt diluvium prodit ſe fuiſſe Lectorem Bononiæ: *Vidi etiam*, inquit, *Bononiæ, quando ibi legebam ovem, quæ peperit ſimiliter monſtrum &c.* Capite de creatione memorat ſe An. 1334. a Papa Benedicto XII. legatum miſſum fuiſſe cum pretioſis muneribus, &, ut ait, *numero triginta duarum perſonarum ad Kaam ſummum omnium Thartarorum Imperatorem, qui tenet quaſi dominium medietatis orbis orientalis, cujus poteſtas, & copia civitatum, terrarum, linguarum, divitiarum, & regiminis infinitorum quodammodo populorum excedit omnem narrationem.* Eodem anno ait ſe menſe Decembri Avenione diſceſſiſſe, Neapoli vero Jaunenſium navigium, quod nuncios magni Tar-

Digitized by Google

tarorum Imperatoris ad Papam miſſos advehebat, exſpectaſſe, Conſtantinopolim perveniſſe Anno ſequenti 1335, Kalendis Maji, ibidemque in palatio S. Sophiæ acrem diſputationem cum Patriarcha Græcorum iniiſſe, quod innuit eum Græcæ linguæ non fuiſſe imperitum. Inde per mare Maurum (*nigrum*) navigaſſe ad Caffa, abhinc perveniſſe in Usbec ad primum Tartarorum Imperatorem, traditisque Pontificiis literis & muneribus ejus ſumptibus promotum in Armalec, ubi Eccleſiam condidit. In Tartaria magna in civitate Camul ſub conditione non petendæ decimæ ſe plurimos ad fidem Chriſti convertiſſe & baptizaſſe. Anno tertio poſt ſuſceptum iter perveniſſe ad Cyollos Kagan ſeu montes arenæ, qui alias credebantur inpertranſibiles *Zona torrida* appellati, denique in Cambalec Imperii orientalis ſedem appuliſſe. Ibidem narrat magna pompa & honore ſe exceptum a Kaam Imperatore Tartarorum, traditisque apoſtolicis literis & muneribus per annos fere quatuor Imperatoriis ſumptibus baſilice habitum fuiſſe. Dein cum redire anhelaret, magnis præmiis ab Imperatore donatum, impenſasque ſibi liberaliter in trium annorum iter porrectas. Relegiſſe itaque viam per alias orientales plagas, tranſiiſſe Mauzi, quo nomine maxima India tum venerit, percurriſſe per tria Indiarum Regna, *ubi*, inquit, *vidimus gloriam mundi in tot civitatibus, villis, & rebus, quæ nulla lingua poſſet exprimere ſufficienter.* A feſto S. Stephani uſque Dominicam Olivarum navigavit per mare Indicum & Zaiton, pertigitque ad nobiliſſimam Indiæ urbem Columbum, ubi a quibusdam malevole intoxicatus per Medicam Reginæ Sabæ ſanitati redditus eſt. Poſtea ſcribit ſe veniſſe ad extremum orbis cis Paradiſum, ubi non longe a coloſſo & ara per Alexandrum M. erecta, exſtruxit columnam marmoream cruce, inſignibus Papalibus, ſuisque, tum inſcriptione rei geſtæ decoram. Abinde profectus eſt ad Reginam Saba, a qua honorificentiſſime acceptus, & maximis muneribus donatus. Deſcribit hic montem Gyheit, fontemque quos acceſſerat. Per ſummam tempeſtatem marisque procellas dein deportatum ad montem Syllanum (Inſu-

ſu-

ſulam Ceylon) ad locum nempe, in quo olim Paradiſum exſtitiſſe indigenæ tradunt; quem copioſiſſime deſcribit. In hac inſula ait tum dominatum fuiſſe quendam Tyrannum Saracenum caſtritum nomine Coga Jaan, qui quidem primo ſe comitatumque ſuum ſimulata amicitia & honore exceperit, *poſtea* (ſcribit) *curialiter capti plusquam LX. Millibus marcarum in auro emuncti*, nempe omnibus pene muneribus, quos tam Usbecenſis Tartarorum Imperator, quam magnus Kaam, & Regina Saba Pontifici, ſibi, ſuisque dederat. Scientiæ, & eruditionis amore *ad cognoſcenda mirabilia mundi* ſcribit ſe omnes Indorum provincias pervagatum, per Perſiam, & Ormes ſeu Ormum inſulam emporio celeberrimam deſcendiſſe ad Arabiam. Memorat dein ſe fuiſſe in reliquiis turris Babel, de cujus bitumine quædam fragmenta ſecum aſſumpſit, in civitate Abigari Regis, in urbe Ninive, e cujus ruderibus Monſol condita ſit. Terram ſanctam univerſam excurrit, cum hujus vero memoriis peregrinationis ſuæ filum abrumpit, nec de ulteriori reditu aut in Italiam adventu mentionem facit, ut itaque tectum ſit, quo anno Romam redierit, legationis a ſe obitæ rationem Summo Pontifici redditurus. Similiter obſcurum eſt, quo facto & quo anno ad Bohemiam pervenerit, commenſalisque Imperatoris Caroli IV. factus ſit. Secundum Hagecii quidem noſtri Chronologiam oportuiſſet eum jam fuiſſe in Boemia An. 1353, & nominatim Pragæ, nam ad eum annum refert miraculum de digito S. Nicolai a Carolo IV. diviſo & ſanguinem manante, quod Marignola in præſente Chronico enarraturus, præmittit: *Quod oculis noſtris vidimus, & manus noſtræ contrectaverunt, credimus non tacendum &c.* ut id itaque præſentiam Marignolæ innuere videatur. Verum hæremus, an hæc Hagecii Chronologia recte cum Regeſtro Vaticano ab Ughellio relato conciliari poſſit, quod eum demum anno ſequente primum ſeu 1354. in Epiſcopatu Biſinianenſi Chriſtophoro ſucceſſiſſe memorat, numque ex Boemia primum ad Epiſcopatum aſſumtus ſit? Qui ſi itaque, a Carolo Strozza prolatum inſtrumentum probat, eo anno ad capeſſendam Sedem

dem

dem ſuam epiſcopalem Florentiam tranſiit, oportet eum rurſum rediiſſe, nam Chronicon illius poſterius ſcriptum, cum jam Epiſcopus Biſinianenſis eſſet, ut & Carolus IV. in diplomate ei dato, & is ipſus paſſim teſtatur. Habemus vero ex his Marignolam noſtrum non ob ſolam *doctrinæ famam, familiæque nobilitatem*, ut opinatur Ughellius, ſed maxime ob tam longinquam glorioſamque ad Tartarorum Imperatorem Pontificiam legationem *ad Biſinianenſem Epiſcopatum evolaſſe*. Excuſſi omni ſolertia Caroli IV. Imp. Cancellariam: cujus tres partes ab exteris typis excuſas jam habemus, quarta hactenus inedita inter collectanea mea poſterioribus Monumentorum publicandorum Tomis ſervatur: ſi fortaſſis memoriam & annum reperire liceret, quo Marignola inter Commenſales & Capellanos Caroli IV. aſſumtus eſt. Et quanquam facile quadraginta ejusmodi inſtrumenta repererim, tamen ubivis Marignolæ nomen abeſt, nolim tamen dubitare aliquod eorum ad Marignolam noſtrum ſpectare, cum in multis eorum ſcribæ neglectu & feſtinatione nomen omiſſum ſit. Ut tamen antiquitatum cupidos non lateat, quæ eo tempore Commenſalium & Capellanorum Imperialium prærogativæ fuerint, libet ex eadem Cancellaria generalem formulam exſcribere:

Karolus quartus Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex &c. Religioſo - - - Ordinis - - - Sacre Theologie Magiſtro Conſiliario, Familiari, Commenſali, Domeſtico & devoto ſuo dilecto graciam & omne bonum. Laudabilia virtutum & probitatis tue merita, Religionis zelus, literarum ſciencia, & morum decor, quibus te divinitus fore cognovimus inſignitum, nos ammonent & inducunt, ut perſonam tuam ſingularis prerogativa gracie non immerito proſequamur. Te igitur premiſſorum intuitu in Conſiliarium, Capellanum, Familiarem, & Commenſalem noſtrum Domeſticum gracioſe recipimus, & aliorum Conſiliariorum, Capellanorum, Familiarium & Domeſticorum noſtrorum Commenſalium cetui & numero preſentibus aggregamus. Decernentes & hoc imperiali ſtatuentes edicto: quod tu omnibus & ſingulis privilegiis, juribus, immunitatibus, libertatibus & graciis gaudere debeas

Digitized by Google

beas & frui, quibus ceteri Conſiliarii, Capellani, Familiares noſtri Commenſales Domeſtici de conſuetudine aut jure gaudent, ſeu quomodolibet fruuntur. Mandamus igitur & authoritate Imperiali diſtricte precipimus, & te Imperialis conſideracionis intuitu congruis ubivis locorum honoribus ac benevolentia proſequentes &c.

Reperi tamen in ea Cancellariæ Caroli IV. parte (quæ in Bibliotheca Metropolitana Pragenſi inter MSS. Codices I. XXVI. nuſquam hactenus edita ſervatur) non obſcuram aliam Marignolæ memoriam, ex qua conjicere licet, eum quoque ad Hiberniam ſeu a Sede Pontificia, ſeu Ordine ſuo fuiſſe deſtinatum, quam legationem tamen num abſolverit, haud conſtat, præſertim cum ex mox ſubjiciendis literis Armacani Epiſcopi Hiberniæ teſtatum fiat eum legationi huic maxime obſtitiſſe, adeo ut non modo famam legationis hujus, ſed ipſum Marignolam totumque Ordinem Minorum acerrimis ſarcaſmis accipiat, quorum ratio ex hiſtoria Eccleſiaſtica repetenda eſt. Armagh autem ſeu Ardimacha (a cujus urbis Epiſcopo hæc epiſtola ad quendam Ordinis Minorum ſeu ut inſcriptio vult, ad ipſum Biſanenſem Epiſcopum, Marignolam nimirum, ſcripta eſt) hodie multum deſerta urbs Hiberniæ eſt in provincia Ulſter dicta in Comitatu Armacenſi, cujus Archi-Epiſcopus Primas Hiberniæ eſt. Tenor denique literarum, quæ inter inſtrumenta Cancellariæ Carolinæ N. LXI. recenſentur, hic eſt:

Reverende Pater & amice Kariſſime. Non congruunt etati, neque venerando ſenio, que de Vobis honorabiles Viri - - - de - - - & - - - de - - - recitarunt. Neque mentis teſtantur prudenciam ea, que per ipſos nobis Veſtra Reverencia voluit intimari. Nam florem Ordinis Veſtri - - - - jam auctore Domino, & juſticia nobis ſuffragante, convicimus, jam in campo Marcio deſiderati voti compotes abſque formidine militamus. Neque aliud ſupereſt, niſi ut detur victori bravium, & quem triumphus deſideratus exornat, Dei velit benignitas coronare. Jam calamus fructus exſpectat uberes, qui de area ſancte Ecleſie vepres & ſpinas evulſit, & deformantibus erroribus propulſis viam apperuit

Digitized by Google

Catholice veritatis. Neque Veſtrum Reverende Pater timemus adventum, ut veſtris argumentis terreamur in aliquo, qui jam Anglicana Sophiſmata, Okkam *puta*, Burley, *&* *aliorum, qui ſub apparencia veri tunicam falſo ſecernerunt contexere, omnino deſtruximus, latratus eorum inutiles pie veritatis ſermonibus compeſcendo. Veniat igitur inveteratus ille* [illegible]*ſanenſis Epiſcopus, veniat: quis ille, qui ſe Apoſtolum orientis in Curia Ceſaris ampuloſe denominat; ut experiatur in opere, quid ſompnia ſua ſibi prodeſſe valeant. Nam ſi canum latrancium juventuti interſit vincula, noſtre proviſionis induſtria facile quidem palpitantem ſenio moloſſum ligare curabimus, cui jam neque vocis claritas, neque ſciencie habilitas ſuffragantur.*

In qua quidem epiſtola licet Marignola nomine non referatur, ex circumſtantiis tamen orationis, & præſertim verbis illis *Apoſtolus orientis in Curia Cæſaris* certo conjicitur per Biſanenſem Epiſcopum haud alium atque Marignolam intelligi.

Tempus, quo Marignola hoc Chronicon ſcripſit, clare indicat, dum ait ſe hiſtoriam rerum geſtarum perſequi *uſque ad præſentem Boemorum Primatem Venerabilem Arneſtum primum Pragenſem Archi-Epiſcopum*, qui ex calculo Hagecii ab anno 1343. uſque 1364. Eccleſiæ Pragenæ præfuit. Ex quo eruitur eum non multo ante Pulkavam Chronicon ſuum abſolviſſe. Nam Codex MS. S. Crucis Majoris Vetero-Pragæ teſtatur Pulkavam non prius quam Anno 1374. ſupremam manum operi ſuo impoſuiſſe. De morte Marignolæ, & quo loco fatis ceſſerit, aut ſepulturam invenerit, nuſquam teſtatum, quod ipſum queritur Ughellius. Libuit tamen hic apponere ſigillum Biſinianenſis Eccleſiæ & Epiſcopatus, quod in Archivo Zderaſienſi deprehendimus. Diploma quoddam membranaceum eſt de anno 1295, quo plusquam viginti Epiſcopi Romæ congregati quasdam indulgentias Eccleſiæ Zderaſienſi concedunt, inter hos etiam eſt ſigillum Gulielmi Biſinianenſis Epiſcopi, qui itaque Chriſtophorum in Sede præceſſiſſe videtur. Sigillum hoc ſcalpro excuſum N. 2. ſpectandum exhibemus.

II. Ad

Digitized by Google

II. Ad Codicem MS. e quo hæc editio tranſumta eſt, ut pertingamus, ſervatur is in Bibliotheca AA. RR. PP. Crucigerorum cum rubeo corde ad S. Crucem majorem Vetero-Pragæ, debemusque exſcriptionem illius benevolentiæ Reverendiſſimi D. Wenceslai Kirchmayer de Reichwitz ejusdem Canoniæ jam decimum Præpoſiti, uti & adniſui A. Reverendi ac Eximii D. Joannis Caroli Rohn, ejusdem inſtituti locique Archivarii, & Bibliothecarii a pluribus editis opuſculis noti & celebris. Ex quo rariſſimo codice ſuo tempore plura patria vetuſta hiſtorica documenta vulgaturi ſumus. Codex vero iſte chartaceus in folio eſt notæ optimæ, ſcriptus partim ſæculo XIV, partim ineunte XV. Intelleximus tandem non alium codicem illum eſſe, quam eum, quem olim Pragæ adhuc degens Excellentiſſimus Epiſcopus Litomericenſis in manibus ſuis habuerat, & e quo dein apographum ſuum deſumpſit. Illum ipſum, inquam, de quo jam Parte I. Annalium Hagecianorum p. 45. notitiam aliquam dedimus, quanquam ſcribæ erronea relatione in eo falſi (Nam codicem autographum tum necdum videramus, nec, cujusnam ſit, cognoveramus) quod eadem pagina in membrana ſcriptum aſſeveraverimus. Fideliter itaque ſingula, ut in hoc codice reperiuntur, tranſcribi fecimus, contulimusque; quæ hic cum amico Lectore communicamus. Variantes autem lectiones adjungere per nos non ſtetit, quandoquidem de alio manuſcripto veteri hujus authoris exemplari nihil uſpiam compertum eſt, ut is unus ſolusque codex hactenus cognitus ſit, qui memoriam Marignolæ, & hiſtoriam Boemiæ ab eo conſcriptam ad poſteritatem, temporumque noſtrorum cognitionem transmiſit.

Quod Hagecius in Annalibus ſuis Marignolæ meminerit, jam Parte I. ejusque Proœmio innuimus, quanquam ſi jam ea conferantur, quæ ex hoc authore memorat, conjectura non levis capi poſſit, Hagecium hæc nonniſi ex rumuſculis, aut incerta veterioris authoris relatione hauſiſſe, nam pleraque relatis Marignolæ minime conſentanea ſunt. Et quidem ne mentionem is quidem Czechi toto ſuo tam vaſto opere facit, ſed Coſmam

adhuc ſecutus Bojemum illum conditorem patriæ conſervat, quin pro illa temporum iſtorum ariolandi licentia nomen magis deflectit, cum ait: *Fuit inter iſtos quidam nomine Bogam, a quo dicta eſt Bojemia.* Ut jam Czechi propugnatoribus novum fulcrum ruat, quo fabulam iſtam ſuperſtruere conati. Alterum eſt: Errat Hagecius eum Marignolam vocat Epiſcopum Florentinum, is enim nonniſi Florentiæ natus, Epiſcopus vero Biſinianenſis in hodierno Regno Neapolitano erat. Tertio: nec Marignola Slavorum originem, ut vult Hagecius, trahit a Slowo, ſed a Sole & Elyſa derivat, ſic enim ille: *Ab Elyſa ſclavi, qui corrupto vocabulo ſolani dicuntur, quaſi ſolares vel luminoſi, vel magis glorioſi dicuntur, cujus pars eſt Boemia.* Et rurſum: *Fuerunt autem primi Boemi genere Sclavi, quaſi Elyſani. Elyſa enim ſolaris dicitur, unde Eliopolis civitas ſolis in Yſaia.* Denique non meminit etiam Marignola immigrationis Slavorum per Bulgariam, Serviam, Dalmatiam, Croatiam, Boſniam, Carinthiam, Carnioliam, ut ſcribit Hagecius, ſed Pulkava ſynchronus ei ſcriptor, quæ omnia, uti & maxime, quod Hagecius non referat Marignolam in Catalogo Authorum Annalibus ſuis præmiſſo, e quibus nempe hiſtoriam ſuam compilaverat, plane declarant: Hagecio manuſcriptum Marignolæ Chronicon ad manus non fuiſſe, e quibus veriora certioraque haurire ei licuiſſet. Ceterum non memini ab aliquo vetuſtiore noſtro unquam Marignolam laudatum, aut ad ejus Chronicon a quoquam provocatum, quod innuit exemplaria illius admodum rara fuiſſe, primum omnium, quod conſtat, reperio Mathiam Boleluzkium ſæculi ſuperioris hiſtoricum, qui in Roſa ſua Bohemica c. 5. p. 114. ad ſolum nomen provocat, eumque inter ceteros hiſtoricos patrios recenſet, qui poſteritati geſta S. Adalberti tranſcripſerunt.

III. Chronicon ſuum Marignola diſpertit in tres libros: Primum orditur a creatione mundi, finitque cum diviſione linguarum & terrarum, quem vocat *Thearcos Atheos*, ſeu *Divinum & Theologicum.* Secundum nominat *Monarchicum*, quem auſpicatur a Nemrot, perducitque ad tempora Francorum, Boemorum,

rum,

Digitized by Google

rum, ipſamque Caroli IV. ſtirpem, quam cum e longinquo, atque e vetuſtiſſimis ſæculis repetit, ſuſpicionem adulationis non effugit, nam ejusdem Imperatoris progeniem a Saturno & Jove deducit, *imitatus* ſcilicet alios ſe ſuperiores ſcriptores, qui ejusmodi genealogiarum palpum multo ante Cæſaribus obtrudere ſoliti, ut jam Parte II. Annalium Hagecianorum animadvertimus. Tertium vocat *Jerarcos* & *Jerarticum* ſeu *Eccleſiaſticum*, quem a Summo Melchiſedech uſque ad Arneſtum Pragenſis Eccleſiæ primum Archi-Epiſcopum ſe proſecuturum pollicetur.

Non ignoramus plura ejusmodi Chronica a creatione mundi initium ſumentia jam publicis typis proſtare excuſa, imo non pauca ob rerum a veterioribus pridem narratarum repetitionem paſſim ab editoribus his initiis truncari, verum affirmare auſim, nuſquam æque lectu jucundum Chronicon, atque Marignolæ eſt, in manus meas incidiſſe, ut merito vitio nobis dari potuiſſet, aliqua ſui parte mutilum nos emiſiſſe. Cum enim author hic pleraſque orientales & remotiſſimas quidem regiones eruditionis capiendæ gratia pervagatus ſit, ubivis in hiſtoriam tam veteris quam novi teſtamenti ea concinne interſerit, quæ ad locorum, rerumque illuſtrationem faciunt, quæque ipſe oculis vidit, ſedula exquiſitione edoctus eſt, aut ex hominum illarum terrarum traditione hauſit. Idem cum linguarum orientalium Theologiæ item & Philoſophiæ ſe non rudem fuiſſe probet, non raro interpretationem terminorum Hebraicorum adfert, ſententias vero miras Theologicas Philoſophicasque admiſcet, quas eo tempore in ſcholis primas tenuiſſe cognoſcere licet, ut ſperemus nemini tædio ejus lectionem futuram. Atque ut pauca prælibemus: mira ſunt quæ de Adæ veſtigiis, de paradiſo ejusque ſatis, de Moyſe, de nativitate Chriſti, de ejusdem diſcipulis, de S. Thoma, de prima & ſecunda Apoſtolorum Miſſa refert, mira quæ de Kota civitate a Cain ædificata, de nomine & inventione urbis Pariſiorum & Trevirorum aliisque civitatibus fabulatur. Non injucunda itineris ſui per univerſam Tartariam Magnique Kaam Tartarorum Imperatoris, per Indias eique adjacen-

tes inſulas deſcriptio, quarum incolas, mores, rariores plantas aliaque huc ſpectantia paſſim graphice depingit, & ſua experientia probat. Inter quæ præ cæteris auſcultationem merentur, quæ iſthic de Simiarum cultu, earumque peculiari ſpecie, & opinione animarum defunctarum in eas translocatarum, de Monachis Ethnicis Seyllani montis, de muſa, aliisque plantis, de veſtibus filiceis, de antipodibus tum adhuc incognitis reliquiſque hujus generis refert. Quod vero ſummi momenti eſt, mire illuſtrat hiſtoriam Eccleſiæ tartaricæ, unde jam hiſtoria eccleſiaſtica quæpiam capiet incrementa, nam ea nuſpiam prodita, aut typis excuſa eſſe reperi; præſertim clariſſimæ iſthic memoriæ Joannis illius primi ſæculo XIII. Tartarorum Apoſtoli ſociorumque ſuorum, nec non aliorum ejusdem Ordinis Minorum martyrio inclytorum virorum, urbium Tartaricarum ad Chriſtum converſio, ſtatus Eccleſiæ Chriſtianæ in Indiis perque vicinas terras, ut alia plura pertranſeam, quæ ex uſu Lectorum eſſe poterunt. Quod ad hiſtoriam patriam attinet, non diffitemur eum pleraque uſque ad annum 1125. ex Coſma mutuaſſe, quouſque nempe Coſmæ hiſtoria vitaque ejus pertigit, poſthac multa profert, quæ in nemine alio noſtrorum reperiuntur, quæque declarant, authorem noſtrum alios a Pulkava, qui eodem tempore ſuum Bohemiæ Chronicon ſcripſit, fontes habuiſſe. Provocat porro Marignola noſter non raro ad libros quosque, quorum hodie peritiam uſumque non habemus, & frequenter etiam ad Apocryphos, ut ad Beroſum, librum Lucaray, ſeu partem II. libri Lucæ & Actuum Apoſtolorum, Ovidium de vetula, denique non pauca profert ex Judæorum Thalmud, eorumque traditionibus, quas hinc atque illinc breviter refellit. Ceterum ſtyli barbariem, & rerum quandoque narratarum prolixitatem memor ætatis illius ferreæ luteæve æqui bonique conſulet amicus Lector.

CHRO-

Digitized by Google

CHRONICON

Reverendiſſimi Joannis dicti de Marignolis de Florentia Ordinis Minorum Byſinianenſis Epiſcopi, glorioſæ memoriæ Imperatoris Caroli IV. Imperialis Aulæ Capellani.

Incipit Proceſſus in Cronicam Boemorum.

KAROLUS quartus Divina favente clemencia *Romanorum* Imperator ſemper Auguſtus *Boemorum* Rex. Ad dandam ſcientiam plebi ejus, & dirigendos pedes eorum in viam pacis, & felicitatis eterne. Tunc enim rempublicam conſtat eſſe felicem, quando Rectores ipſius prudentes eſſe conſtituit, vel vacare prudencie. Nam eloquencia ſive prudencia homines quaſi pecudum more viventes, ſuadente quodam prudente, ut ait *Tulius* primo Rethorice, coegit in unum, & ſua eloquencia ſimul cum prudencia civitates ſanctiſſimas, leges juſtiſſimas, juſta judicia, recta connubia docuit ordinare. Nos igitur Divina providencia ſuper ſpeculum Imperialis culminis, ac Rex *Boemie* conſtitutus ab eo exemplo *David* juſtiſſimi Regis, die noctuque in lege Domini meditantis vigilamus attencius, & ſolicita mente revolvimus, qualiter noſtre reipublice utriusque milicie rectores ad literarum ſtudia provocemus, ut ipſam pacis tempore, ac eciam bellorum, non ſolum armis bellicis decoratam; verum eciam prudencia, & bonis moribus exemplo majorum ſtudeamus eſſe armatam. Dicit enim *Ariſtoteles* libro Thopicorum iij. *Nemo juvenes eligit duces, eo quod non conſtat eſſe prudentes.* Verum eciam, ut ait in Ethic. l. v. *Non differt juvenis moribus vel etate.* Et Salomon in Proverbiis: *Maledictus puer centum annorum.* Plures enim fecit triumphare experta prudencia, quam armata milicia, ut oſtendit *Vegecius* de re militari. Expedit ergo reipublice informari maxime juvenes principes ad imitacionem proborum, ne degeneres fiant. Valuit enim ille error, juxta ſentenciam *Auguſtini* de Civitate Dei, quod Principes putarent ſe de genere deſcendiſſe Deorum, ut amplecterentur virtutes, & vicia abhorrerent, majorumque ſequendo veſtigia, laudem appeterent plus, quam vitam, quam tamen propriam contempnerent tempore oportuno. Et ut *Virgiliano* verſu eloquar: *Vicit amor prime laudum immenſa cupido,* quas ſemper appetit animus generoſus. Premium enim virtutis eſt honor, & attribuitur ma-

Digitized by Google

magnanimis, & virtuoſe laborantibus; Ut *Ariſtoteles* quarto Ethicorum. Nam ſine virtute laudari nihil aliud eſt, quam vilis Yronia; & deſipit, qui ſine virtutum culmine appetit laudari. Sed ex laude fit inglorius, qui ſine virtute laudatur, ideo *propoſui illam*, inquit *Salomon regnis & ſedibus, & divicias nihil eſſe duxi, in comparacione ad eam*, per hanc habebo claritatem ad turbas, & relinquam poſt me eternam memoriam, que perducit ad regnum perpetuum. Hec eſt turris *David* cum propugnaculis proborum actuum. Mille clipei exterorum pendent ex ea, omnis armatura forcium. En, inquit ſponſa, in canticis canticorum, lectulum *Salomonis* ex fortiſſimis Iſrahel cuſtodiunt, uniuſcujusque enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos. Hy ſunt generoſi Principes, caſtra Domini precedentes, donec introducant ſubditos ad terram victoribus repromiſſam, ornacio virtutum, occiſis peſſimis *chananeis* operariis viciorum. Non enim armorum fortitudine tantum glorioſa bella geruntur, ſed eciam magis ſano conſilio, cum fidelitate ad Principem, prudencia directiva, ut ait *Saluſtius, & Beatus Auguſtinus L. de Civitate Dei, ſic dicens. Nolite putare parentes noſtros rempublicam armis tantum ex parva magnam feciſſe, nam ſi hoc eſſet, nos multo illis majorem haberemus, major enim eſt nobis armorum, equorum, & amicorum, copia; ſed alia fuere eis, quæ nobis nulla ſunt, domi induſtria, foris juſtum imperium animus in conſulendo liber, nulli voluptati vel cupiditati obnoxius.* Pro his nos habemus domi inerciam, foris rapacitatem, inter bonos & malos diſcrimen nullum. Ut ergo tranquillitate pacis tam mentis, quam temporis noſtra reſpublica perfruatur, operariis viciorum penitus expurgatis, & delicatos nobilium animos ad probos mores exemplis delectabilibus provocemus, Cronicarum antiquas & novas hyſtorias, maxime *Boemorum* obſcure conſcriptas per Venerabilem Patrem Fratrem *Johannem* dictum de *Marignolis* de *Florencia* Ordinis *Minorum Byſinanenſium* Epiſcopum, noſtre Imperialis Aule commenſalem tranſcurri mandavimus, amputatis obſcuris verborum ambagibus & ſuperfluis reſecatis, ac interpoſitis quibusdam utilibus; incipiendo a primo *Adam*, uſque ad felicia tempora noſtra, ſub triplici diſtinctione, ut in ipſa reluceat candor lucis eterne, & ymago beatiſſime *Trinitatis* ad illuſtrandam trine noſtre create ymaginis trinitatem, plano latini ſtilo, modo qui ſequitur, juſſimus reformandam ad laudem beatiſſime *Trinitatis*, cui laus eſt & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Ut

Digitized by Google

Ut igitur Sereniſſime Imperator & ſemper Auguſte, tui conceptus propoſitum non ocioſe, nec in vanum tantis infudet affectibus, ſed Divini cooperante *Minerva* ſpiritus, quem tue Majeſtatis expoſcit ſerenitas, effectum ſorciatur. Ego frater *Johannes* dictus de *Marignolis* de *Florencia* ordinis *Minorum Byſinianenſis* Eccleſie Epiſcopus, tue Imperialis Aule Capellanus, tuis ſemper parere volens nutibus, ad hujus operis faſtigium ſtilum dirigere preſumens, Cronicarum *Boemicalium* yſtorias obſcure quidem priſtine conſcriptas in unum magis lucide compendium, juxta mei facultatem ingenii ſub trina diſtinccione, modo, qui ſequitur, duxi regulandas, ut que prius obſcura clauſit umbroſitas, concepti operis ſentencia reddat manifeſta.

Capitulum de diſtinccione libri.

Primus namque liber, ſeu diſtinccio quaſi Divinum ſeu nature continet principatum, a primo namque Deo Creatore omnium per *Adam* deſcendendo uſque ad *Noe*, & poſt diluvium uſque ad turrim *Babel*, & diviſiones terrarum yſtorias continebit, ideo ipſum *Thearcos atheos*, quod eſt Deus, quaſi Divinum ſeu theologum decrevimus nominandum. Secundus vocabitur *Monarchos*, continebit enim a primo *Nemprot*, uſque ad felicia tempora noſtra *Francorum* & *Gallicorum*, maxime *Boemorum*, unde tua Serenitas traxit originem, yſtorias, eciam Romanorum, & omnium gencium principalium monarchias. Tercius *ierarcos*, ſeu *ierarticus*, vel eccleſiaſticus merito nominatur, nam a primo Sacerdote Summo *Melchiſedech* poſt *Abel*, per *Moyſen* & *Aaaron* uſque ad veriſſimum Pontificem *Chriſtum* per ſucceſſiones Pontificum *Romanorum*, & per Epiſcopos *Boemie* uſque ad preſentem *Boemorum* primatem venerabilem *Arneſtum*, primum *Pragenſem* Archiepiſcopum, nec non Sanctorum Patronorum *Boemie* geſta & miracula noſtra diligencia duximus compilanda. Ne igitur confuſionem pariant conjuncta ſpiritualia cum mundanis, & ut breviter, lucide & diſtincte pareant in legentis animo, puriſſimam veritatem ſub certis diſtinccionibus & capitulis decrevimus ordinanda. Verum quia ex ſpinis roſe naſcuntur, & *Chriſtus* natus eſt ex bonis parentibus, & (*) ex malis, & tocius Sacri Canonis decurſus intendit duas deſcribere generaciones, ſive eciam civitates, malorum ſcilicet & bonorum. Quarum prima, ſcilicet malorum inicium ſumpſit a *Cayn* fratricida, uſque ad *Lamech* homicidam, cujus ſeries texitur per *Nemprot* poſt diluvium.

(*) Vero ſimillime interſerendum: *alii*.

Civitatis autem Dei generacio ab *Abel* primo martire, Virgine, Sacerdote, cujus ſucceſſio texitur per *Seth* & *Enoch*, qui cepit nomen Domini invocare; ideo utriusque decurſum a mundi principio inchoemus.

In principio *Heloym*, id eſt *Dii*, creavit celum & terram, terra autem erat inanis, & vacua, & ferebatur ſpritus Domini ſuper aquas. Ecce in principio Sacri Canonis quomodo ſacra ſcriptura nominat expreſſe increatam beatiſſimam *Trinitatem* in unitate ſubſtancie, & trinitate perſone. Nam ſecundum hebraicam veritatem *hel* in nominativo caſu, *heli* in vocativo, vel *heloy* in aliis, non enim habet illa lingua tot caſus ſicut latina. In plurali numero dicitur *heloym*, id eſt, *Dii*, cum numero ſingulari, ſeu creavit, non dixit, creaverunt, ut oſtendat numerum in perſonis cum unitate eſſencie, ideoque dixit, creavit, quia indiviſa ſunt ad extra opera *Trinitatis*. Noſtra autem translacio nominat patrem, quod Deus creavit, nominat verbum, quia in principio; dixit enim: quid dixit verbum, non vocale, quia in Deum non cadit accidens, ergo ſubſtanciale, ſed non alterius ſubſtancie, vel eſſencie, quia tunc eſſent plures Dii, quod nec racio, nec natura patitur, quia tunc nullus omnipotens, nec per conſequens Deus, ergo ejusdem eſſencie vel nature. Diſtinctum tamen verbum eſt perſonaliter a dicente; Terciam nominat perſonam, quia ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Nota, quod nominat aquas totam corpulentam primam materiam confuſam omnium temporalium. Vocatur eciam abyſſus, quia qui vivit in eternum, creavit in principio omnia per quid, ſeu per verbum, ſed ornavit & diſtinxit per Spiritum Sanctum per ſex intervalla dierum, ſecundum communem modum loquendi. Quamvis *Auguſtinus* Doctor egregius ad noticiam factam de creaturis in mente angelica referat dies illos, & veſpere & mane dicat noticiam matutinam, quam habuerunt in verbo, quaſi materiali ſpeculo, veſpertinam autem, per quam viderunt Deum in rebus creatis &c.

De Creacione.

IN principio ergo creavit Deus celum, id eſt naturam angelicam, novem ſcilicet ordines angelorum ſive ſpirituum per tres *ierarchias*, ſive per tres ſocietates diſtinctas, prima namque *ierarchia*, & ſumma continet tres ordines. Primus ordo Deus immediatus vocatur *Seraph*, vel *Seraphym* ardens amore. Secundus *Cherub*, vel *Cerubin*, id eſt lucens ſplendore, vel plenitudo ſciencie. Tertius *Throni*, ſeu ſedes Dei, quia exercent judicia Dei. Iſta eſt prima *ierarchia*, cujus officium eſt reſpe-

Digitized by Google

ſtu inferiorum inflammare ad Dei amorem, illuminare in cognoſcendis, & purgare in diligendis. Secunda *ierarchia* continet ſimiliter tres ordines, ſeu principatus, qui regunt imperia, poteſtates, minora dominia; dominaciones, ſingula capita, hec ſecunda. Tercia, virtutes, quia expellunt demonia, archangeli nunciant fortia, Angeli mittuntur ad opera, & nunciant minima. Fuerunt autem omnes Angeli creati boni, diti, miri, quod exprimitur, cum dixit Deus, fiat lux, & primus dictus eſt Lucifer, quia omnibus pulchrior in ſplendore. Sed quia in veritate non ſtetit, in qua fuit creatus, ideo factus eſt omnibus pejor, & traxit cauda, id eſt ſequela ſua aliam partem ſtellarum, id eſt Angelorum, quia due partes remanſiſſe creduntur, & tot homines aſcenſuri, quod Angeli remanſerunt, ut dicit beatus *Gregorius*, probans per illud [illegible]ius conſtituit terminos populorum, ſeu ſalvandorum juxta numerum [illegible]ngelorum Dei. Nomine autem terre, abiſſi, & aquarum, ſuper quas Domini ſpiritus ferebatur, ſacra ſcriptura omnia comprehendit producta de *Yle*, que eſt prima informis materia, de qua omnia ſunt producta, & poſtmodum diſtincta.

Et nota, quod XVII. ſunt ſpecies creatorum tantum, ut dicit, & probat *Origenes*, & tot ſunt litere *hebraice*, & tot ſunt litere *romane*, ſive latine, quamvis propter miſterium una greca ſatis inutilis inſeratur, ſcilicet y. quod hoc ſit verum, ſic probatur. *Prima die* creavit Deus materiam primam, celum, Angelos, lucem, elementa, cum motu, & tempore, que ſunt ſeptem. Secunda die tantum unum, ſcilicet firmamentum, quod dicitur celum, communiter dividens lucem, ac tenebras, & aquas ab aquis, id eſt, bonos Angelos a malis, quia ſecunda die ceciderunt. Tercio die quatuor, ſcilicet maria, ſeminaria, ſaciones, & plantaria. Quarto die tria, ſcilicet, ſolem, lunam, & ſtellas, quas poſuit in firmamento celi. Quinto die tria ſcilicet, piſces, volucres, & reptilia. Sexto die iiij. jumenta, beſtias, ſerpencia, & hominem, quem vocavit *Adam*, ex quatuor elementis corpus formatum, in campo ut dicitur *Damaſceno*, angelico miſterio, ex terra rubra de limo terre. Et inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vite, & factus eſt *Adam* in animam viventem. Igitur perfecti ſunt celi & terra, & omnis ornatus eorum. Plantaverat autem Dominus paradiſum voluptatis a principio, id eſt, in parte orientali, qui locus dicitur *Eden* (*m*) ultra *Indiam*.

L 2 Nam

(*m*) Orientalis regio de qua Iſ. 37. latine *voluptas* & *delicia*. Vide ſis Poliſynopſin Criticorum in Gen. p. 19.

Nam ut ex viſis aliqua breviter inſeramus. Nos frater *Johannes* de *Fflorencia* Ordinis *Minorum* indignus Epiſcopus *Byſinianenſis*, anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo quarto, a ſancto Papa *Benedicto* duodecimo cum aliis miſſus fui cum Apoſtolicis literis & donis nuncius & legatus ad *Kaam*, ſummum omnium *Thartarorum* Imperatorem, qui tenet quaſi dominium medietatis orbis orientalis, cujus poteſtas & copia civitatum, terrarum, linguarum, diviciarum, & regiminis infinitorum quodammodo populorum excedit omnem narracionem. Receſſimus de *Avinione* menſe *Decembris*, pervenimus *Neapolim* in principio quadrageſimæ & ibi uſque ad *Paſcha*, quod fuit in fine *Marcii*, (*n*) expectavimus navigium *Jaunenſium* (*o*) venturum cum nuncciis *Thartarorum*, quos miſit *Kaam* de *Cambalec* (*p*) maxima civitate ad Papam, pro mittendis lega-

(*n*) Incidit nempe hoc anno Paſcha in 27. Martii. (*o*) Forte *Genuenſium*. Janua olim etiam dicebatur civitas *Veune* (*p*) *Primordia converſionis Prædeceſſorum hujus Kam notata reperimus in vita Innocentii IV. Papæ a F. Nicolao de Curbio Ordinis Minorum conſcripta apud Baluzium l. 7. p.* 390. Ecce quidam Armenus, *inquit author*, Clericus nuncius regis Tartarorum, qui cum ornata comitiva hominum & equorum ad Sedem Apoſtolicam veniebat, & qui expoliatus omnibus bonis ſuis per Corradum in regno Apuliæ fuit tentus, donec ipſe, intercedente morte ipſius, teneretur à principe tenebrarum. Unde vix ipſe ſolus evadens ad ſacros pedes ipſius Papæ pervenit. Privatus tamen literis ipſius tandem Tartarorum Regis, quibus petebat formam & regulam Chriſtianæ Religionis & ritus, ut iis informaretur, cum Chriſtianus eſſet effectus, & ſacri baptiſmatis receperit ſacramentum, tractus miraculo maximo illius, qui facit mirabilia magna ſolus, quod tale eſt. Filius namque ipſius Regis infirmabatur ægritudine valida, & omnino incurabili judicio medicorum, & vocatis ad ſe Armenis & aliis Chriſtianis eos eſt taliter allocutus: Quod niſi Deus ipſorum precibus illorum ejus filium redderet priſtinæ ſanitati, omnes capitali judicio ſubjacerent. Quodſi vero reſtitueretur ſanitati optatæ, ad fidem ipſorum continuo ſe transferret. Indicto igitur inter ipſos Chriſtianos triduano jejunio, & ſigno crucis facto ſuper infirmo, ac invocato Chriſti nomine, ſubito ab eo, qui ſanat languidos, & alligat contritiones eorum, extitit liberatus, propter quod baptizatus eſt ipſe, & domus ejus tota, ac ultra quinquaginta millia Tartarorum. Ipſum vero Armenum nuncium Regis dicti ſatis Summus Pontifex honoravit. Cui fecit in cunctis ejus oportunitatibus, in veſtimentis, & alimoniis provideri. Qui reportans literas a Domino Papa regreſſus eſt, unde venerat ad Dominum ſuum. *Hancque legationem circa annum* 1254. *accidiſſe teſtatur Baluzius. Anno poſtea* 1272. *legatos Tartarorum adfuiſſe in concilio Lugdunenſi a Gregorio X. congregato memorat Ricobaldus in hiſtoria Pontificum Rom. ad h. a. cujus verba ſunt:* Affuerunt quoque Tartarorum legati, qui baptizati, & concordati cum Papa ad propria ſunt regreſſi. *Joannes vero Vitoduranus in Chronico ad annum* 1339. *hunc Tartarorum Regem primum converſum ſcribit:* Rex Tartarorum, *inquit*, per quandam mulierem converſam ad fidem Katholicam a fratribus Minoribus illinc ad evangelizandum Chriſtum commorantibus converſus famatur, qui per legatos & epiſtolam Papæ

Digitized by Google

legatis & ad aperiendam viam, & fedus componendum cum *Chriſtianis*, eo quod multum honorat, & diligit fidem noſtram. Summi eciam principes ſui Imperii tocius, plus quam triginta millia, qui vocantur *Alani*, & totum gubernant imperium orientis, ſunt *Chriſtiani*, re vel nomine, & dicunt ſe *Sclavos Pape*, parati mori pro *franquis*, ſic enim vocant nos, non a *francia*, ſed a *franquia*. Horum primus Apoſtolus fuit frater *Johannes* dictus de monte *Corvino*, qui primo miles, judex & doctor *Friderici* Imperatoris poſt LXXII. annos factus frater Minor doctiſſimus & ſcientiſſimus (q) Pervenimus autem in *Conſtantinopolim* per mare in Kalendis *May*, & fuimus in *Peyra* (r) uſque ad feſtum Sancti *Johannis baptiſte* non ocioſe, quia ſummam diſputationem habuimus cum Patriarcha *Grecorum*, & toto concilio eorum in pallacio Sancte *Sophie*, ubi Deus fecit in nobis novum miraculum, dans nobis os & ſapienciam, cui non potuerunt reſiſtere, & ſe neceſſario eſſe Sciſmaticos confiteri compulſi ſunt, nihil in ſue dampnacionis pallium pretendentes, niſi ſuperbiam intollerabilem Preſulum *Romanorum*. Inde navigavimus mare *Maurum*, (ſ) & in octo diebus pervenimus in *Caffa*, (t) ubi multarum ſectarum ſunt Chriſtia-

pæ Benedicto ſuppliciter demandavit, quod ſibi doctores, Prædicatores & Informatores orthodoxæ fidei deſtinare dignaretur, qui gentem ſuam ad fidem converterent, converſos baptizarent, baptizatos in fide novella ſolidarent. Qui mente hilari ſibi annuens L. fratres Minores, eo quod converſionis ſuæ occaſio eſſent, viros idoneos tam ratione bona, quam ſcientia vitæ transmiſiſſe adſtruitur. *Quantum hæc a Marignolæ noſtri verbis diſcordant!* Ceterum Martinus Minorita apud Eccardum, T. I. p. 1634. hunc Kam Imperatorem Tartarorum *Gamzim* appellatum fuiſſe ſcribit.

(q) *Is Joannes de Corvino veroſimillime idem cum Joanne de Planocarpino, de quo in vita Innocentii Papæ IV. c. 17. ſcripta a F. Nicolao de Curbio Ordinis Minorum Epiſcopi Aſſiſinatenſis apud Baluzium l. 7. p. 369. circa annum 1247. hæc leguntur :* Ad Tartaros quoque gentem amaram, nullius Religionis & ritus, quæ præ ſui multitudine repleverat quaſi univerſam faciem partium orientis, miſſus eſt vir multæ religionis frater Joannes de Planocarpino Ordinis Minorum, pœnitentiarius ipſius, poſtmodum Archiepiſcopus Antinacenſis. Qui tranſiens per terram deſertam, inviam, & inaquoſam, & per diverſarum viarum amfractus in fame & ſiti, frigore & nuditate ad illos poſt multos fere per annum labores graves & varios, duce domino, eſt deductus, alloquens eos poſtmodum per interpretem cum ignotæ linguæ ab habitabili noſtra Zona penitus haberentur, multo laboravit ſtudio, ſi quo modo reciperent verbum Dei, & ad ovile fidei Catholicæ vocarentur. Hic ſolus ad ipſorum Regem pervenit, cum plurimi hoc tentaſſent, nec unquam ipſum attingere potuiſſent, & propter ipſius diſtantiam, qui erat in ultima parte ſui exercitus conſtitutus, qui quidem exercitus in longum nimium tendebatur. (r) Hodie *Pera* ſuburbium a Conſtantinopoli portu ſejunctum. (ſ) Id eſt *nigrum*, ſeu Pontum Euxinum. (t) Peninſula & provincia ſic dictæ hodie Crimmeæ Tartariæ, in qua metropolis Caffa ſita eſt. Boſphorus Cimmerius ad Caffam ſociat mare nigrum cum palude Mæotis.

Digitized by Google

ſtiani. Inde ſad primum *Thartarorum* Imperatorem *Usbec* (*u*) pervenimus, & obtulimus literas, pannos, dextrarium, (*x*) cytiacam, (*y*) & dona Pape, & poſt hiemem bene paſti, veſtiti, & remunerati magnifice, & cum ejus equis & expenſis pervenimus in *Armalec* Imperii medii, ubi fecimus Eccleſiam, emimus aream, fecimus fontes, cantavimus miſſas, baptiſavimus plures, libere, & publice predicantes, non obſtante, quod anno precedenti ſolempne martirium paſſi ſunt ibidem pro *Chriſto* Epiſcopus, & ſex alii fratres minores, miraculis coruſcantes, quorum nomina: frater *Rychardus* Epiſcopus, nacione *Burgundus*, frater *Franciſcus* de *Alexandria*, frater *Paſchalis Hyſpanus*, qui fuit Propheta, & vidit celum apertum, & predixit ſibi, & Sociis ſuis martirium, & *Thartaros* de *Saray* deſtruendos diluvio, *Armalec* perituram, propter ipſorum martirium, Imperatorem illum tercio die occidendum poſt ipſorum martirium, & multa alia glorioſa; frater *Laurencius* de *Ancona*, frater *Petrus*, frater *Indus* interpres illorum, (*z*) & *Gilottus* mercator. Anno tercio poſt noſtrum receſſum de curia circa fines de *Armalec* recedentes pervenimus ad *Cyollos Kagon*, id eſt, ad montes arene, quos faciunt venti, ultra quos ante *Thartaros* nullus putavit terram habitabilem, nec putabatur ultra aliquam terram eſſe. *Thartari* autem voluntate Dei mirabili induſtria tranſierunt, & fuerunt in campo maximo, ubi dicitur *torrida Zona*, & inpertranſibilis a Philoſophis, quam

(*u*) Ampla provincia magnæ occidentalis Tartariæ. (*x*) Id eſt: equum magnum, ſtrenuum, & cataphractum ut explicat Duffreſne in Gloſſario. (*y*) ſeu *Zythiacam*, id eſt liquorem cauſticum vulgo *Roſoglio*. Voſſius de vitiis L. L. *Homo Zytho cauſtico ebrius*. (*z*) *De his ſex Fratribus Martyribus Ordinis Minorum Jo. Vitoduranus in Chronico ad annum* 1343. *apud Eccardum in Corpore Hiſtorico T. I. p.* 1877. Eodem anno poſt feſtum Pentecoſtes venit Vicarius Tartariæ de ordine fratrum Minorum in Avionem ad Papam Clementem VI. petens ab eo Canonizationem VI. fratrum Minorum tunc noviter paſſorum in Tartaria multis claris & evidentibus miraculis coruſcantium. His auditis Papa gaudio perfuſus largifluo ordinem extulit, & magnificavit. Ex hoc vero loco Marignolæ habemus primo certum annum Martyrii horum ſex Fratrum, nempe annum 1335. cum dicat *anno precedenti*. Secundo emendari ex hoc ipſo loco poteſt Martyrologium Sanctorum & Beatorum Trium Ordinum S. Franciſci Seraphici ad quintam Februarii, in quo horum ſex Fratrum nomina recenſentur: *Petrus Baptiſta*, *Martinus*, *Franciſcus*, *Philippus*, *Gundiſalvus*, & *alius Franciſcus*, Cum nomina ipſorum ſint: *Rychardus*, *Franciſcus*, *Paſchalis*, *Laurentius*, *Petrus*, *Indus*. Habemus tertio locum in quo paſſi ſunt, nempe in Armalec, Richardumque ejus loci fuiſſe Epiſcopum. Et cum Martyrologium S. Franciſci Seraphici dicat eos paſſos in Japonia, veroſimillime Armalec una ex inſulis fuit Japoniæ, quemadmodum mox ſupra nominata *Saray* veroſimillime eſt hodierna inſula Sayrock Xymo una inter tres præcipuas Japoniæ inſulas in Oceano orientali.

Digitized by Google

quam tamen *Thartari* tranſierunt, & ego eciam bis, de qua in pſalmo *David*; poſuit deſertum &c. Qua pertranſita pervenimus in *Cambalec*, (a) ubi eſt ſumma Sedes Imperii Orientis, de cujus magnitudine incredibili, & populo, ordine militum ſileatur. Maximus autem *Kaam* viſis dextrariis, & donis Pape, & literis bullatis, & Regis eciam *Roberti* (b) cum auro, & nobis, gaviſus eſt gaudio magno, valde reputans bonum, ymo optimum omne, & ſumme nos honoravit. Ego autem ſolempniter indutus cum Cruce pulcherrima, que me precedebat cum luminaribus & incenſo cantando: *Credo in unum Deum*; intravimus coram illo *Kaam* in glorioſo pallacio reſidente, & cantu finito, largam dedi recipienti humiliter benediccionem. Et ſic miſſi fuimus ad Imperialem aulam, nobis honorabiliter preparatam, aſſignatis duobus principibus, qui nobis in omnibus neceſſitatibus habundantiſſime miniſtrabant in cibis & potibus, & uſque ad papirum pro laternis, (c) deputatis ſervitoribus & miniſtris de curia, & ſic per annos quaſi quatuor ſervierunt infinitis ſemper honoribus, veſtibus precioſis pro nobis & familiis extollendo. Et ſi bene omnia computarem, ultra valorem expendit quatuor millium marcarum pro nobis, eramus perſone triginta due. Fuerunt autem diſputationes facte contra *Judeos*, & alias ſectas multe & glorioſe, ſed & multus animarum fructus in illo Imperio factus eſt. Habent etiam fratres *Minores* in *Cambalec* Eccleſiam Cathedralem immediate juxta pallacium, & ſolempnem Archiepiſcopatum, & alias Eccleſias plures in civitate, & campanas, & omnes vivunt de menſa Imperatoris honorifice valde. (d) Videns autem Imperatoris

(a) *Cambalek* ſeu *Cambalu* hodie paſſim *Peking* ſeu *Pequin* metropolis Chinæ, de cujus amplitudine, divitiis, civium multitudine pleni Geographorum libri. Circuitu ſuo fertur capere viginti quatuor milliaria Germanica, plus ducentis millibus præſidiarios hic excubare milites, & hominum incolarum ſex milliones numerari. Aliis tamen *Cambalum* viſum eſt Katajæ caput ad fluvium Coramoranum in eodem Chinenſi imperio, quem errorem primus omnium detexit correxitque Kircherus. (b) Is Robertus fuit Rex Siciliæ & Dux Calabriæ de quo apud Meibomium T. I. p. 478. & 548. in hujus Ducatu fuit Piſinianenſis Epiſcopatus, quem poſtea aſſecutus Marignola. (c) Nempe Niloticam, quod infra explicat ipſe author cum papyrum hanc ex foliis cujusdam arboris conflatam aſſerit. Nam lintea ſeu linea, ſi tamen hac ætate jam exſtitit, vix orientalibus populis cognita fuit; adhibebatur autem papyrus item & cornu levigatum vitri loco, de quo videri poteſt Salmaſius ad Plinium. (d) De laboribus apoſtolicis Fratrum Minorum hac ætate in his regionibus videri poteſt Jo. Vitoduranus in Chronico ad An. 1344. apud Eccardum T. I. Martinus Minorita apud eundem Eccardum p. 1634. memorat, ad eundem Imperatorem Kaam Gamzim miſſos eſſe centum fratres Minores, *quos ipſe Dominus Papa omnes in Epiſcopos ordinavit, & inter eos unum Archiepiſcopum quemdam Magiſtrum Nicolaum Sacræ Theologiæ ad convertendam totam terram Tartarorum.*

Digitized by Google

tor ille, quod nullo modo volui remanere, conceſſit, quod cum ſuis annorum trium expenſis & donis redirem ad Papam, & cito ego, vel alius mitteretur Cardinalis ſolempnis cum plenitudine poteſtatis, & eſſet Epiſcopus, quia illum gradum ſumme venerantur omnes orientales, ſive ſint *Chriſtiani*, ſive non, & eſſet de ordine Minorum, quia illos ſolos cognoſcunt Sacerdotes, (e) & putant Papam ſemper talem, ſicut fuit ille *Jeronimus* (f) Papa, qui miſit eis legatum, quem Sanctum venerantur Thartari & Alani, fratrem *Johannem* de monte *Corvino* ordinis *Minorum*, de quo ſupra. Fuimus autem in *Cambalec* annis quaſi tribus, inde per *Manzi* (g) iter noſtrum direximus cum expenſis Imperatoris magnificis, & equis quaſi ducentis, & vidimus gloriam mundi in tot civitatibus, terris, villis & rebus, que nulla lingua poſſet reprimere ſufficienter. A feſto autem Sancti *Stephani* uſque ad *Dominicam olivarum* per mare *Indicum* pervenimus ad nobiliſſimam civitatem *Indie* nomine *Columbum*, (h) ubi naſcitur piper tocius orbis. Naſcitur autem in vitibus, que plantantur ad modum vinearum omnino, & facit vitis primo racemos, quaſi labruſcas viridis coloris, poſt facit quaſi racemos, & eſt intus vinum rubeum, quod manu mea pro ſalſa (i) expreſſi in ſcutella. Poſt maturantur, & exſiccantur in arbore, & areſcit pre nimio calore, & ſiccum excutitur parvo baculo, cadens ſuper linteamina, & recollitur.

Iſta oculis vidi, & manibus contrectavi menſibus quatuordecim, nec comburitur, ut menciuntur ſcriptores, nec naſcitur in deſertis, ſed in ortis.

(e) Martinus Minorita citato loco ſcribit: *Alios Religioſos Imperator noluit acceptare.* (f) Legendum *Innocentius*, nempe IV, qui ut ex ejus vita ſupra relata liquet, primus Joannem miſit ad Tartaros. (g) Poſtea de monte Seyllano loquens author regionem hanc explicat his verbis: *quæ olim maxima India vocabatur. Habet autem Manzi civitates & populos ſine numero &c.* (h) Exſtat hodie *Colombo* munita urbs cum caſtello in fertiliſſima inſula Ceyla, quæ Hollandorum eſt, & reſidentia Gubernatoris Holandici. At hanc urbem vix quidem intendit author noſter, quandoquidem, ut infra videbitur, paradiſum ex plurium veterum traditione atque opinione in inſula Ceylan reponit, eumque extra Indiam locat. Cum vero mox ſubdat iſthic piper creſcere, indeque in orbem univerſum diſtrahi, ſtatuenda urbs hæc erit non procul a provincia Malabaria Indiæ peninſula, cujus piper hodiedum omnium optimum reputatur. Infra ait hanc urbem ſitam eſſe in regno Indiæ *Nimbar* dicto, extraque Maabar ſeu Malabar, adeoque in regno Indoſtan. An fortaſſis urbs *Labor* ſit, judicium penes Lectorem eſto. (i) Id eſt *condimento*. Poema MS. apud Dufreſne in Gloſſario:

Salvia, Serpillum, piper, allia, ſal, petroſillum;
Ellis bona fit ſalſa.

Digitized by Google

tis, (*k*) nec Saraceni ſunt Domini, ſed Chriſtiani Sancti Thomæ, (*l*) qui habent ſtateram (*m*) ponderis tocius mundi, de qua pro meo officio tanquam legatus Pape habebam omni menſe fan (*n*) de auro talis monete centum, in fine mille. Ibi eſt Eccleſia Sancti *Georgii latinorum*, ubi manſi, & picturis egregiis decoravi, & docui ſacram legem. Tandem tranſiens gloriam maximi Alexandri, (*o*) qui erexit columpnam. (*p*) Ego in cono (*q*) mundi contra paradiſum (*r*) erexi lapidem in titulum, fundens oleum deſuper. Scilicet columpnam marmoream, deſuper crucem lapideam uſque ad finem mundi duraturam, quam præſentibus quaſi infinitis populis erexi, conſecravi, & benedixi, ſculptis armis Pape & noſtris, & literis tam *Indicis*, quam *Latinis*, principibus illis ſuper humeros portantibus me in lectulo, ſeu ferculo Salomonis. Inde valefaciens fratribus poſt annum, & quatuor menſes, multis patratis glorioſis operibus perre-

(*k*) Id eſt hortis. (*l*) *Chriſtiani S. Thmæ* illi vocantur in India, qui credunt ſe a S. Thoma Apoſtolo habere fidem & ritus Chriſtianos, nec ab Europæis deſcendere aut ab iis religionem accepiſſe. Ante quartum annum liberos ſuos non baptizant, utunturque ſacra Euchariſtia ſub utraque ſpecie. (*m*) Id eſt numorum ſeu pecuniarum reditus, ex græco ςατήρ. Sic apud Will. Malmesburienſem in vita S. Aldhelmi legitur Epiſc. c. 9. legitur: *Staterarum non egenus.* Infra enim dicit author Regem Indiarum S. Thomæ Apoſtolo donaſſe ſtateram piperis & omnium ſpecierum aromatum in æternum. (*n*) Ita in MS. fortaſſis legendum *fanones*, qua ſignificatione accipiebatur pro offertoriis panno aureo aut etiam lineis involutis ſic apud Hariulfum l. 3. c. 3. legitur: *fanones ad offerendum auro parati.* Et in vita S. Angilberti: apud Mabillon. Sec. IV. Bened. p. 116. *Fanones de pallio auro paratos decem.* (*o*) His verbis veroſimillime author indigitare voluit loca, in quibus Alexander Magnus inſignem illam a Poro Indiarum Rege victoriam conſecutus eſt. (*p*) Columna Alexandri una illarum ararum fuerit, quas Alexander iſthic erexiſſe legitur apud Q. Curtium Rufum l. 8. c. 11. *Rex locorum magis, quam hoſtium victor, tamen magnæ victoriæ ſacrificiis & cultu diis ſatis fecit. Aræ in petra locatæ ſunt Minervæ, Victoriæque.* Eaſdem aras jam Dionyſius v. 1162. *columnas* vocat, ſic enim ille: *Emodos montes adiit* (Alexander) *quorum ſub radice volvitur orientalis ingens unda Oceani. Ubi duabus columnis poſitis in finibus terræ exultans ad fluentum redit Iſmeni.* Situm contra hujus petræ his verbis deſcribit Curtius: *Radices ejus* (petræ) *Indus amnis ſubit, prealtus utrimque aſperis ripis: ab altera parte voragines eluvieſque præruptæ ſunt.* Niſi columnam hanc in aliqua urbium duarum ab Alexandro iſthic conditarum erectam dicamus, de quibus Curtius l. 9. c. 3. *Oppida quoque duo condidit, quorum alterum Nicæam adpellavit, alterum Bucephalon, equi, quem amiſerat memoriæ ac nomini dedicans urbem.* (*q*) Id eſt termino ſeu extremitate mundi, India enim paſſim pro extremo orbis habebatur. Sic Curtius ipſe in ſupplem. ad l. 10. dicit: *in extremo orbe Indorum.* (*r*) Id eſt inſulam *Ceylan*, in qua paradiſum fuiſſe paſſim Indorum fuit perſuaſio, & de quo infra plures recurrent aniles traditiones.

Digitized by Google

xi ad famoſiſſimam Reginam *Saba*; (s) a qua honorati poſt fructum ibidem animarum, ſunt enim ibi pauci *Chriſtiani*. Deinde perreximus per mare ad *Seyllanum* montem glorioſum, ex oppoſito paradiſi, & de *Seyllano* (t) uſque ad paradiſum, ut dicunt Incole ex tradicione patrum, ſunt milliaria ytalica quadraginta, ita quod, ut dicitur, auditur ſonitus aquarum fontis cadencium de paradiſo.

Capitulum de Paradiſo.

Eſt autem paradiſus locus in terra, circumvallatus mari Occeano in parte orientali ulta *Indiam Columbinam* (u) contra montem *Seyllanum* locus altiſſimus ſuper omnem terram, attingens, ut probat *Johannes Scotus*, globum lunarem, (x) ab omni altercacione remotus, locus omni ſuavitate ac claritate amenus, in cujus medio oritur fons de terra ſcaturiens & irrigat pro tempore paradiſum, & omnia ligna ejus. Sunt autem ibi plantata omnia ligna producencia fructus optimos mire pulcritudinis, ſuavitatis & odoris in cibum hominis. Fons autem ille derivatur de monte, & cadit in lacum, qui dicitur a Philoſophis *Enphirattes*, & intrat ſub alia aqua ſpiſſa, & poſt egreditur ex alia parte, & dividitur in quatuor

(s) Quam hanc *famoſiſſimam Reginam Saba* intellexerit author nullus ſcio: an Reginam Sabæ metropolis olim provinciæque in Arabia felici? an aliam? Cum inde ad montem Seyilanum paradiſo oppoſitum perrexerit, vix quidem de Arabia felici accipi poteſt, nam eo pacto profectionem vitioſiſſimam peregiſſet ex India in Arabiam, inde rurſus in Indiam. Stephanus in Lexico hiſtorico tres ſitus *Sabæ* regionis diverſos indigitat. Poſterius author noſter regionem hanc his verbis magis explicat: *Ubi oritur ſol modo nobis oppoſito, & in meridie tranſit umbra viri ad dextrum, ſicut hic ad ſiniſtrum, & occultatur ibi potus articus nobis gradibus ſex, & antarcticus totidem elevatur.* An fortaſſis author noſter ſecutus Joſephum, qui Reginæ Sabæ ſedem in inſula Meroe & ſuperiore Ethiopia reponit. Nam poſterius eam optimam inſulam mundi vocat. (t) Nullus dubito montem hunc *Seyllanum* haud alium eſſe, quam montem quendam excelſum prope inſulam Ceylan, ſeu *Zeylan* & *Seylan*, unde dictus mons *Ceylanus* ſeu *Seyllanus*, qui a loco paradiſi ſic exiſtimato quadraginta Italicis milliaribus diſtitit. Eſt autem Ceylan ſat ampla inſula, quæ ſuo circuitu trecenta ſexaginta milliaria æquat, hodieque in regnum *Caudea*, in provinciam *Wanni*, & *Hollandicum Ceylan* diſpeſcitur. (u) Hoc novo argumento eſt ſuperiorem urbem *Columbum* non poſſe intelligi de urbe Colombo hodie in inſula Ceylan ſuperſtite. (x) Hæc veterum quorumque Philoſophorum Geographiæ minus peritorum fuit perſuaſio, imo alii in ipſa ſphæra lunæ paradiſum repoſuere.

Digitized by Google

ſuor flumina, (*y*) quæ tranſeunt per *Seyllanum*, & hæc nomina eorum. Gyon qui circuit terram *Ethiope*, ubi ſunt modo homines nigri, que dicitur terra Presbiteri *Johannis*, & iſte putatur eſſe *Nylus*, qui deſcendit in *Egyptum*, per interruptionem factam in loco, qui dicitur *Abaſty*, (*z*) ubi ſunt *Chriſtiani* Sancti *Mathei* Apoſtoli, quibus *Soldanus* eſt tributarius propter iſtum fluvium, quia poſſunt claudere viam aque, & periret *Egiptus*. Secundus fluvius vocatur *Phiſon*, qui circuit omnem terram *Euilach* per Indiam, & deſcendere dicitur per *Cathay*, & ibi mutato nomine dicitur *Caromora*, (*a*) id eſt nigra aqua, quia ibi naſcitur bedellium, & lapis Onichinus, & puto, quod ſit major fluvius de mundo aque dulcis, quem ego tranſivi, (*b*) & habet in ripa ſua civitates maximas & optimas, & maxime ditiſſimas in auro, & in illo flumine in domibus ligneis vivunt, & morantur artifices optimi, & maxime ſerici, & pannorum aureorum in tanta multitudine, ut vidimus oculis noſtris, quod judicio meo excedunt totam *Ytaliam*, & habent in ripis habundanciam ſerici, plus quam totus alius mundus, & navigant cum tota domo, nihil mutando, cum familiis ſuis, hec vidi. Et tandem ultra *Caſſa* abſorbetur arenis, & poſt erumpit, & facit mare, quod dicitur *Bacuc* ultra *Chanam*. (*c*) Tercius fluvius vocatur *Tygris*, ipſe vadit contra *Aſſyrios*, & deſcendit prope *Nyneven* maximam, itinere dierum trium, ubi miſſus fuit *Jonas* ad predicandum, cujus ſepulcrum ibi eſt, & ego fui, & ſteti ibi quatuordecim diebus in opidis circumſtantibus factis de civitate deſtructa, ibi ſunt optimi fructus, & maxime malagranata mire dulcedinis & magnitudinis, & fructus omnes ſicut in *Ytalia*, & ibi ex oppoſito eſt civitas facta ex ruinis *Nyneve*, que vocatur *Monſol*. Ab iſto fluvio uſque ad quartum eſt longitudo terrarum, quarum iſta ſunt nomina: *Meſopotamia*, id eſt, terra in medio aquarum. *Aſſyria*, terra *Abrahe* & *Job*, & eſt ibi civitas *Abagari* Regis, que fuit pulcherrima & *Chriſtiana* olim, cui ſcripſit *Chriſtus* manu ſua, (*d*) & miſit epiſtolam ſuam, & nunc *Sarracenorum* eſt, ibi

 fui

(*y*) Scripturæ ſacræ locus eſt Geneſis c. 2. *Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita*, quæ vocantur *Phiſon*, *Gehon*, *Tygris & Euphrates*. Inde veteres varie ſitum paradiſi ariolati ſunt, variosque fluvios perinde explicarunt, quos in multis ejusmodi fabuloſis ſecutus Marignola noſter. (*z*) Abyſſinia. (*a*) Is idem fluvius eſt in Tartaria Kataya, penes quem urbis Cambalek ſitum nonnulli adſtruunt, de quo ſupra. (*b*) Nempe a Kaam Tartarorum rediens. (*c*) Admodum Geographiæ imperitum ſe hic oſtendit Marignola, ſed condonandum Viro huic, quandoquidem ſuo ævo Geographiæ diſciplina minime exculta fuit, ut hodie. (*d*) Hæc epiſtola pridem inter apocryphas ab eruditis rejecta eſt.

Digitized by Google

fui quatuor diebus in magno timore. Ultimo, pervenimus ad quartum fluvium nomine *Eufrates*, qui dividit *Syriam*, *Aſſyriam*, *Meſopotamiam* a terra ſancta, quo tranſito fuimus in terra ſancta, ubi maxime ſunt civitates, maxime *Alep*, ubi ſunt multi *Chriſtiani* induti more *latino*, & locuntur linguam quaſi *Gallicam*, ſcilicet quaſi de *Cipro*. Inde venitur *Damaſcum* ad montem *Libani* in *Galileam*, in *Samariam*, *Nazareth*, *Iheruſalem*, ad ſepulchrum Domini *JESU Chriſti*.

De Arboribus Paradiſi.

IN medio eciam Paradiſi duas arbores ſapiencia Divina plantavit, unam ad exercicium, aliam ad Sacramentum, nam de ligno vite commediſſet homo pro Sacramento & in reſtauracionem, ita quod commedendo potuiſſet non mori, & graciam meruiſſet. In alia obedienciam exercuiſſet non tangendo, & meruiſſet vitam eternam, unde fuiſſet translatus ad gloriam perpetuam fine morte. Ad iſtum locum delicioſum, glorioſum & beatum transtulit Deus *Adam* miniſterio Angelorum. Creatus autem fuit *Adam* in etate perfecta, ſicut eſt homo triginta annorum, omni ſciencia & decore, virtuteque omnimodo plenus, in tali ſtatu, quod nunquam fuiſſet mortuus, nec infirmus, ſi non peccaſſet, & ſine libidine, ut dicit *Auguſtinus* perfectos filios procreaſſet, & potuit non mori, & tandem fuiſſet in celum translatus. Fuit autem omni ſapiencia plenus, ideo omnia animalia & creata Deus adduxit coram eo, ut videret, quid vocaret ea, & omne, quod vocavit *Adam* animæ viventis, hoc eſt nomen ejus in lingua ſua, & poſuit eum in paradiſo, ut operaretur manibus pro delectacione & exercicio, & cuſtodiret locum ab ingreſſu omnium animalium, quod ſi feciſſet, & non permiſiſſet intrare ſerpentem inſtinctu diaboli, forte non fuiſſet *Eva* ſeducta, diabolo enim utente lingua ipſius tanquam inſtrumento ſeducta eſt mulier. Comediſſet eciam de omnibus fructibus paradiſi, namque ibi ſunt, ut dicit *Panteon*, (*e*) patet per fructus, & folia, que aliquando erumpunt, de fluminibus illis in medicinam, & odoris ſuavitatem. Nec mirum, quia in vicinis provinciis *Indie* arbores quedam fructus mirabiles, ſicut vidi, proferunt omni menſe. In predicta felicitate poſito homine, miſit Deus ſoporem in eum, & de coſta ipſius dormientis formavit *Evam*, & vocavit nomen amborum *Adam* per alias literas, ſeu hebraicas ſcriptam, quoniam quando ſignificat virum

(*e*) Id eſt Godefridus Viterbienſis ſæculi XII. ſcriptor in ſuo Chronico univerſali *Pantheon* dicto.

rum, ſicut apud nos dicitur hic & hec homo, & aliter hic vir. Et poſt extaſim ſompni adduxit eam ad *Adam*, dicens, noſti iſtam, qui reſpondit: quamobrem relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit uxori. Non dixit uxoribus, quia erunt duo non plures in carne una. Deus vocavit nomen eorum *Adam* alio modo, quam virum. *Adam* tamen vocavit *Evam* virago, eo quod de viro ſumpta eſt. Et dedit Deus eis preceptum comedendi, & generandi, & dominandi omnibus creaturis in terra.

De transgreſſione primorum parentum inducciones ſerpentis.

SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terre, id eſt creatus magis propter exercicium prudencie ad hominis utilitatem, quam propter aliam neceſſitatem. Unde dicitur in evangelio, *eſtote prudentes, ſicut ſerpentes* &c. non quod haberet loquelam naturalem, vel uſum racionis, tamen fuit permiſſum dyabolo, uti tanquam miniſtro, & non alio, aliter nobilius, ut ex ſui utilitate cicius movere poſſet animam *Eve*; qui dixit *Eve*, quam invenit ſolam vagabundam, cur precepit vobis Deus, quod non manducaretis de omni ligno? *Eva* reſpondit, nos comedimus de omnibus fructibus paradiſi, ſed de illo ſciencie boni & mali precepit, ne comederemus, neque tangeremus, ne forte moriamur. Nota, quod jam *Adam* in parte erat transgreſſor, quia vagabatur ſolus ex nimiis deliciis per paradiſum, *Eva* eciam ſola vagabunda. Item argumentum, quod jam comederant. Item quod preceptum affirmatum Dei revocavit in dubium, ne forte, inquit. Tunc dyabolus fecit de dubio in fide infidelem: nequaquam, inquit. Fecit eciam invidum Deum, quaſi nollet eis communicare Deitatem, ſeu ſcienciam boni & mali. Mulier ergo facta infidelis, videns lignum pulchrum optimi odoris, & per conſequens eſtimans delectabiliſſimi ſaporis, appetens nihilominus equalitatem Dei, oblita Dei comedit. Videnſque ſe non mori, invento viro obtulit fructum mortiferum viro, ſeu *Adam*, qui non comediſſet, ſed quia vidit *Evam* triſtari, & timens ex triſticia illius carere delectacione, & gravacione prolis, & videns eam non mori, comedit, & tunc ſtatim aperti ſunt oculi amborum, & ſciverunt bonum perditum, & ſe malum incurriſſe, quod eſt prima mors. Et ſtatim membra pudenda, que ſine libidine fuiſſent mota, ſicut modo manus vel oculus, quando opus fuiſſet ad actum generandi, facta ſunt in eis motu turpiſſimo rebellia

Digitized by Google

cum tanto puritu, quod ſe ipſos horrentes fugerunt ab invicem, & abſconderunt ſe. Serpens eciam, qui prius, ut dicunt quidam, vultu placido apparebat, & omnia alia animalia facta ſunt homini inobediencia, que prius obediſſent ad nutum. Acceperunt autem folia ficus, ſeu *muſarum*, & fecerunt ſibi perizomata, foliis pudibunda velantes. Tunc poſt meridiem hora ſcilicet veſpertina auditus eſt ſonitus foliorum in paradiſo, & Deus in ſubjecta creatura clamat, *Adam* ubi es, bene tamen ſciens ubi eſſet, ſed ſicut ex paſſione loquitur homo incarcerato, ubi es miſer! Et ait *Adam*, abſcondi me, quia nudus ſum, tunc dixit Deus, niſi fuiſſes inobediens, neſcires te eſſe nudum, qui culpam retorſit in Deum, dicens, mulier, quam dediſti mihi, fecit hec fieri, mulier culpat Deum allegando ſerpentis aſtuciam. Tunc Deus dedit ſentenciam poſt confeſſionem culpe, primo contra ſerpentem, quod gradiatur ſuper pectus reptando per terram, licet ego viderim in partibus illis multos & maximos euntes medio corpore erecto omnino, quaſi mulieres euntes per viam conſpectu & oculis gratis, ſed non continue. Secunda penitencia, quod comedat terram. Tercia, quod inſidietur calcaneo mulieris nocendo, & ipſa conterat caput ejus calcando, veſtigium enim mulieris occidit ſerpentem in profunda fovea latitantem, quod maxime completum eſt in Virgineglorioſa. Nec petivit Deus a ſerpente confeſſionem, quia non dabatur ſibi locus venie, ſicut homini penitenti. *Eve* autem dedit Deus primo viri prelacionem, dolorem in conceptu & partu, & fetorem & laborem in prolis nutricione, primo enim generaſſet filios perfectos ſine defectu. *Ade* autem non maledixit Deus, ut dicit *Pantheon*, quia primo benedixit, ſed ait, maledicta terra in opere tuo, cum operatus fueris eam, non dabit fructus ſuos, ſed ſpinas & tribulos germinabit tibi, & in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Primo enim nec terra fuiſſet infructuoſa, nec cum tribulis inutilibus, nec cum ſpinis. Fecit autem eis tunicas pelliceas, nos communiter dicimus pelliceas, melius tamen dicitur *filiceas*, quia de quadam materia, que filorum eſt, que naſcitur inter ſurculos nargillorum ad modum rethis, ſicut portavi, & dimiſi *Florencie*. Et prohibuit Deus eſum ligni vite. Videte, inquit, Angelis, ne ſumant de ligno vite, & vivant in eternum, & ſtatim Angelus cepit *Adam* per brachium, & poſuit eum ultra lacum in montem *Seyllanum*, ubi fui quatuor menſibus, & in caſu poſuit *Adam* pedem dextrum ſuper lapidem, qui adhuc eſt, & ſtatim miraculo Divino forma plante pedis ejus infixa eſt in marmore, & uſque hodie perſeverat, & eſt magnitudo, ſeu longitudo duorum noſtrorum palmorum & dimi-

mi-

Digitized by Google

midii plus, ſeu, quam media ulna de *Praga*, quam non ego ſolus menſuravi, ſed alius peregrinus *Sarracenus Hiſpanus*, quia vadunt multi ad peregrinacionem *Ade*. In alio autem monte ad quatuor quaſi parvas dietas expoſita eciam fuit per Angelum *Eva*. Et ut hiſtorie illarum gencium narrant, nec ſacre ſcripture contradicunt, fuerunt ab invicem ſeparati diebus quadraginta in luctu, poſt quos Angelus duxit *Evam* ad *Adam* quodammodo deſperantem, & conſolatus eſt eos.

De monte Seyllano hyſtoria.

VErum, quia materia requirit, & credo delectabile, & aliquibus proficuum, yſtoriam de *Seyllano* duximus preſentibus inſerendam, dummodo placeat *Ceſaree Maieſtati*, ſi vero non placeat, obelus cicius emendabit. Et primo videndum eſt, quomodo pervenimus ad eum, & qualiter, ſecundo de eius condicionibus. Primo namque cum nos dimiſſi a *Kaam* Summo Imperatore cum donis maximis & expenſis tranſire per *Indiam* temptaremus, alia via per terram clauſa propter guerras, & nullomodo pateret tranſitus, preceptum fuit *Kaami*, quod veniremus per *Mauzi*, que olim maxima *India* vocabatur. Habet autem *Mauzi* civitates & populos ſine numero, & nobis incredibilia ſunt, niſi vidiſſem copiam omnium rerum, fructuum, quos nunquam gignit terra *latina*, & civitates maximas triginta millia, exceptis villis, & oppidis infinitis. Et inter illas eſt civitas famoſiſſima nomine *Campſay* (*f*) mirabilior, pulchrior, dicior, & maior cum maiori populo, & pluribus diviciis, & deliciis, edificiis, & maxime ydolorum templis, ubi ſunt. M. & duo millia religioſi ſimul habitantes, quam aliqua civitas, que ſit in mundo, vel forte fuerit unquam. Ubi ſcribunt ſcribentes eſſe decem millia poncium nobilium de lapide cum ſculpturis & ymaginibus principum armatorum, incredibile eſt non videnti, & tamen forte non menciuntur. Eſt eciam *Zayton* (*g*) portus maris mirabilis, civitas nobis incredibilis, ubi fratres Minores habent tres Eccleſias pulcherrimas, optimas & ditiſſimas, balneum fundatum, omnium mercatorum depoſitorium, habent eciam campanas optimas & pulcherrimas, quarum duas ego feci fieri cum magna ſolempni-

(*f*) Hodie *Cambaya* paſſim audit urbs præcipua Guzurate Regni, propter amplitudinem ſuam, civium divitias, ſplendoremque nomen plerumque fert *Indicæ Cairo*. Permeat regnum hoc Indus fluvius, ac proinde recte antea a Marignola iſthic Alexandri M. columna locata, quemadmodum & altera his locorum viciniis ab ipſo Marignola. (*g*) Quæ hæc urbs & portus maris Zayton ſit, obſcurum. Poſterius eam in ea Indiæ parte, quæ Mauzi dicitur collocat, quamque inter tria Indiæ regna pro primo habet.

Digitized by Google

nitate, quarum unam, videlicet maiorem *Johanninam*, aliam *Antoninam* decrevimus nominandas, & in medio *Sarracenorum* ſitas. Receſſimus autem de *Zayton* in feſto Sancti *Stephani*, & in quarta feria majoris ebdomade pervenimus ad *Columbum*. Deinde volentes navigare ad Sanctum *Thomam Apoſtolum* (*h*) & inde ad terram ſanctam, aſcendentes Junkos, (*i*) de inferiori *India*, que *Nimbar* (*k*) vocatur in vigilia Sancti *Georgii* tot procellis ferebamur, quod ſexaginta vicibus vel amplius fuimus quaſi demerſi ſub aqua uſque ad profundum maris, (*l*) & ſolo divino miraculo evadentes tot mirabilia vidimus, ſeu ardere mare, dracones ignivomos volantes, & occidentes aliorum Junkorum perſonas in ſuo tranſitu, noſtro Divina ope manente illeſo, virtute *Corporis Chriſti*, quod portabam, & meritis *Virginis glorioſe* & Sancte *Clare*. Et quia omnes *Chriſtianos* induxeram ad lamentum, & penitenciam, ipſaque procella durante dedimus vela ventis, nos Divino regimini committentes, de ſolis animabus curantes, Divina autem clemencia nos ducente, die invencionis ſancte *Crucis* invenimus nos perductos ad portum *Seyllani* nomine pervilis, ex oppoſito paradiſi, in quo dominabatur contra verum Regem Tyrannus quidam nomine *Coya Jaan* caſtratus, peſſimus *Sarracenus*, qui pro magna parte occupaverat regnum, propter infinitos theſauros, quos habebat, qui tamen prima facie nos honoravit ficte, poſtmodum curialiter nomine mutui accepit nobis LX. M. marcarum in auro, in argento, ſerico, pannis aureis, lapidibus precioſis, perlis, camphora, muſto, mirra, & aromatibus ex dono maximo *Kaam*, & aliorum Principum, & Xenia miſſa Pape, & fuimus curialiter capti quatuor menſibus.

In iſto altiſſimo monte forte poſt paradiſum alciore, qui ſit in terra, putant quidam eſſe paradiſum, & male, quia nomen contradicit, voca-

(*h*) Nempe ad montem S. Thomæ a Madras milliari diſſitum in litoribus Coromandelæ, ad quem etiam hodie multæ peregrinationes fiunt a vicinis Chriſtianis. Mons biceps eſt, in quorum altiſſimo ſpecus eſt, quam S. Thomas Apoſtolus incoluiſſe traditur. Tres eum ornant Eccleſiæ Luſitanæ, ſuſtinetque hic etiamnum Luſitanorum Archi-Epiſcopum Imperator Mogolienſis. Plura de hoc loco poſterius Marignola. (*i*) Vocem hanc in nullo Gloſſariorum medii ævi, quæ præ manibus ſunt, reperio. Veroſimillime navigia e juncis texta intelliguntur, quorum uſum Indis eſſe plures affirmant. De ejuſmodi navigiis Plinius Natur. l. 7. c. 56. *Piratæ tam in oceani litoribus, quam paludibus vimineis ſcaphis utuntur, que myoparones appellantur.* Et rurſum: *Etiam nunc in Britannico Oceano vitiles corio circumſutæ* (naves) *fiunt, in Nilo ex papyro & ſcirpo & arundine.* (*k*) Poſterius inter tria Indiæ Regna huic Nimbar ſecundum locum concedit. (*l*) Nimia hyperbole in his & ſequentibus uſus Marignola.

Digitized by Google

catur enim ab incolis *Zindanbaba*, *baba* id eſt *pater*, & *mama*, id eſt mater, in omni ydiomate mundi, & *Zindan* idem eſt, quod infernus, ideo *Zindanbaba* idem eſt, quod infernus patris, quia ibi de paradiſo expulſus, poſitus fuit pater quaſi in inferno. In iſto eciam altiſſimo monte eſt acumen ſupereminens, quod raro videri poteſt propter nebulam. Deus autem miſertus lacrimis noſtris, quodam mane in aurora fecit ipſum luminoſum, & vidimus flammam clariſſimam illuſtrantem ipſum. In deſcenſu collis ejusdem montis eſt planicies altiſſima pulcra, in qua ſunt per ordinem, primo forma pedis *Ade*. Secundo: Statua quedam ſedens, ſiniſtra manu ſuper genu quieſcente, dextra levata, extenſa contra occidentem. Item domus ejus, quam fecit manibus ſuis quaſi permodum ſepulcri quadrangula oblonga hoſtio in medio de maximis lapidibus marmoreis tabulis non muratis, ſed ſuppoſitis. *Dicunt incole*, maxime religioſi, qui ſtant ad pedes montis ſine fide ſanctiſſime vite, quod illuc nunquam aſcendit diluvium, ideo eſt permanens domus illa, ſompniantes contra ſacram ſcripturam, & dicta Sanctorum; ipſi tamen habent pro ſe argumenta apparencia valde, & dicunt ſe non deſcendiſſe de *Caym*, nec de *Seth*, ſed de aliis filiis *Ade*, qui genuit filios alios, & filias, quia tamen eſt contra ſacram ſcripturam, pertranſeo. Nunquam tamen comedunt carnes, quia *Adam* nec alii comederunt carnes uſque poſt diluvium. Nudi vadunt a lumbis & ſurſum, & pro certo ſunt boni moris. Habent domus de foliis palmarum, que cum digito frangerentur, & diſperſas per ſilvas, plenas diviciis, (*m*) & tamen ſecuriſſime habitant a furibus, niſi ſint aliunde, & inopes vagabundi. In eodem monte verſus paradiſum eſt fons maximus bene decem miliarium *ytalicorum* aquis optimis perſpicuus, quem dicunt derivari de fonte paradiſi, & ibi erumpere, quod probant, quia aliquando erumpunt de fundo quedam folia ignota, & in magna copia, & lignum aloes, & lapides precioſi, ſicut *Carbunculus* & *Saphirus*, & poma quedam ad ſanitatem. Dicunt eciam lapillos illos cauſatos de lacrimis *Ade*, quod falſum omnino videtur. De multis aliis pertranſeundum puto ad preſens.

De orto Ade & fructibus ipſius.

SUnt enim in orto illo *Ade* de *Seyllano* primo *muſe*, (*n*) quas incole ficus vocant. Muſa autem magis videtur planta ortenſis, quam arbor. Eſt

(*m*) Lege: *diſperſi per ſilvas*, *pleni diviciis*.

(*n*) Botannici explicant pro palma humili.

Digitized by Google

enim groſſa arbor, ſicut quercus, & tante teneritudinis, quod fortis homo poſſet eam digito perforare, & exit de ea aqua continue, folia iſtius *muſe* ſunt pulcherrima, longa, & lata valde, viriditatis ſmaragdine, ita quod de foliis illis faciunt tobalias (*o*) in uno prandio tantum; Quando eciam primo naſcuntur pueri, poſt lotionem conditos ſale, & aloes & roſis involvunt eos ſine faſcia in foliis iſtis, & in arenam ponunt, folia illa ſunt longitudinis ſecundum magis & minus bene decem ulnarum, & ſimilitudinem neſcimus ponere, niſi emile campanę. Fructum producit tantum in ſummitate, & in uno baculo faciunt bene trecentos fructus, & prius non valent ad comedendum, poſt applicantur in domo, & ſunt optimi odoris, & melioris ſaporis, & ſunt longi admodum longorum digitorum manus, & per ſe ſtando maturantur. Et iſtud vidimus oculis noſtris, quod ubicunque inciditur per tranſverſum, in utraque parte inciſure videtur ymago hominis crucifixi, quaſi ſi homo cum acu ſculpſiſſet, & de iſtis foliis ficus *Adam* & *Eva* fecerunt ſibi perizomata ad cooperiendum turpitudinem ſuam. Sunt ibi & alie arbores multe, & fructus mirabiles, quos nunquam vidimus hic, ſcilicet *nargillus*. Eſt autem nargillus nux Indica, arbor ejus eſt in cortice delicatiſſima, folia habet pulcherrima, quaſi palma, de quibus fiunt ſporte, ſextaria, cooperiunt domos de ligno, ſcilicet haſtas (*p*) & trabes, de callo ſive ſcorcia (*q*) faciunt funes, de teſta cuppas, & vaſa. Item contra venenum fiunt de ipſis coclearea, in teſta eſt carnoſitas duorum digitorum optima ad comedendum, quaſi amigdala, comburitur eciam, & ſic fit inde oleum optimum, & Zukara. Intus eſt liquor, ad modum lactis bullit, & fit vinum optimum. (*r*) Eſt ibi alia arbor, que vocatur Amburanus optimi odoris, & ſaporis quaſi ad modum perſiçi. Eſt & alia arbor mirabilis nomine *Ciakebarube* ingens, quaſi quercus in groſſo, non in ramis, producit fructos mirabiles ad magnitudinem unius groſſi agnelli, vel pueri trium annorum, cortex ejus dura, ut pini apud nos, inciditur ſecuri, habet intus carnoſitatem plenam omnis ſaporis, ſuavitate quaſi mellis, & optimi peponis *ytalici*, & bene quingentas caſtaneas continet ejuſdem ſaporis, quando ſunt cocte, bene comeſtibiles, fructus alios non recordor me vidiſſe, nec pira, nec poma, nec ficus, nec vites, niſi que faciunt tantum folia, non racemos. Niſi quod in Eccleſia Sancti *Thome* Apoſtoli pulcherrima, ubi ipſe fuit Epi-

(*o*) Id eſt: mappas. (*p*) Lege: *hoſtia* id eſt oſtia ſeu poſtes. (*q*) id eſt cortice.
(*r*) Quin author hic per nargillum intelligat arborem Cacao, cujus fructus, ut authores ſcribunt, odorem nargillorum ſpirant, vix dubitare licet; Ex ea enim cibum, potum, & veſtimenta præberi paſſim authores ſcribunt. Eſt autem ſpecies palmæ.

Digitized by Google

Epiſcopus, eſt vinea parva, faciens parum vini, quam vidi; dicitur autem; quando ivit, portavit ſecum parum vini pro miſſis, ſicut ego feci annis quaſi duobus, quo deficiente ivit ad paradiſum, miniſterio angelico introductus, portavit ſecum de uvis illis, & grana ſeminavit, & crevit vinea, & fecit ſibi vinum, & ego vidi eam ibi; alibi tamen ſunt vites, uvas tamen non faciunt, (*s*) ut probavi; ſimiliter pepones, & cucurbitas, nullam herbam, vel olera commeſtibilia vidi, niſi ſilvas de baſilico. Iſta ſunt in orto Ade. Sed de qua arbore fructum comederit, ignoratur, tamen per coniecturam haberi poteſt, quia de *Cedro*, nam ſcribitur, ipſe lignum tunc notavit, dampna ligni ut ſolveret.

Fuerunt itaque in ligno crucis, palma, oliva, cipreſſus, & cedrus, qui ſolus dicitur eſſe fructus delectabilis ad manducandum, ut tale videtur lignum crucis apud Dominum noſtrum *Karolum* Imperatorem in ſua cruce, quamvis illi dicant de muſa, que dicitur ficus, & repreſentat ymaginem crucifixi, hoc ſine prejudicio & aſſercione. De predicto autem fructu dicit quedam gloſa hebraica ſuper illud proverbium *Ezechielis. Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiornm obſtupuerunt;* ubi enim noſtra litera habet patres, hebraica veritas habet *Adam*, ſcriptum aliis & aliis figuris. Nam *Adam* uno modo apud eos ſcribitur, quando ſignificat parentes, ſeu virum & uxorem juxta illud Geneſis; vocavit nomen eorum *Adam* in numero plurali. Aliis literis ſcribitur, quando ſignificat tantum virum, ſicut in noſtra lingua dicitur *hic* & *hec homo*, & alio modo dicitur, *hic vir*. Sed non habemus diſtinctos apices, & ſonantes per ſe, ſicut *hebrei*. Nam *Sem* ſcribitur aliquando per *Zade*, alio modo per *Samech*, & ita *Abram*, aliquando per *Aleph*, aliquando per *he*, & vario ſignificat modo; *Adam* comederunt uvam acerbam. Sed non conſonat hec gloſa noſtris doctoribus, quia in cruce non fuit lignum vitis. Idem de ficu, de quo tenent filii *Ade* de *Seyllano*, nec de muſis propter eandem cauſam, non obſtante, quod fecerunt perizomata de foliis illis propter magnitudinem foliorum. De olivis nullus dicit, nec de dactillis, quamvis ſint delectabiles. Fuit tamen palma in cruce, ſicut bene apparet in ligno Imperialium Reliquiarum aperte meo judicio. Si enim vera eſſet relacio. *Viterpienſis in Pantheon*, tunc non eſſet queſtio, di-

(*s*) Mira videri debent, quæ author iſthic ſcribit, cum Curtius l. 8. c. 9. ſcribat: de Indiis: *Feminæ epulas parant. Ab iisdem vinum miniſtratur, cujus omnibus Indis largus eſt uſus.* Niſi a tempore invectæ ſectæ Mahometi vinearum colendarum ſtudium periiſſe dicamus.

Digitized by Google

dicit enim, quod quando *Adam* fuit infirmus, miſit *Seth* filium ſuum ad paradiſum, petendo oleum miſericordie repromiſſum. Angelus cuſtos paradiſi dixit, nondum eſt tempus, tamen accipe tres iſtos ramos, ſeu olive, cedri, & cypreſſi, & planta, quando facient oleum, tunc pater tuus ſurget ſanus. Venit *Seth*, & invenit Patrem mortuum in *Ebron*, & contorſit tres ramos iſtos, & plantavit ſuper corpus *Ade*, & ſtatim facti ſunt unum. Tandem arbor illa creſcens transplantata fuit, primo in monte *Libani*, poſtmodum prope *Jeruſalem*, & eſt ibi hodie monaſterium Grecorum, ubi fuit inciſum illud lignum, & eſt ſub altari foſſa illa, & vocatur monaſterium ex eventu *Mater crucis* in hebraico, & illud lignum fuit revelatum *Salomoni* per Reginam *Saba*, quod *Salomon* ſepeliri fecit ſub profundiſſima turri, & facto terre motu in nativitate *Chriſti* erupit ſciſſo fundamento turris, & illius virtute facta fuit probatica piſcina.

De amictu Parentum.

FEcit autem Dominus *Ade*, & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos. Sed queritur, de quibus pellibus, vel de novo creavit, quod non ſapit: vel animal occidit, quod non placet: quia nondum erant multiplicata per generationem, & duo & duo tantum in principio creata fuiſſe creduntur, ideo videtur ſine aſſercione dicendum, quod non pelliceas tunicas eſt legendum, ſed *filiceas*. Nam inter folia *nargillorum*, de quibus ſupra dictum eſt, naſcuntur fila ad modum tele, ſtaminis quaſi groſſi, & rari ſicci, de quibus eciam hodie fiunt apud illos & apud Judeos veſtes pro pluvia ruſticorum, qui vocantur camalli, portantes ſeu onera, & eciam homines & mulieres portant ſuper ſcapulas in lecticis, de quibus in canticis; ferculum fecit ſibi *Salomon* de lignis *Lybani*, id eſt lectulum portatilem, ſicut portabar ego in *Zayton*, & in India. Unam talem veſtem de filis illis camallorum, non camelorum, portavi ego uſque *Florenciam*, & dimiſi in ſacriſtia Minorum ſimilem veſti *Johannis baptiſte*. Nam pili camelorum ſunt delicacior lana, que ſit in mundo poſt ſericum. Fui enim aliquando cum infinitis camelis & pullis camelorum in deſerto vaſtiſſimo deſcendendo de *Babilon* confuſionis verſus *Egiptum* per viam *Damaſci* cum *Arabibus* infinitis. Nec in *Seyllano* ſunt cameli, ſed elephantes innumeri, qui licet ſint ferociſſimi, raro tamen nocent homini peregrino. Ego equitavi ſuper unum Regine *Sabe*, qui videbatur habere uſum racionis, ſi non eſſet contra fidem.

De

Digitized by Google

De victu Parentum.

Vixerunt autem in *Seyllano* primi parentes de fructibus iſtis, & bibebant lac animalium, non carnes ante diluvium, ſicut nec adhuc comedunt homines, qui ſe dicunt filios *Ade*, comederunt. Fuit autem poſitus *Adam* in monte *Seyllano*, & incepit, ibi edificare domum, ut dictum eſt ſupra, de tabulis maximis marmoreis &c. Ibi habitant homines religioſi, & mundiſſimi, ymo tante mundicie, quod nullus habitaret in domo, ubi ſpuiſſet aliquis, ymo quamvis raro ſpuant, tamen vadunt longe tam pro ſputo, quam pro alia materia. Comedunt tantum ſemel in die, nunquam bis, nullum potum preter lac & aquam bibunt, orant mundiſſime, ſcribunt primo in arena digito, & ſic docent formare literas pueros, poſtmodum ſtilo ferreo in foliis papiri, ſcilicet arboris cujusdam. In clauſtro ſunt due arbores diſſimiles in foliis ab omni alia, ſunt circumdate coronis aureis & gemmis, & luminaria ſunt ante eas, & illas colunt. Et adorant, ut dicunt, & fingunt ſe ex traditione *Ade* ritum talem ſuſcepiſſe, quia ex ligno dicunt *Adam* futuram ſperaſſe ſalutem, & conſonat illi verſui *David: dicite in gentibus, quia Dominus regnabit in ligno*, quamvis ſecundum hebraicam veritatem melius dicatur, *curabit a ligno*. Iſti eciam nunquam in craſtinum ſervant aliquid in domo ſua, in arena jacent, nudipedes incedunt, baculos in manu geſtant; tunicam quaſi fratrum Minorum ſine capucio, & mantello ad modum *Apoſtolorum* plicato ſuper humerum ſunt contenti. Vadunt omni mane proceſſionaliter pro prandio mendicando. riſum (*t*) occurrunt eis Principes cum maxima devocione, vel alii, & dant ad menſuram, & numerum perſonarum, fixum in aqua comedunt cum lacte nargillorum & muſis. Hec vidi oculis meis, & fecerunt mihi feſtum, quaſi eſſem de ordine eorum.

De generatione & multiplicacione generis.

Opinio autem illorum eſt, quod *Adam* ibi genuit primo *Caym*, & ſororem ejus anno quinto decimo, ipſe enim quamvis fuerit creatus annorum quaſi triginta, expectaſſe tamen creditur annum pubertatis. Item poſt alios quindecim genuit *Abel*, & alios filios infinitos, quia, ut dicit beatus *Auguſtinus* Lib. de civitate Dei, preceptum habuit: *creſcite & multiplicamini*, ita quod non vacabant ab actu generandi, quia na-

(*t*) Vox italo-latina, id eſt: *oryzam*.

natura erat in ſuo vigore, ſemen nec indigeſtum, nec violentatum, nec mulieres ſteriles ex nimio cibo vel potu, nec carnes comedebant, nec vinum bibebant, que impedirent actum concipiendi, ideo videtur beato *Auguſtino*, quod cito multiplicatum fuit genus humanum, ita quod *Caym* potuit condere non parvam, ſed maximam civitatem. Quod autem ſcribitur, vixit ſexaginta annis, & genuit talem, non eſt credendum, quod tantum expectaſſent, nec quod illi fuerint primogeniti, ſed quod illi fuerunt inſignes Princeps, vel Sacerdotes, quorum opera fuerunt maxima vel neceſſaria ad texendas genealogias patrum, ideo illi nominantur ceteris pretermiſſis. Factus autem *Caym* avarus agricola, ut de viſceribus terre traheret ſeminaria. *Abel* innocens contentus erat vivere de frugibus, ac de modico lacte, unde nutrivit oves, que ſibi lac miniſtrabant, nullus temen carnes comedit ante diluvium.

De oblacionibus Abel & Caym.

POſtquam *Caym* & *Abel* perveniſſent ad etatem adultam, *Adam* pater eorum volens utrumque ſuis deſcendentibus principari, monita ſalutis dedit eis, docens, quomodo & ipſi poſteros ſuos informarent. Primo tamen docuit eos, quomodo ſigno ſenſibili Deum colerent, & oracionibus inſiſterent, & de bonis eis a Deo collatis ſacrificia exhiberent. Qui juſſu patris erectis ſingulis altaribus munera locaverunt in eis. *Caym* ſpicas corroſas & putridas, vel inutiles. *Abel* vero optima primogenita gregis ſui. Reſpexit autem Deus ad *Abel* orantem juxta altare, & ad munera ejus, & inflammavit, id eſt, miſit flammam de celo. Ad *Caym* non reſpexit, qui videns ſe confuſum, facie triſtis, animo proſtratus, ſtatim fratrem occidere cogitavit. Cui Deus dixit, quare malum concipis in corde tuo, tu bene obtuliſti, quia Deo, male autem diviſiſti, quia Deo peſſima obtuliſti, ideo non turberis in fratrem, ſed ſis Dominus animi tui, quieſce; ille quaſi fratri oſtendens pacem, tandem proditorie occidit eum fuſte. Tunc terra tremuit, ſciſſuram fecit, & ſanguinem ejus bibit. Et iſte clamor ſanguinis *Abel* contra *Caym*. Tunc Deus dixit *Caym*, ubi eſt *Abel* frater tuus, cui ille: neſcio Domine, nunquid cuſtos fratris mei ſum ego; dixit autem Deus; Ecce vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, ideo tu maledictus eris ſuper terram, vagus & profugus; tunc miſer deſperans de miſericordia Dei; maior, inquit, eſt iniquitas mea, quam miſericordia tua. Ecce eicis me a facie tua, & ero occiſus ſtatim. Non, inquit, Deus, eris occiſus, ſed

Digitized by Google

ſed portas primo penam in ſeptuplum. Tunc poſuit ſignum in *Caym*, quo viſo omnia animalia terrebantur, quid fuerit illud ſignum, ſcriptura non loquitur. Sed dicitur, quod facies ſua fuit exterminata & transformata tam horride, quod terrebat ipſe aſpectu omnem mundanam creaturam cum capitis agitacione continua. Fuit ergo excommunicatus, ſequeſtratus, hominum ſocietate privatus, omnibus odioſus, tandem occiſus in ſeptima generacione, & ſeptima pena. Edificavit tamen civitatem non nomine ſuo, quia maledictus erat, ſed nomine filii ſui *Enos*, qui interpretatur dedicacio. Utrum autem ante occiſionem *Abel*, vel poſtea, incertum eſt, potuit enim in centum annis multiplicari tam per *Adam*, qui genuit filios & filias, & alios, qui carni vacabant & ſanguini, ut dicit *Auguſtinus*. Invenit autem in civitate illa pondera & menſuras, & omnia ſimilia. Invenerunt autem & ejus deſcendentes artes mechanicas. Si autem poſt occiſionem *Abel* edificavit civitatem, non videtur contradicere ſacre ſcripture, niſi quia oportet dicere, quod non ſtabat, ſed ſemper fuit vagus & profugus, & hec civitas fuiſſe putatur, ubi nunc eſt *Kota in Syllano*, ubi fui, & ibi multis generatis ivit profugus verſus *Damaſcum*, ubi a ſeptimo deſcendente *Lamech* ſagitta occiſus eſt, ibique prope *Damaſcum* ſepulchrum ejus oſtenditur. Hic *Caym* interpretatur poſſeſſor, quia nihil ei cum celo, ſed hic fuit ejus poſſeſſio. Hic fuit primus inferni mancipium, perverſe generacionis principium, fratricida primus, conſtrinxit libertatem hominum cingens muro & firmans portis, ideo ſucceſſor ejus filius dicitur dedicacio, quia hic mundi civitatem dedicavit. Et nota, quod dicit beatus *Auguſtinus* libro de civitate Dei xv, non eſſe neceſſarium credere, quod iſte *Enos* fuerit primogenitus *Caym*, ſicut nec *Judas* fuit primogenitus in populo *Judeorum*, ſed alia cauſa fecit eum ſibi ſucceſſorem quia peior fuit aliis ut tyrannus; *Urad* filius ejus *Enos* ſibi ſucceſſit in dominio civitatis & tyrannide, ſecundum *Aug.* *Manaaleel* filius *Urad* patri ſucceſſit in viciis, & tyrannide, *Matuſael* filius *Manaleel* patri ſucceſſit. *Lamech* filius *Manaaleel* ſucceſſor patris, primus bigamiam adinvenit, prius enim unus uni coniungebatur matrimonio, iſte vero duas accepit, quarum una *Ada*, altera *Sela* vocabatur, que ex invidia machinabatur viro mortem, quod ille preſenciens predixit eis, quod de *Caym* occiſore dabitur ſeptima pena. De *Lamech* occiſore ſeptuageſies ſepcies. Hic cecus quaſi erat, & puero ducebatur ad venacionem. Erat enim ſagittarius, & pre delectacione pellium occidebat animalia, non pro uſu carnium, quia nullus uſus fuit carne ante diluvium. Dum autem *Caym* profugus inter frutecta agitaretur a dyabolo,

mo-

Digitized by Google

more arrepticii *Lamech* puero dirigente percuſſit *Caym*, ſeu ſeptima generacione, cujus ſepulchrum nunc oſtenditur prope *Damaſcum*. Iſte cecus inter alios duos filios genuit de prima uxore nomine *Ada Jabel*, qui fuit inventor Papilionum, & tentorii paſtorum. *Tubal* vero frater eius invenit organa & inſtrumenta muſicalia & cantum. De ſecunda vero, nomine *Sela*, genuit *Tubalcaym*, qui fuit faber, & malleator in cuncta opera ferri & eris, cuius ſoror dicta *Noema*, inventrix arcium mulierum, filatrix, ſutrix &c. & in ipſa generacio peſſima terminatur a fratricida in parricidam, que tota etas ſubmerſa dicitur in diluvio. Sic eciam *Lamech* ſeptuagies ſepcies in tot deſcendentibus eſt punitus.

De filio Ade Seth Sancto.

Excurſis generacionibus peſſimorum, more ſacre ſcripture bonorum ſeriem proſequamur. Hic, inquit ſacer Canon, eſt liber generacionis *Adam* in die, qua creavit Deus hominem ad ymaginem & ſimilitudinem ſuam, maſculum & feminam creavit eos, & vocavit nomen eorum *Adam*, ſicut dicitur hic & hec homo in lingua noſtra, & benedixit illis, & poſt annos centum triginta genuit *Adam* filium ad ymaginem & ſimilitudinem ſuam, quaſi innuat, quod primi peſſimi non fuerunt proprie ad ſimilitudinem eius, Sed iſte, nomine *Seth*, qui poſt, vel pro *Abel* natus eſt, primus poſt eum Princeps Sanctus. Dicunt autem hyſtorie, quod *Adam* planxit mortem filii ſui *Abel* annis centum, & nolebat filios amplius generare, ſed ſtetit in ſpelunca quadam ſeparatus ab *Eva*, tandem precepto angeli cognovit eam, & genuit *Seth*, & ſeparavit ſe a generacione peſſimorum, & paulatim proceſſit verſus *Damaſcum*, & tandem in *Ebron* finivit dies ſuos, & ibi ſepultus fuit prope *Jeruſalem*, quaſi miliaria XX, in civitate *Arbee*, id eſt quatuor, quia ibi ſepulti ſunt; *Adam* maximus, *Abraham*, *Ysaac*, *Jacob* in ſpelunca duplici, que eſt *Ebron*, ubi poſt ſepulti fuerunt Patriarche, & alii ſancti Patres, & *Joſeph* eciam de *Egipto* relatus. Et tempore diluvii aqua portavit caput *Abel* ſub montem *Calvarie*, ut pingitur, & tempore mortis *Chriſti* ſanguis eius per ſciſſuram montis ſtillavit in caput illud, & reſurrexit cum *Chriſto*, tradicio eſt forte vera. Vixit autem *Adam* poſt multorum aliorum, & aliarum generacionem, tandem anno IX. XXX. exſpiravit.

De

De generacione & multiplicacione bonorum.

SEth Sanctus, a quo ſunt dicti filii Dei, dedit preceptum filiis ſuis, ut nullomodo haberent conſorcium cum generacione peſſima *Caym*, quod & fecerunt uſque ad mortem patris, qui vixit annis nongentis & XII. Cui ſucceſſit filius ejus *Enoch*, qui cepit invocare nomen Domini, quia novum modum orandi Deum per oraciones vocales inſtituit, & religionem adinvenit, modum vivendi ſingularem, quem hodie, ut dicunt: ſequuntur tam *Bragmanni*, (*u*) quam religioſi de *Seyllano*, licet facti ſunt Ydololatre, colentes lignum, de quo ſupra. Vixit tamen annis nongentis quinque, nullus tamen pervenit ad mille. Cui ſucceſſit *Caynan*, qui vixit annis nongentis & decem. Cui ſucceſſit *Malaleel* filius ejus, qui interpretatur plantacio Domini, & vixit annis octingentis & quinque. *Jareth* genuit *Enoch* primum Prophetam, cuius, ſcilicet *Jareth*, patris *Enoch* anni fuerunt octingenti LXII. Hic *Enoch* prophetica multa dixit, & ſcripſit, & dicitur, quod ſculpſerit literas in columpnis, una marmorea, altera latericia, ne perirent aqua vel igne. De cujus prophecia mencionem facit *Judas* Apoſtolus, cognomento *Thadeus* in canonica ſua, quibus autem literis, ignoratur. Vixit autem iſte Sanctus Propheta in mundo iſto trecentis LXV. annis, & transtulit eum Deus in paradiſum, ut vivat uſque tempora *Antichriſti* cum *Helia*, & ſi qui alii ſint ibi, incertum eſt. Dicit tamen *Joſephus Moyſen* eſſe ibi, quamvis ſcriptura dicat, mortuus eſt autem *Moyſes* iubente Domino, quod ideo dicit, quia mundo mortuus eſt, & ne filii *Israel* dicerent eum fuiſſe *Meſſiam*. Hec *Joſephus* probat per textum ſequentem; & non cognovit homo ſepulcrum eius, id eſt, quia non indiguit ſepulchro homo vivens. Quidam eciam Theologi ſompniant de *Joanne Evangeliſta*, & quibusdam cum *Chriſto* reſuſcitatis, que incerta ſunt nobis. Genuit autem iſte ſanctus Propheta plures filios & filias, inter quos *Matuſalem*, qui fuit longevioris vite inter omnes mortales, nam vixit quaſi mille annis, vixit enim annis nongentis LXIX. De iſto *Matuſalem* eſt inextricabilis queſtio inter *hebreos*, paganos, & *Catholicos*: *Hebrei* ſecundum ſuam annorum computacionem dicunt eum poſt diluvium annis ſex ſupervixiſſe, & in diluvio patris ſui auxilio *Enoch* mirabiliter evaſiſſe fingunt. Gentiles fingunt, ſcilicet, ut

(*u*) Gymnoſophiſtæ, Philoſophici Indici Sectatores veterum Brachmanorum, de quorum auſteritate vitæ, rei aſtrologicæ ſcientia, ſuperſtitionibusque videri poſſunt Lexica.

ut dicit *Joſephus*, multos ſuper montem *Armenie* nomine *Poris*, (*x*) ubi nunc dicitur archa requieviſſe, diluvium evaſiſſe, in hec verba allegans dicta hyſtoriographi *Veroſii Egiptiorum* ſummi (*y*) dicentis, montem in Armenia eſſe, ſuper quem multos a diluvio novimus liberatos, & ſubdit *Joſephus*. Nemo putet falſa, que ab hominibus prime etatis dicta ſunt. Deus enim in prima etate vitam longam conceſſit, quia religioſe vivebant, eciam ut invenirent *Aſtrologiam*, & alias ſciencias, quas ante VI. C. annos minus diſcere valebant, nec de magnitudine corporum, cum dicat beatus *Auguſtinus*, dentem ſe vidiſſe, qui ſi divideretur, centum de noſtris fierent. *Matuſalem* genuit *Lamec*, qui genuit *Noe* dicens, iſte conſolabitur nos, & vixit in ſumma annis ſeptingentis ſeptuaginta ſeptem. Filii autem *Ade* de *Seyllano* probant, ad eos diluvium non veniſſe multis ſignis, & maxime, quod in oriente ſunt profugi, vagi multi, quos & ego vidi, & dicunt ſe filios *Caym*, qui exterminatas habent facies tam horridas, & horrendas, quod terrent omnem hominem, nunquam ultra dies duos in loco ſtare valentes, feterent, ſi plus ſtarent, nullus poteſt eos ſuſtinere, raro apparent, tamen mercatores ſunt, filios & uxores equelarvas, portant in aſinis. Beatus tamen *Auguſtinus*, & communiter omnes Doctores frivolum putant, aliquos extra archam diluvium evaſiſſe, *Matuſalem* eodem anno ante diluvium deceſſiſſe, quod omnino eciam credendum eſt ſecundum *Catholicam* veritatem.

De Gigantibus.

TEmpore Matuſalem mortuus probatur Sanctus *Scth*, a quo filii Dei ejus poſteritas dicebatur, qui omnem religionem ſpernentes infrenata libidine, ut ait *Joſephus*, in filias generacionis *Caym* pucherrimas irrumpentes, ſine ordine, ſine freno utriusque ſexus reiecto pudore, ſibi uxores receperunt ſecundum placitum voluptatis.

Ad ipſorum autem infatigabilem libidinem oſtendendam, quaſi rem monſtruoſam, Deus oriri fecit, videlicet Gygantes, qui corporum ineſtimabili magnitudine beſtiarum more vivebant, omnem nature ordinem deſtruxerunt iram Dei nephandis operibus provocabant, quo tempore natus *Noe*, decimus ab *Adam* ſolus juſtus in lege nature, dicente patre ejus *Lamec*: Iſte conſolabitur nos ab affliccionibus noſtris, quibus anime juſto-

(*x*) An Meſſina olim Poris dictus? nam in montanis Ararath, nominatimque in monte Meſſina Arcam ſubſidiſſe communis hodie eſt perſuaſio. (*y*) id eſt: *Beros*, qui temporibus Ptolomei Philadelphi ſacerdos erat templi Bel Babyloniæ, ſcripſitque hiſtoriam Chaldaicam, quæ hodie amiſſa eſt.

Digitized by Google

ſorum ex perverſis operibus affliguntur, in iſto eciam prima etas terminatur. Prima enim etas, ut Sancti diſtinguunt, incepit ab *Adam*, & per decem Patres predictos deſcendendo in diluvio finem accepit. Duravit autem, ut communiter dicitur, ſecundum computacionem *Judeorum* annis mille ſexingentis quinquaginta ſex, ſed ſecundum alios, duo milia ducenta LXII, ut dicit *Auguſtinus* XV. de civitate Dei &c.

De diluvio, & compoſicione Arche Noe capitulum.

ANno autem quingenteſimo vite *Noe*, videns Deus omnem naturam eſſe corruptam, dedit *Noe* preceptum de archa edificanda. Erat autem ſolus *Noe* juſtus in terra, & tres filios habuit: *Sem*, *Cham*, & *Japhet*, qui preceptum Dei implere ſtuduit, & juxta deſcripcionem per ſpacium annorum centum de lignis levigatis fecit, & edificavit ſibi archam, vel navem, ſecundum proporcionem menſure humani corporis, ut probat beatus *Auguſtinus* libro XV. de Civitate Dei, ubi dicitur ſic: humani quippe corporis longitudo a vertice uſque ad veſtigia pedum ſexcies tantum habet, quam latitudo, que eſt ab uno latere, uſque ad aliud latus, & decies tantum, quam altitudo, que altitudo menſuratur in latere a dorſo uſque ad ventrem, velut ſi jacentem hominem meciaris ſupinum, aut pronum, ſexcies tam longus eſt a capite uſque pedes, quam latus a dextra in ſiniſtram, & decies quam altus a terra, unde facta eſt archa in longitudine trecentorum cubitorum, & quinquaginta in latitudine, & triginta in altitudine, & in latere hoſtium, (z) & cenaculum, & habitacula in ea fecit plena omnibus iſtis. Et intromiſit Deus omnia animalia bina cujuslibet ſpeciei in archam cum *Noe*, & tribus filiis eius, & quatuor uxoribus eorundem, clauſit aforis hoſtium Dominus.

Et anno ſexcenteſimo vite *Noe* venit diluvium, & conſumpſit omnia vivencia ſub celo, & pluit diebus quadraginta, & levaverunt aque archam Deo gubernante, *Noe* & filiis gubernantibus animalia cibos miniſtrando, & omnia animalia, que nunc veſcuntur carnibus, ut dicit beatus *Auguſtinus* cibo communi, ſcilicet ficu & caſtanea veſcebantur. Requievit autem archa menſe ſeptimo ſuper montem *Armenie*, qui eſt juxta portas ferreas in Imperio de *Usbec*, & vocatur *Ararat* in *Armenia* minori. Fuit autem archa mire magnitudinis ſecundum *Auguſtinum*, ita quod unus de illis cubitis facit noſtros tres uſuales, & ſic ſunt bene duo miliaria *Ytalica*, & plus longitudo arche. Menſe decimo ceſſaverunt

(z) Id eſt: oſtium.

aque, & poſt quadraginta dies miſit *Noe* corvum, qui non eſt reverſus, tunc emiſit columbam, que reverſa eſt ad veſperam. Item iterum poſt ſeptem dies emiſit eandem, que rediens portavit ramum olive. Iterum poſt ſeptem alios dies emiſit eandem, que non reverſa, eo quod ceſſaſſent aque. Fuit ergo *Noe* in archa per integrum annum. Poſt iuſſu Dei egreſſus eſt, & obtulit Deo ſacrificium, & acepit ſignum federis a Deo, quod non eſſet amplius diluvium generale, arcum in nubibus, vario colore diſtinctum, de quo dicitur, quod per XL. annos ante judicium non apparebit.

Gracias agamus ergo Domino Deo noſtro, quod prima etas terminatur in exitu *Noe* de archa, cui conceſſit Deus eſum carnium ſine ſanguine tamen, & preceptum dedit propagande prolis, ut Dei civitas impleatur. Explicit prima diſtinccio noſtri operis, quam vocari duximus *Thearchos*, quaſi *Divinum*, vel *naturale dominium*, ſeu *thearticum principatum* &c.

Secunda etas, & incipit ſecundus liber, qui Monarchos nominatur.

NOe egreſſo de archa cum uxore & tribus filiis, & totidem uxoribus reſidentibus in monte altiſſimo *Ararat*, vel *Armenie*, ubi adhuc arche illius veſtigia eſſe dicuntur, Etas ſecunda incipit ſecundum ſcriptores, & ex tunc incipiunt omnium gencium mundi regna deſcribi, pro eo, quod ante diluvium erat quaſi Divinus ſeu *Thearticus* principatus, nam idem erat princeps primogenitus & Sacerdos, poſt diluvium autem cepit tyrannides dominari, & ideo ſecunda noſtri operis diſtinccio ſive liber *Monarchos* nominatur. In quo deſcribemus principalium omnium gencium monarchias, donec ad propoſitum veniamus, tamen breviter & ſuccincte decurrendo per concordiam ſacre ſcripture cum decurſu gentilium, ſequendo beatum *Auguſtinum*, ut proſequitur hyſtoriam libro de Civitate Dei.

Dedit ergo *Noe* mandatum filiis, Deo jubente, de latria veneranda, id eſt, de cultu unius Dei per ſacrificia, de multiplicanda prole, & de diviſione terrarum, ut implerent eas, & pacifice viverent poſt deceſſum illius, ipſe quaſi quietam vitam eligere cupiens, ſibi *Cethym* inſulam, que nunc *Cyprus* dicitur, reſervavit. *Sem* ergo primogenitus, quia Rex & Sacerdos, poſt patrem obtinuit medietatem orbis, ſcilicet totam *Aſiam* maiorem, que eſt a *mari albo* ultra *Ungariam*, ubi nunc ſunt *Ola-*

chi

Digitized by Google

ubi (a) per rectam lineam, totum illud Imperium *Uſbec*, *Katay*, (b) *Yndias*, *Ethiopiam*, uſque ad finem mundi.

Aliam autem medietatem alii duo fratres inter ſe diviſerunt. *Cham* *Africam*, ubi eſt terra ſancta, *Cartago*, *Turuſium* uſque finem mundi. *Japhet* minor *Europam*, ubi ſumus nos, ſcilicet ab *Ungaria*, *Cytra*, & *Roma*, videlicet *Germaniam*, *Ffranciam*, *Boemiam*, *Poloniam* & *Angliam*, & uſque ad finem mundi. Simul tamen pro tunc habitabant, & cum patre deſcenderunt de monte. Venit autem *Noe* in *Cyprum*, & ibi generacioni operam dantes, & agriculture, filios genuerunt. *Noe* genuit *Janum*, *Sem* genuit *Arfaxat* anno ſecundo poſt diluvium, *Cham* genuit *Chanaan*, *Cus* a quo *Nemprot*, a quo *Trebeca*, *Cres*, *Nynus*, *Belus* &c. *Japhet* genuit *Heliſa*, unde *Sclavi* dicuntur. Plantavit autem *Noe* vineam in *Cypro*, que hodie eſt Archiepiſcopi *Nycoſie*, (c) & coluit eam, & bibit vinum, & inebriatus eſt, & nudato femore dormiebat in tabernaculo. *Cham* deriſit patrem, & fratribus patris verecundiam nuncciavit, qui abhorruerunt ignominiam ejus, & averſis vultibus cooperuerunt eum, & patris virilia non viderunt. Qui poſt ſompnum ſurgens convocatis pueris ſuis, benedixit primo *Sem*, ſecundo *Japhet*, dicens, habitet *Japhet* in tabernaculis *Sem*, & tunc impleta eſt prophecia, quando gentes de *Japhet* progenite omnem ſynagoge gazam & gloriam cum Summo Sacerdote intraverunt. *Cham* autem expreſſe non maledixit; quia benedixerat eis ſimul Deus, quando egreſſi ſunt de archa, maledixit autem in ſua ſucceſſione, & in filio *Chanaan*, ut ſuccedat in generacione maledicta *Caym* fratricide. Tunc ergo ab invicem ſunt diviſi, & verſus orientem procedentes patre dimiſſo brevi intervallo temporis incredibilem multitudinem generaverunt. Unde dicit hyſtoriographus *Joſephus* judeorum, quod potuit videre *Noe* de ſe egreſſos ſexcentos juvenum electorum. *Janus* filius *Noe* pater *Ytalie*, iſte in gente dicitur *Janan*, hic dedit ſe *Aſtrologie*, & venit in *Ytaliam*, ubi nunc eſt *Roma*, & ſibi edificavit caſtrum, & uſque hodie in *Roma* eſt Eccleſia, que dicitur Sancta Maria ad *Janiculum*, ubi fuit caſtrum *Jani*. (d) Aliud eciam caſtrum edificavit in ripa maris nepoti ſuo, eodem nomine appellato, & *Janum* vocavit, ubi

(a) Quod hoc *mare album* ſit, aut qui hi Olachi, nullus ſcio. Pontum Euxinum vocat mare Maurum, ut ſupra legimus, per album num Archipelagum intendat, quis divinet? (b) Id eſt: *Chinam*. (c) Metropolis Cypri. (d) Jano Romulum jam templum dedicaſſe legimus in ſcriptoribus Romanis, unde veroſimilline opinio de caſtro Jani enatum. An Janus hic uſquam in Italiam venerit, quis fuerit, & num rectius merum hieroglyphicum non ſit, variæ inter Mythologos diſceptationes.

nunc eſt *Janua* civitas, quam *Troyani* poſtmodum accreverunt. *Cham* dedit ſe demonibus, qui docuerunt eum artes magicas, qui dictus eſt *Zaroaſtres*, quem *Nynus* Rex *Nineve* filius *Nemprot* poſtmodum interfecit.

De cultu poſt Diluvium.

SEm ſtuduit colere verum Deum, cujus hyſtoriam nunc ſequimur. Hic ſecundo anno poſt diluvium genuit *Arfaxat*, qui eciam genuit *Elam*, a quo nobilis generacio *Alanorum* in oriente dicitur exorta, & eſt hodie maior & nobilior nacio mundi, & homines pulcriores, & forciores, quorum auxilio *Tartari* optinuerunt Imperium orientis, & ſine quibus nunquam habuerunt victoriam glorioſam. Conduxit enim *Cingwis Caam* primus Thartarorum Rex de eis LXXII. principes, quando voluit precepto Dei caſtigare mundum. (*e*) Genuit autem *Sem* XXIIII. Principes familiarum, *Caam* XXXIII, *Japhet* pater noſter XV. & tot poſtmodum diviſe ſunt lingue minus tantummodo una &c. *Arfaxat* filius *Sem* anno etatis XXXV. genuit *Sela* vel *Sale*, a quo *Yndia* populata eſt, & diviſa in tria regna. Quorum primum vocatur *Mauzi*, maior & nobilior provincia mundi, pulcrior, amenior & lacior, in qua eſt illa nobilis civitas *Campſay*, *Zayton*, (*f*) *Cynkalan*, *Junu*, & alie multe civitates *Mauzi*, olim *Cyn*, ubi uſque hodie eſt portus & civitas nobilis, que dicitur *Cynkalan*, id eſt, magna *Yndia*, nam *Kalan* eſt magnum ad terram ſecunde Yndie, que dicitur *Nymbar*, ubi eſt *Cynkali*, id eſt parvum, parva *Yndia*.

Secundum *Yndie* regnum vocatur *Nymbar*, de quo loquitur beatus *Auguſtinus*, de philoſophis caninis, qui ideo Canini dicti ſunt, quia naturam canum (*g*) imitari docebant, ne videlicet de naturalibus homo verecundari deberet, nec tamen potuerunt perſuadere populis, quod eciam filii non verecundarentur coram patribus balneari, vel pudenda oſtendere. Ibi eſt civitas *Columbi*, ubi naſcitur piper, de quo ſupra. Tercia provincia *Yndie* vocatur *Maabar*, (*h*) ubi eſt Eccleſia Sancti *Thome*, quam manu propria edificavit, & alia, quam edificavit cum operariis, quibus ſolvebat de lapillis maximis, quos vidimus, & de uno ligno inciſo in monte *Ade* in Seyllano, quod fecit ſecari, & de pulvere ſecature ſeminate ſunt ar-

(*e*) Collimat author ad irruptionem Tartarorum in Europam ſæculo pene medio XIII. (*f*) Ex his atque ſupra dictis conjicere licet Zayton hodiernum portum Surrate eſſe. (*g*) Indigenæ regionem ſuam appellant *Hind*. Vix quidem ex locorum deſcriptione Nymbar pro alio, quam regno Indoſtan explicare licet. (*h*) hodie Malabar.

Digitized by Google

arbores. (*i*) Fuit autem lignum illud ita maximum inciſum per duos ſclavos ſuos, & ipſius cingulo tractum in mare, & precepit ligno, dicens, vade expecta nos in portu civitatis *Mirapolis*, quo cum perveniſſet Rex cum toto exercitu ſuo, conabatur trahere in terram, nec movere potuerunt homines decem milia; tunc ſupervenit Sanctus *Thomas Apoſtolus* indutus camiſia, ſtola, & mantello de pennis pavonum ſuper aſinum, ſociatus duobus illis ſclavis, & duobus magnis leonibus, ſicut pingitur, & clamavit: nolite, inquit, tangere lignum, quia meum eſt. Unde, inquit Rex, probas tuum, qui ſolvens funiculum, quo erat precinctus, precepit ſclavis, ligate lignum, & trahite in terram, quo facillime in terram tracto, Rex convertitur, & donat ſibi de terra, quantum voluit cum aſino circuire. Eccleſias edificat in civitate in die, ſed nocte ad tria miliaria ytalica ferebatur, ubi ſunt pavones innumeri, unde ſagitta, quam *fricciam* vocant, in latere, ſicut miſit manum in latus *Chriſti*, percuſſus, hora completorii ante ſuum oratorium jacens & ſanguinem ſacrum totum per latus effundens, tota nocte predicans, mane reddit animam Deo. Sacerdotes tunc terram illam ſanguine mixtam collegerunt, & ſecum ſepelierunt, de qua vidi expreſſum miraculum in perſona mea duplicatum, alibi recitandum.

Mirum autem continuum ibidem apparet, tam de apercione maris, quam de pavonibus, & quia quanto plus trahitur terra de illa fovea una die, tantum ſcaturit alia, de qua bibita curantur langvores, tam per *Chriſtianos*, quam per *Thartaros* & paganos, fiunt aperta miracula. Dedit eciam Rex ille ſtateram ponderis piperis beato *Thome*, & omnium ſpecierum aromatum in eternum, quam nullus poteſt eis auferre ſine periculo mortis. Fuimus ibi diebus quatuor, ibi eſt ſumma perlarum piſcacio. Genuit autem *Arfaxat* alios filios & filias, & de *Arfaxat* natus eſt *Sela* vel *Sale*, a quo *Samarite*. Iſti ſunt, quos Rex *Babilonis* poſuit in *Samaria*, translatis filiis *Iſrael* decem tribubus, & poſuit eos ſuper fluvios *Gozan* & *Tartar* in provincia *Medorum*, ut legitur in *Paralipomenon*. *Sela* vel *Sale* anno etatis ſue XXX. genuit *Heber*, qui fuit pater *Hebreorum* primus. *Heber* anno XXXIIII. genuit *Faleg*, in cuius diebus diviſe ſunt lingue, ut poſtea dicetur. *Ffaleg* genuit *Rebu*, *Rebu* anno XXXII. genuit *Saruch*, qui anno XXX. genuit *Nator*, qui anno XXX. *Thare* Patrem *Abraham*, & ecce finis ſecunde etatis. Fuerunt au-

(*i*) De ejusmodi Indorum anilibus traditionibus paſſim Geographi, qui ajunt has ab indigenis cantibus celebrari.

Digitized by Google

autem ab *Adam* uſque ad nativitatem *Abram* tria millia CCC. & XXX. ſecundum LXX. Fuerunt autem a diluvio uſque ad *Abraham* anni mille LXXII. ſecundum *Auguſtin.* XVI. de civitate Dei.

De monſtris, que hyſtorie vel fabule fingunt, vel pingunt, & dicuntur eſſe in *Yndia*, de quibus eciam beatus *Auguſtinus* Lib. de civitate Dei XVI. facit memoriam, puta, quod ſunt, qui tantum in fronte unum habent oculum, quidam plantas verſas poſt crura, quibusdam utriusque ſexus naturam, & dextram mammam virilem, ſiniſtram muliebrem eſſe fingunt, alii ſine capite, & ſine ore, in pectore tantum habere foramen. Alii per nares tantum alitu vivere, alii ſtatura cubitali cum gruibus dimicare. Alii octavum annum non excedere, quinquies concipere & parere. Alii ſine iunctura, alii ſupini iacentes, plantam pedis umbram ſibi faciendo, quidam habentes capita canina, ypotamos, & alia multa monſtra poete finxerunt. De iſtis omnibus ſic concludit beatus *Auguſtinus*, aut nullo modo ſunt, aut ſi ſunt, & racione utuntur, vel uti poſſunt, ex *Adam* omnes homines ſunt, aut monſtra in natura, ſunt tamen ex *Adam*, ſicut inter nos aliquando nata ſunt, pauca in illis partibus, & in toto genere humano ſunt multa, ſicut ponit exemplum de variis gibboſis, de homine habente ſex digitos, & de aliis multis. Sicut Imperator nobiliſſimus *Karolus* quartus portavit de *Tuſcia* puellam, in facie omnino piloſam, & in toto corpore maximis pilis, ſicut eſſet filia vulpis, non tamen per ſe eſt in *Tuſcia* talis populus, nec mater ſua fuit talis, nec alii filii, ſed nobis ſimiles. Sicut illud monſtrum, quod vidimus eciam diebus noſtris in *Tuſcia* in diſtrictu *Fflorencie* naſci de pulcra matre, habens duo capita perfecte formata, quatuor brachia, duo pectora uſque ad umbilicum perfecta forma, ibi coniungebantur, & unus quaſi pes ex latere procedebat, & poſt duos tantum pedes habebant, & tanquam due perſone baptizati fuerunt, & ſupervixerunt diebus ſeptem. Vidi eciam *Bononie*, quando ibi legebam, *(k)* ovem, que peperit ſimiliter monſtrum, ſeu agnum habentem duo capita, ſeptem pedes, non tamen putandum eſt eſſe aliquam ſpeciem beſtiarum, ſed monſtra nature ſunt. Sic & Deus vult in hominibus ſuam potenciam demonſtrare, ut gracias ſibi agamus, quia nos non condidit ſic deformes, & timeamus eum. Ego tamen omnium provinciarum yndorum curioſiſſimus peragrator, ſicut ſepe plus habui animum curioſum, quam virtuoſum, volens omnia noſſe, ſi poſſem, & qui plus dedi operam, ut puto, quam alius, qui legatur, vel ſciatur ad in-

(*k*) Hem indicium! Bononiæ Lectoris officio functum fuiſſe.

Digitized by Google

inveſtigandum mirabilia mundi, & tranſivi per principaliores mundi provincias maxime ubi tocius orbis mercatores conveniunt, ſcilicet in inſula dicta *Ormes*, (*l*) nunquam potui inveſtigare pro vero tales gentes eſſe in mundo, ymo ipſi a me petebant, utrum eſſent. Nec eſt aliqua nacio talis, niſi, ut dixi, monſtrum, nec illi, qui finguntur uno pede ſibi umbram facere, ſunt nacio una, ſed quia omnes Indi communiter nudi vadunt, portant in arundine parvum papilionem ſemper in manu, quem vocant *Chatyr*, ſicut ego habui *Florencie*, & extendunt contra ſolem & pluviam, quando volunt: iſtud poete finxerunt pedem.

Incidens de quodam Yndo baptizato.

CUm eciam eſſem in *Columbo* cum principibus illis *Chriſtianis*, qui *Modilial* vocantur Domini Piperis, ante Eccleſiam quodam mane venit homo nudus a lumbis ſupra venerande ſtature, alba barba, ſolo pallio coopertus cordula nodoſa admodum ſtole dyaconi, & toto corpore in arena proſtratus adoravit, caput ter ad ſolum percutiens, tandem ſurgens cepit pedes meos nudos oſculari deſiderans, prohibitus autem ſurrexit, poſtmodum reſidens in arena per interpretem filium, qui captus aliquando a Piratis venditus fuit cuidam *Januenſi* mercatori & baptizatus, & caſu tunc erat nobiſcum, & patrem ex circumſtanciis recognovit, dixit nobis totam vitam ſuam. Nuncquam carnes commederat, nunquam potum biberat inebriantem, nunquam niſi unam cognoverat cauſam prolis procreande, quatuor menſibus in anno puriſſime ieiunabat, granum riſii (*m*) purum in aqua bulitum, & fructus & herbas de ſero manducabat, in oracione pernoctabat, & antequam intraret oratorium ſuum, corpus totum aqua lavabat, & induebat mundiſſimam lineam veſtem ad hoc ſolummodo preparatam, tunc intrabat, & colebat dyabolum in ydolo ſuo puriſſima devocione, & erat ſacerdos tocius inſule ſue, que ſita eſt in ultimis finibus Indorum.

Deus videns eius puritatem illuminavit eum primo per ſapienciam, tandem demon coactus per os ydoli dixit ſibi; non es in via ſalutis, ideo

(*l*) Ea inſula *Ormus*, *Ormuzium*, ſeu *Armuzia* eſt in Aſia loco, quo ſinus Perſicus cum mari Arabico coit, olim a negotiationibus celeberrima, quam plerique hoc ipſo tempore primum nempe anno 1331. a quodam Ordinis Minorum detectam tradunt, ſed cum Marignola hic dicat circa hæc ipſa tempora jam totius orbis mercatores convenire ſolitos, multo ante cognitam & negotiationibus frequentem fuiſſe oportuit. (*m*) Orizæ.

precipit tibi Deus, ut vadas in *Columbum* itinere per mare annorum duorum, ibi invenies nunccium Dei, qui docebit te viam ſalutis; ideo inquit veni ad pedes tuos, paratus in omnibus obedire, & quod plus eſt, in ſompnis vidi faciem tuam, ſicut modo agnoſco. Tunc cum lacrimis facta oracione confortantes eum, dedimus ſibi filium ſuum baptizatum interpretem, & doctorem. Tunc poſt tres menſes inſtructum baptiſavimus *Michalem* vocantes, & percepta benediccione remiſimus ipſum, promittentem, quod fidem, quam didicerat, aliis predicaret. Hec hyſtoria utilis eſt ad oſtendendum, ſicut dicit beatus *Petrus* de *Cornelio* centurione, quod non eſt perſonarum accepcio apud Deum, ſed quicunque legem ſcriptam in corde adeo ſervat, quod ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, acceptus eſt illi, & docet eum viam ſalutis. Utrum autem iſte, quia per duos annos navigans per mare & per *Yndorum* inſulas olim ignotas aliquid vidiſſet de monſtris iſtis, vel ſaltem audiſſet, inquiſivimus, qui omnino nihil ſcivit. Nec eciam apud Reginam *Saba*, ubi tamen oritur ſol modo oppoſito nobis, & in meridie tranſit umbra viri ad dextrum, ſicut hic ad ſiniſtrum, & occultatur ibi polus articus nobis gradibus ſex, & antarticus totidem elevatur, ſicut Dominus *Lemon de Janua* nobilis Aſtrologus nobis oſtendit, & multa in aſtris mira. Sunt tamen bene quidam gigantes, quorum unum vidi, cui non potui cum capite attingere ultra cingulum, turpiſſime figure, & fetide valde. Sunt homines ſilveſtres in ſilvis cum filiis & uxoribus nudi & piloſi habitantes, inter homines non apparent, & raro potui videre aliquem, quia abſcondunt ſe in ſilvis, quando ſentiunt homines tranſeuntes, faciunt multa opera, ſeminant, & colligunt blada, & multa alia, & quando mercatores ad eos vadunt, ut vidi, illi exponunt venalia in medio vie, & fugiunt, & ſtant abſconſi, tunc ementes vadunt, & ponunt precium, & mercator accipit res relictas.

Sunt eciam monſtruoſi ſerpentes, & fere ſicut habet in clauſura ſua Pragenſi Dominus Imperator *Karolus*. Sunt eciam animalia quedam, quaſi ad figuram hominis, maxime apud Reginam *Saba*, & in clauſtro de *Campſay*, in illo famoſiſſimo monaſterio, ubi ſunt tot monſtruoſa animalia, que credunt eſſe animas defunctorum. Sed ex certa ſciencia didici eſſe animalia irracionabilia, niſi quod dyabolus utitur eis, ſicut olim lingua ſerpentis, demerentibus illis infidelibus propter infidelitatem eorum, alias vita illorum in religioſis moribus & oracionibus contenta, & ieiuniis, ſi eſſent in vera fide, excederet omnem obſervanciam, & continenciam noſtram. Veniunt enim illa animalia ordinarie ad comedendum dato ſigno, verumtamen

tamen nunquam venerunt cruce preſente, poſt venerunt cruce recedente, ideo concludo, quod iſta monſtra homines non ſunt, licet videantur habere aliquos actus, ſed ſunt ſicut ſymee, quas ſi nunquam vidiſſemus, putaremus homines eſſe, niſi cautum illa monſtra, ut dixi, que nata ſunt preter conſuetudinem de *Adam*. Nec putandum eſt, ut dicit beatus *Auguſtinus*, antipodes eſſe, quaſi homines plantas contra nos tenentes, quod nullomodo putandum eſt, quia terra firmata eſt ſuper aquas, & ut experiencia certa didicimus, dividendo occeanum in modum crucis, due quadre ſunt navigabiles, & due alie nullo modo. Noluit enim Deus quod homo poſſet circuire per mare totum mundum. Ermofroditam vidimus, non tamen generantem, ſicut eſt, neque eciam mulus generat &c. Nunc ad materiam revertamur.

De multiplicacione generis humani, & diviſione terrarum, & turri Babel.

TRes ergo filii *Noe* poſt diluvii ceſſacionem diviſa terra trifarie, in annis quibus ſupervixit *Noe* poſt diluvium, in tantum multiplicati ſunt, ut dicit *Joſephus* yſtoriographus Judeorum ſummus, & ſacerdos eorum, quod *Noe* ante mortem ſuam potuerit videre de ſe natos per filiorum & nepotum generacionem ſexcenta iuvenum electorum, quod mirum non debet videri, quia ex *Jacob*, qui intravit *Egiptum* in animabus LXX. tantum, crevit populus Dei, quod infra centum annos in egreſſu filiorum *Iſrael* fuerunt ſexcenta millia pugnatorum, exceptis aliis innumeris, qui non numerantur. In illa ergo etate, ubi vacabant carni & ſanguini, ſecundum *Joſephum*, erat victualium nature conformium habundancia, robuſta etas, vires eximie, ſompni ſalubres, nulla ebrietas, infirmitas rara, quia non confundebant naturam variis cibis & potibus. Generacio erat fecunda, & communiter mulier marem & feminam generabat, & ſororem accipiebant uxorem, & erat nature conformitas, ideo multiplicato in tantum humano genere verſus orientem iuvenum electa ſocietas proficiſci ceperunt. Veneruntque ad campum *Senaar* in *Aſia* maiori, iuxta fluvium maximum nomine *Eufrates* in quandam vaſtam planiciem magnitudinis quodammodo infinite, ubi ut oculis noſtris vidimus, eſt omnium fructuum, maxime dactilorum habundancia, ibi olivarum & vinearum copia, ibi omnium terre naſcencium, & ortenſium, peponum & melonum & cucumerorum copia, ibi ſedem ſuam poſuerant, nullas leges, nulla legitima connubia obſervabant, ſed ſola libidine ferebantur. Inter

Digitized by Google

quos de filio quodam *Cham* nomine *Cus* natus eſt quidam Gigas nomine *Nemprot*, ſtatura cupitorum octo, pulcher, & fortis valde. Hic appetivit dominari, & neſciens modum, rogat *Janum* filium *Noe*, natum poſt diluvium, virum prudentiſſimum, & Aſtrologum, ut doceret eum de modo regendi, cuius conſilio voluit filiis *Sem* dominari, qui omnino ſprevit eum. Filii autem *Cham* favente & procurante Principe nomine *Cus* predicto, ipſum *Nemprot* ducem ſibi & Dominum prefecerunt, ipſe ſtatim, ſicut erat eloquens, induxit eos pulcris verbis, & omnes alios dicens, vos ſcitis, quod diluvium deſtruxit mundum. Venite ergo, & edificemus civitatem & turrim, que pertingat ad celum, & celebremus nomen noſtrum antequam dividamur ab invicem. Quod cum omnibus placuiſſet, incepit, docuitque coquere lateres pro ſaxis, & quia ibi ſunt multi putei bituminis habuerunt lateres pro ſaxis, & bitumen pro cimento. Eſt autem bitumen quaſi pix nigerrima mixta oleo fluens, ſed quando muratur cum lateribus conſtringitur & deſiccatur tanta coagulacione, ut vix arte diſſolvi poſſit, ſicut ego, qui ſupra turrim illam fui, palpavi, & vidi, & de illo bitumine deſiccato tuli mecum. Nam homines patrie continue deſtruunt turrim illam propter lateres colligendos. Fuit ergo fundata civitas permaxima, ita quod in omni quadro habuit, ut dicunt, octo miliaria *Ytalica*, ſicut bene apparet. In capite unius muri iuxta flumen, quaſi pro arce poſuerunt turrim iſtam, & ſicut aſcendebant, implebant terra, itaque eſt intus ſolida, rotunda, & circularis, & facit mane oriente ſole in illa planicie longiſſimam umbram.

De diviſione linguarum.

Videns autem Deus eorum fatuam ſuperbiam, confudit labium, id eſt linguas eorum, itaque ſicut erant capita principum ſuperius deſcriptorum ſeptuaginta duo, ita in ore eorum, & familiarum ipſorum, vel ſequacium, facte ſunt lingue diverſe, & tonitruo, pro maxima parte cecidit turris illa, tunc ſecundum diverſitatem linguarum diviſi ſunt ab invicem, *Nemprot* cum ſuis ibi remanente. Attemptaverunt autem, ut videtur, alibi turres ſimiles facere, nec prevaluerunt in tantum, quod quidam *Soldanus* ſupra illud fundamentum maximum edificium conſtruxit, quod tamen tonitruo corruit, qui cum pluries conaretur inſtaurare, & ſemper corrueret, ivit in *Egiptum*, & ibi *Babiloniam* civitatem edificavit, & *Soldanus Babilonie* nominatur.

Nem-

Digitized by Google

Nemprot tamen civitatem vallo altiſſimo murato tantum exterius lapidibus ſectis, interius equaliter coequato cinxit civitatem, & factus eſt robuſtus venator, id eſt oppreſſor hominum contra Deum. Et vocatum eſt nomen civitatis *Babilon*, quia ibi confuſum eſt labium univerſe terre. Occidit autem *Nemprot Cham* filium *Noe*, timens, ne ſibi preriperet regnum. Filii autem *Sem* ſibi ducem elegerunt *Arfaxat*, iverunt verſus orientem, & regnum incepit *Aſſyriorum*, quod fuit maximum, & diuturnius duravit omnibus regnis mundi. Fuit autem tunc natus *Faleg* pronepos *Sem*, & quia tunc facta eſt diviſio, vocatus eſt *Faleg*, id eſt, diviſio. Fuit autem quintus a *Sem*, qui genuit *Rebu*, qui genuit *Saruc*, qui *Nator*, qui genuit *Thare* Patrem *Abraham*. In *Abraham* nativitate per X. capita ſecunda etas terminatur. *Sem* autem non valens ſuſtinere tyrannidem *Nemprot*, elegit ſibi civitatem cuiuſdam nepotis ſui fortiſſimam, & optimam nomine *Salem*, & inde dictus eſt Rex *Salem*, quod lingua illa dicitur *Melky*, omnis enim Rex hodie dicitur *Melchi* lingua illa, Sed dicimus nos, ipſi idem cum addicione *dech*, quaſi ille, unde dicitur *Melchiſedech*, Summus Dei, Rex & Sacerdos, qui Deo faciebat ſacrificium de pane & vino, non de animalibus, ut poſt fecerunt *Judei* more gentilium. *Panteon* tamen dicit, quod ipſe *Nemprot* fuit natus de *Sem*, cuius pater fuit *Jerari*, ſed dicitur filius *Cham*, quia illi prefecerunt eum ſibi in principem, quod unde ſompniet, ignoratur, magis autem ſtandum eſt textui ſacri Canonis, qui dicit, quod *Cus* genuit *Nemprot*.

Iſte *Nemprot* peſſimus tyrannus fuit, oppreſſor hominum, cuius exemplo multe gentes diſperſe ſibi principes ſtatuerunt, ut reſiſterent ei. Primo filii *Sem* Regnum *Aſſyriorum* ab *Aſſur* filio eius nominatum inceperunt. Secundo regnum *Scitarum* tempore *Saruc* incepit.

Fuerunt autem *Scite* homines in parte *Aquiloniari*, ultra *Caffa*, qui infeſtati ab hoſtibus, perſecuti ſunt inimicos annis decem, mulieres & ſervos domi dimiſerunt, que videntes, quod viri non revertebantur, nupſerunt propriis ſervis. Mariti victores revertentes, armis propelluntur ab eis, occiſis maribus & feminis reſervatis, cumque plures viri conarentur armis vincere, vincebantur, & ſervi iuvabant eos. Tunc unus prudencior dixit, nos pugnamus cum ſervis noſtris armati, ideo nos non timent, pugnemus autem, ut decet dominos contra ſervos, & tunc devincemus eos. Sequenti mane proiectis armis cum virga & clamore irruerunt in eos, illi ſervilis condicionis memores, in fugam vertuntur, quos Domini devicerunt, & captos laqueo ſuſpenderunt, mulieres eciam, uxores proprias trucidaverunt, de partibus convicinis &c.

Digitized by Google

Tercio tempore Nator *Egipciorum* regnum inchoat. Quarto tempore *Thare*, ubi nunc dicitur *Grecia*, *Siciomorum* regnum oritur. Iſte peſſimus *Nemprot*, dixit Pantheon VIII. filios reliquit. Primus eius filius fuit *Cres* nominatus, quem noverca fugavit, & ivit in inſulam optimam, ubi fuit Rex, & a nomine ſuo *Cretam* appellavit. Secundus filius *Belus* tenuit ſedem in *Babel* poſt *Nemprot*. Tercius filius *Trebeca*, a quo *Treveris*; dicitur autem *Bagbel* lingua eorum aliter, quam *Babilon*, quod eſt confuſio, *bag* cum *g* litera dicitur ortus, vel paradiſus, *bel* dicitur eciam *bagdag*. Ab iſto *Belo* ydola ortum habuerunt per iſtum modum; filius eius *Ninus*, qui ei ſucceſſit in regnum, ſtatuam fecit patri, ſicut adhuc faciunt in partibus illis dilectis filiis, uxoribus, & parentibus, & omnes amore Regis honorabant ſtatuam patris in tantum, quod quicunque dignus pena confugiebat ad ſtatuam, ſalvus erat, ex tunc ceperunt ſibi ſacrificare incenſum, & ſic per errorem in ſtatua, majeſtatem Divinam eſſe putaverunt. Unde poſtmodum alie civitates fecerunt ymagines caris ſuis, & ab eius nomine ſecundum varietatem linguarum, *Belſegor*, *Beelzebub*, *Babel* nomina receperunt. Verum in libro Sapiencie dicitur, quod non filius patri, ſed pater filio fecit primo ydolum; rapti, inquit, filii deplorans ymaginem.

Judei tamen, *Tartari*, & *Sarraceni* iudicant nos peſſimos ydololatras, & non ſolum gentiles, ſed eciam *Chriſtiani* quidam. Nam licet illi *Chriſtiani* venerentur picturas, abhominantur tamen larvas, facies, & horrendas ſculpturas, ſicut ſunt in Eccleſiis: patet in ſepulcro ſancti *Adalberti* in Praga.

De Nyno.

BElo filio *Nemprot* ſucceſſit *Nynus*, qui cepit expugnare, & ſubiugare totum orientem preter *Indiam*. Iſte *Nynus* cepit Regnum *Aſſyriorum*, & nomine ſuo *Nyneven* civitatem trium dierum condidit, & ſedem ibi poſuit regni *Aſſyriorum*, & fuit Rex totius orientis, id eſt medietatis orbis. Secundum *Auguſtinum* facile tunc fuit homines ſine armis indoctos ſubiugare arte pugnandi, maxime quia vox nature clamat, melius ſubiugari, quam mori. Duo autem regna precipua fuerunt, unum in oriente, ſcilicet *Aſſyriorum*, ſecundum in occidente, ſcilicet *Romanorum*, illo deficiente iſtud ſurrexit, eorum enim ſimiles condiciones fuerunt, alia omnia regna fuerunt appendicia ut dicit beatus *Auguſtinus*. Nam *Siciomorum* regnum, id eſt *Grecorum magnum*, magnum fecerunt plus ingenia phi-

Digitized by Google

philoſophorum, & eloquencia, quam res geſte, nam ibi *Atteníenſium* ſtudia, & mira ingenia vel finxerunt, vel addiderunt multa fabuloſa, & ſimplices deceperunt, & homines nunc mutatos in beſtias, ſicut eſt fabula de illo, qui voluit fieri avis, & factus eſt aſinus, per *Sibillam*, & iterum converſus in hominem, quia comedit roſas, & bibit aquam, vel in lapides, vel in aves converſi ſunt, & quod facti ſunt Dii poſt mortem homines, & ſimilia fabuloſa pro parte. Huius *Nyni* filius nomine *Trebeta* poſt mortem patris timens tyrannidem uxoris fugit in Germaniam, & *Treverim* edificavit, & *Theutoniam* populavit &c.

De uxore Nyni.

UXor *Nyni Semiramis* gloria feminarum occiſum audiens virum filio ſuo impuberi timens dare imperium, abſcondit eum ſecretiſſime nutriendum, & ipſa invenit ſibi veſtes thartarico modo formatas, ante pectus replicatas, ne mamille apparerent, longas manicas, ne mulieris manus viderentur, longas veſtes, ad cooperiendum pedes, bracas, quando equum aſcendebat, & precepit nomine filii, quod omnes tali veſte uterentur, & finxit ſe filium *Nyni*, & caput cooperuit, & ſtatim precepit parari arma, & aggreſſa eſt *Yndiam*, & vicit eam, & non contenta elaborato Imperio a marito, *Babylon* cinxit muro, nunquam ſaciata humana occiſione, nec concubitu viri, filiam quandam occulte dicitur genuiſſe in *Yndia*, quam adultam fecit Reginam optime inſule mundi *Saba* nomine, in qua ſemper mulieres ibidem communiter regnum ſuper homines habuerunt, & vidi depictas hyſtorias in pallacio eius, in throno ſcilicet ſedentes mulieres, viros flexis genibus eas adorantes, nam ſicut vidi ibidem oculis, mulieres in curribus ſedent, in cathedris, mariti ducunt boves, vel elephantes. Hec reverſa de Yndia adultum filium accepit maritum, & tenebat tamen eum captum occulte, de quo genuit filium, nomine *Niman*, que adultum pulcrum videns, accepit eciam in maritum, occulte tamen. Quod primus filius cum perpendiſſet, occidit eam, & regnavit pro ea, que tamen quadraginta duobus annis ampliavit, & rexit regnum *Aſſyriorum*.

In *Grecia* erat ſecundus Rex nomine *Gurops*, *Siciomorum* regnum tenebat *Texlion*, quem Deum fecerunt, & ludos inſtituerunt, quia ſub eo felicia tempora habuerunt &c.

Digitized by Google

Tercia etas de nativitate Abrahe.

EXcurſis ab *Adam* annis tribus millibus, trecentis & triginta vel circa, in principio tercie etatis natus eſt *Abraham* hebreus, *Caldei* enim colebant Deum in forma ignis, ſicut eciam hodie faciunt. Sola familia *Heber*, unde dicti ſunt *Hebrei*, de qua natus fuit *Abraham*, non adorabat ignem. Et poſuerunt intus *Abraham*, & fratrem ejus patrem *Loth*. Angelus Domini eduxit *Abraham*, & frater mortuus eſt. Ideo precepit Deus, *Abraham: Egredere de terra, & de cognacione, & domo patris tui*, & eduxit eum primo in *Aram*, deinde in *Canaan*, & apparuit ſibi, & promiſit ei dare terram. Iſte *Abraham* verum Deum perfecte credidit primus, in figura Trinitatis tres vidit, & unum adoravit. Iſte iubente uxore eius *Sara*, voluntate Dei accepit ſecundam uxorem famulam *Sare*, de qua genuit *Yſmael*, de quo nati ſunt *Yſmahelite*, qui nunc dicuntur *Sarraceni*, nomen a Domina, non a famula capientes. Hic accepit a Deo preceptum circumciſionis, cui ſucceſſit nunc baptiſmus. Hic dedit nepoti *Loth* opcionem eligendi terram tanquam minori. Hic cum trecentis XVIII. vernaculis domus ſue, & duobus principibus amicis ſuis improviſos debellavit quatuor Reges, de quorum ſpoliis dedit decimas Summo Regi & Sacerdoti *Melchiſedech*, qui vivebat & ſupervixit poſt mortem *Abrahe* annis triginta quinque. *Loth* liberavit nepotem. Cui *Abrahe* tres Angeli apparuerunt, quorum duo ſubverterunt ipſo vidente *Sodamam* & *Gomorram*, & tres alias civitates, igne & ſulphure de celo, ubi nunc eſt mare mortuum, quod poteſt videri de dormitorio *Minorum* de monte *Syon*. Iſte vidit paſſionem *Chriſti*, quando ſacrificabat Deo *Yſaac* filium ſuum, quem liberavit Angelus. Iſti centenario natus eſt de ſterili *Sara Yſaac*, qui interpretatur riſus, quia *Sara* riſit, qua mortua aliam accepit uxorem nomine *Cethuran*, & genuit filios multos, & filiam nomine *Roma*, & ipſe mortuus eſt annorum C. XXXVII. principatum & omnem ſubſtanciam dimiſit *Yſaac*, prius enim vivente *Sara* & volente, Deoque iubente, proiectus fuerat *Yſmael*, mater eius ancilla *Agar*, cum utilitate aque & pane, qua per deſertum *Pharan* revertente in *Egiptum*, aqua defecit, & ſiti filius periclitabatur, ipſa nolebat videre puerum morientem, & divertit ab eo, tunc Angelus de precibus *Abrahe* oſtendit illi puteum, unde hauſta aqua refocillati ſunt, & ibi habitaculum acceperunt, & factus eſt puer ſagittarius, & venator, mater queſivit ſibi uxorem, & duodecim Duces generabat ibidem &c.

De

Digitized by Google

De Regno Argiuorum.

Iſaac *Arabe* ſucceſſit, qui una contentus uxore *Rebecca*, anno LX. uno concubitu genuit duos, quorum unus prius egreditur, alter ſequens tenebat plantam eius, unde vocatus eſt *Jacob*, frater eius piloſus Eſau poſt dictus fuit *Edon*, id eſt ſanguineus, & malus fuit. Regnum inchoat *Argiuorum*, fuerunt enim in *Grecia* duo fratres, unus nomine *Argus*, a quo dicitur regnum *Argiuorum*, frater eius *Foroneus*, qui primus tenuit iudicium contencioſum, unde forum nominatur, pater eorum Rex *Argolicus*, vel *Argus* vocabatur. Frater tamen *Foronei* minor, in parte ſua, quam pater ſibi dederat, docuit ruſticos numerare menſes, & quid operis agerent quolibet menſe, iungere boves ad aratrum, & ſegetes colere, unde ruſtici poſt mortem ipſum Deum fecerunt, & ad eius ſepulchrum boves mactaverunt; hoc tempore locutus eſt ad *Yſaac*. Tercius Rex *Argiuorum Apis* dictus eſt, homo devotiſſimus, cuius ſoror, vel uxor *Yo*, poſt *Yſis* dicta eſt. Iſte Rex audiens *Egiptum* terram optimam eſſe, cum *Yſi* uxore vel ſorore navibus vectus eſt, & accepto regno docuit *Egipcios* rudiſſimos agros colere, boves coniungere, ſeminare, & metere. *Yo* vel *Yſis* docuit mulieres filare, texere, veſtes componere, quibus defunctis Dei ſeu Dii facti ſunt ab eis, & morte reus, qui non dixerit Deos fuiſſe, non homines. Iſta *Yſis* ſapientiſſima fuit, novas literas adinvenit. *Apis* autem, non *Apis* poſt mortem, ſed *Serapis* nominatus eſt, cuius cauſam reddit Auguſt. XVIII. de Civitate Dei; Sic dicitur, archa, in qua poſitum fuit corpus eius, *Soron* dicitur, unde *Sarcofagus* uſus habet, inde variato vocabulo *Serapis* dictus eſt. Huius deſcendentes fuerunt, ut dicitur, poſtea probiſſimi milites cum magno *Alexandro* cum *Gallis*, *Macedonibus*, poſt cuius mortem nulli ſubeſſe voluerunt, niſi ſimili *Alexandro*, ideo peregrinati ſunt per mundum, quorum quidam venerunt, ubi nunc ſunt alpes *Florencie*, & ibi fecerunt caſtra nomine ſuo plura, que adhuc nomina tenent, quidam tranſiverunt alpes, & illi, qui in alpibus remanſerunt, primo cum *Feſulanis* prelia multa fecerunt, poſtea pacem habuerunt. Hy eciam, qui alpes tranſiverunt, venerunt ad flumen *Secanam*, ubi *Galli Macedones* edificaverunt caſtrum, nomen Dee ſue imponentes ei *Yſis*, filii aut *Serapis*, qui *Yapi* poſtmodum lingua parum variata dicti ſunt *Lapi* a *Feſtunis*, ſicut nunc vocantur *Florencie Lapi*, nolentes ſibi preferri *Gallos*, ex altera parte fluminis aliud edificaverunt caſtrum, & nomen ei *Paryſy* vocaverunt, & quia con-

Tom II. Q tinua

tinua pugna erat inter iſta duo caſtra inter *Par* & *Yſim*, Francones volentes ſedare, eos in quadam inſula, que erat in medio fluminis, caſtrum edificaverunt, & *Uns* vocaverunt, ita pro tunc unum dicebant, tandem facta pace illa certa oppida muro cingentes, *par yſi uns*, *Paryſius* vocaverunt. Hec eſt civitas mater ſcienciarum, & ſedes Regni *Francie*.

Jacob, qui poſtmodum dictus eſt *Israel*, pro eo, quod cum Angelo luctavit, vir ſimplex, & manens in tabernaculo, conſilio matris *Rebecce*, que ipſum plus, quam *Eſau* diligebat, ab *Eſau* fratre ſuo revertente de venacione pro ſcutella lentis emit primogenita, id eſt Regiam dignitatem, quam conſilio matris pater circumventus edulio duorum edorum, (n) quorum pellibus mater manus *Jacob*, & colli nuda protexit, & hauſtum vini benedicendo confirmavit, dicens, benedixique ei, & erit benedictus. Eciam *Jacob* vidit ſcalam, & Deum & Angelos aſcendentes, & deſcendentes & portam celi. Primus erexit lapidem Deo in titulum fundens oleum deſuper, votum facit de decimis, quas ſolvit ex voto tantum, XII. filios generavit ex quatuor uxoribus, duabus nobilibus ſororibus *Lya*, & *Rachel*, & duabus ancillis *Bala* & *Zelfa*. Quorum primus *Ruben* privatus principatu, quod aſcendit cubile patris, & violavit uxorem eius, *Symeon* & *Levi* privati principatu, quia proditorie occiderunt *Emor*, cui dederant ſororem ſuam dominam uxorem, quam ſuſceperat facta pace.

Judas tamen, quia pulcrior, melior, fidelior meruit ſceptrum, quia primus intravit mare diviſum, ideo in exitu *Iſrael* de Egipto facta eſt *Judea* ſanctificacio eius. De iſto *Juda Chriſtus* naſciturus erat. Unde dixit: Non auferetur ſceptrum de *Juda*, & Dux de inter pedum eius, donec veniat *Seyla*, id eſt matrix, vel *Burſa* illa, de qua in pſalmo; populi tui ſpontanei, quaſi de matrice aurore, conſurgens ros adoleſcencie tue; matrix aurore eſt idem quod *Seyla*, & ros adoleſcencie eſt illud quartum, quod *Salomon* dixit ſe penitus ignorare; ſcilicet viam vici in adoleſcencia ſua, quam ſcriptura dicit *Aalma*, id eſt, nulli viro pervia. Iſti fuerunt unius matris *Lye* minus dilecte, magis fecunde. Poſt hoc de *Bala* ancilla *Rachel* genuit duos filios, videlicet *Dan* & *Neptalim*, & de *Selpha* ancilla genuit alios duos, videlicet *Gaad* & *Aſſer*. Poſt iſtos iterum de *Lya* genuit alios duos filios, ſcilicet *Yzachar* & *Zabulon*, & *Dinam* filiam. *Rachel* autem pulcra dilecta genuit *Joſeph*, & *Benyamin*. Anno *Jacob* XC. natus eſt *Joſeph* pulcherrimus, ſapientiſſimus, & Propheta, quem fratres per invidiam vendiderunt primo *Yſmabelitis* poſtmodum *Pu-*

(n) Id eſt: *Hoedorum*.

Digitized by Google

Putifari ſacerdoti, qui ab uxore Domini ſui accuſatus falſo, poſitus fuit in carcerem *Pharaonis*, tandem factus Dominus *Egipti*, liberavit mundum a fame, & patrem & fratres, tandem in *Egipto* defunctus precepit portari oſſa ſua, & ſepeliri in ſpelunca, quam emit *Abraham* a filiis *Emor* in *Ebron*, ubi ſepultus eſt *Adam*, maximus *Abram*, & alii Patriarche. Remanſerunt eutem in *Egipto* poſt *Joſeph* filii *Iſrael* annis CXLIII. *Jude* quarto filio datum eſt ſceptrum regni, quia *Chriſtus* de ipſo erat naſciturus. Sacerdocium datum eſt *Levi* tercio filio. *Joſeph* tamen undecimo filio, qui patrem & fratres a fame ſalvavit, data eſt duplex porcio, & fecit duas tribus ideo partes XII. filii tredecim, ſive tribus, fuit ergo pars terre una accepta *Levi*, & data filio *Joſeph*. Et quia nihil terrenum poſſidebat in dominio temporali, mandavit Deus, ut ſibi, id eſt illi tribui ſacerdotali decime ſolverentur. Utrum autem illa lex hodie duret; videtur, quod non, quia ut dicit Apoſtolus, translato ſacerdocio neceſſe eſt, ut legis translacio fiat. Item quia facto concilio in *Jeruſalem* per Apoſtolos iudicatum eſt: nullum iugum imponendum gentibus converſis de lege veteri, niſi quod abſtineant a fornicacione, ſuffocato, & ſanguine, & ab ydolis, dicente *Apoſtolo*, cur iugum imponimus eis, quod nos, nec patres noſtri potuerunt portare. Videtur ergo doctoribus, quod non virtute illius legis decime ſint de neceſſitate ſalutis, quia nec in prima etate, nec in ſecunda, niſi quas dedit *Abraham Melchiſedech*, non de ſuo, ſed tantum de preda hoſtium, quaſi in recompenſacione, hic obviavit ſibi cum pane & vino. *Jacob* eciam ex voto ſolvit, niſi inquit, feceris mihi hoc, decimas offeram tibi. Ideo quia privatis terrena porcione in recompenſacionem, ut nutrire valeant filios, & uxores, eis decime dari ſunt precepte.

Verum poſt eum, de quo nullam facit mencionem, ſtatuto Eccleſie a *Chriſtianis*, qui debent eſſe perfecciores *Judeis*, decime ſunt ſolvende. Hec ſine preiudicio melioris ſentencie ſentit Doctor *Joannes Scotus*. Utrum autem converſis, vel convertendis, ſi nollent ſe ad hanc legem obligare ſponte, ſed tantum ad illud *Apoſtoli*; unusquiſque prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſticia, neque ex neceſſitate: ylarem enim datorem diligit Deus. Dum autem per alium modum providetur Eccleſie & miniſtris Eccleſie eius, poſſet lex talis imponi, quod non fecerant *Apoſtoli*, nec patres ſequentes longo tempore. Maxime cum multi Tartari, & alie naciones, ut experti ſumus, in civitate, que dicitur *Kamul*; (o)

 ubi

(o) *Camul, Xamo* omnium optima civitas in provincia Turcheſtana in magna Tartaria, a proprio Principe gubernatur hodie, qui in Metropoli Beck reſidet.

Digitized by Google

ubi primo converſi nolebant baptizari, donec juravimus, nihil temporale poſt baptiſmum extorquere ab eis, ymo de noſtro indigentibus providere, quod & fecimus, ſic multitudo civitatis utriusque ſexus baptiſmum libentiſſime receperunt. Dubium eſt tamen, ſalvo meliori Eccleſie judicio, non cogerem eos.

De yſtoriis gentilium & nativitate Moyſi.

Regnantibus apud *Aſſyrios* Rege quarto decimo *Sapro*, apud *Argiuos* ſeu *Grecos*, quinto nomine *Triaſus*, in *Egipto* natus eſt *Moyſes*, & expoſitus aquis a matre, translatus a filia *Pharaonis* ad aulam Regiam, factus primo Dux *Egipciorum*, oraculo quodam debellavit *Ethiopes*, tranſivit deſerta plena ſerpentibus auxilio cyconiarum, que ibices nominantur, & primus invenit militares larvas, ſive cymeras, ut terreret ſerpentes. Qui devicto Rege *Ethiopum*, filiam eius victorie ad nutricem duxit uxorem, qui eciam poſt filium filie *Pharaonis* ſe negans, fugit in deſertum, & videt rubum, precepto Dei oſtenſis ſignis, decem plagis percuſſit *Egiptum*. & eduxit adiutorio *Aaron* fratris filios *Iſrael* de *Egipto*, mari rubro diviſo. Legem a Deo recepit, tandem introducere non potuit in terram promiſſionis, quos eduxerat, nec ipſe intravit.

Iſtis temporibus *Grecorum* ingenia, fabulas multas finxerunt, & falſam *Theologiam*, (p) nam *Prometeum* regem ſuum finxerunt, de terra homines formaſſe, quia ſapiens valde fuit, & doctor, frater eius dictus eſt *Attalaus*, qui fingitur portare celum, quia ſummus Aſtrologus fuit, & mons altiſſimus dicitur *Àtlaus*, quia ibi ſtudebat, tandem venit in *Evropam*, & inter duo maria, ſeu *Piſanum* & *Venetum* in monte equaliter diſtante ab utroque mari per aſtrologiam cognovit eſſe aërem ſaluberrimum & diſpoſitum generacioni fecunde, & ſciencie, ubi cum uxore ſua electam ſtatuit ſibi ſedem, & genuit ſeptem filias muſas omnes, quas Pliades finxerunt, quia fuerunt prudentiſſime, pulcherrime, & eloquentiſſime, & genuit tres filios, quorum primus *Siciliam*, alter *Florencie* patriam & *Alpes* populaverunt, & tercius *Ytaliam* populavit. Eſt enim mons ille iuxta *Florenciam*, ubi fecit civitatem de lapidibus incredibilis magnitudinis, ut videtur hodie nobis, & vocavit eam *Filiam Solis* ab uxore ſua, que hodie dicitur civitas *Feſulana*, unde poſt *Florencia* populata eſt cum *Serapis*. Et ut de Grecorum fabulis nos expediamus, ſequentes cronicas

Je-

(p) Id eſt: *Mythologiam*.

Digitized by Google

Jeronimi & *Euſebii*: eisdem temporibus finxerunt *Minervam*, quam Deam fecerunt, natam de capite *Jovis*, quia fuit in armis fortis, & in artibus ſubtiliſſima, & inventrix, fingunt eciam *Martem* Deum, quia de crimine accuſatus in pago dictorum *Attenienſium* XII, a ſex abſolutus, & a ſex condempnatus fuit, quia prevaluit ſentencia abſolvencium, quia prociores ad parcendum, quam ad condempnandum erant, in quo pago poſt tempora *Paulus* diſputans convertit beatum *Dioniſium*, quando reddidit racionem de ara ignoti Dei, quando viderat ipſe, & aridens ſolem contra naturam eclipſim paſſum in morte *Chriſti*, & unum diem diviſum in duos. Fingunt eciam tres Deas de pulcritudine & pomo aureo contendiſſe, iudicem *Paridem* elegiſſe, que ſunt *Minerva*, *Venus*, & *Juno*. *Jovem* pulcherrimum puerum pro concubitu rapuiſſe, & tot falſa, ſtulta, & turpia de ſuis Regibus conſcripſerunt, quos Deos fecerunt, ut dicit *Auguſtinus*, qui nec ipſi tales, ut eorum Dii, nec uxores deabus ſimiles voluiſſent, & tamen ceca temeritate Deos venerari voluerunt, & diis infecerunt, quare melius eſt ad alias yſtorias ſtilum vertere, ut ad *Romanum* populum veniamus.

De yſtoria gencium.

Poſt diviſionem linguarum *Janus* filius *Noe* navibus venit in *Europam* cum multitudine magna verſus *Ytaliam*, ubi nunc eſt *Roma*, & ibi fixit tentoria, & fecit caſtrum, ubi nunc eſt Sancta *Maria* ad *Janiculum*, & nepos eius eodem nomine edificavit caſtrum *Jani*, ubi nunc *Janua*. *Japhet* cum ſuis populavit partes alias. *Janus* fuit inter alios minus magnus, qui Dii facti ſunt ſecundum *Auguſtinum*. *Cres* filius *Nemprot*, ut dictum eſt, tenuit inſulam *Crete*, ubi genuit *Saturnum*, qui oraculo ammonitus didicit, quod filius ſuus privaret eum regno, ideo filios ſtatim natos occidebat, poete finxerunt, quod devorabat eos. Nato *Jove*, qui & *Jupiter*, cum vellet eum devorare, id eſt occidere, nutrix, ut fingunt, involvit lapidem in panno, & poſuit in guttur eius, & ipſe putavit filium devoraſſe, quem tamen illa abſcondit, fingens, quod mater mortuum peperiſſet. Adultus *Jupiter* fingitur patris genitalia abſcidiſſe, & proieciſſe in mare, unde nata eſt *Juno*. Fabuloſum eſt, veritas tamen eſt, quod patrem voluit occidere, & privavit regno.

Saturnus navi fugit in *Europam*, quem *Janus* libentiſſime ſuſcepit propter eius ſapienciam, & conſortem Regni fecit. Hic *Saturnus* docuit formare monetas, ideo in antiquis denariis ytalie, in monetis, que inve-

Digitized by Google

veniuntur in agris, ex una parte eſt *Janus*, & ex alia parte navis, ſcilicet cum qua venit *Saturnus* in *Sutrium* propè *Romam* (q) frumentum primus in *Europa* ſeminavit, navigare cum velo docuit, ſellas equis invenit. Unde dicuntur eſſe homines medii equi illi primi, quia firmiter equitabant, & multa mira docuit, civitatem edificavit, uſque hodie *Saturniam* nominatam in territorio maritimo, & calida balnea adinvenit, ubi fui poſt. Thus non boves ſacrificandum Diis eius conſilio *Janus* decrevit, iuxta illud, *Thure Deum placa, vitulum ſine creſcat aratro*, unde a thure Thuſcia dicta eſt. Unde verſus, *Tuſcia thura Deis legitur, nun edere primum.* Quo *Saturno* defuncto *Janus* cum thure eum ſepelivit, & Deum fecit, & ludos inſtituit, & *Saturnalia* nuncupantur.

De filio Saturni Capitulum.

Jupiter, quem *Jovem* vocant, poſt expulſionem patris ſui *Saturni*, remanſit Rex in inſula *Crete*, & arte magis quam viribus accepit dominium *Atthenarum*, & regnum ampliavit in *Græcia*. Fingitur autem a poetis ſceleratiſſimus homo fuiſſe, fuit tamen prudentiſſimus, & leges *Atthenienſium* condidit, & poſt fuerunt recepte a *Romanis* pro parte, habuit duas pulcherrimas uxores doctiſſimas, prima vocata nomine *Maya* vel *Myobes*, ſcripſit leges, quas condidit ipſa, & artes liberales tradidit *Attenis*, unde Philoſophi dogmata ſuſceperunt. Hec genuit duos filios qui fuerunt principium *Troye*, unus dictus eſt *Troyus*, a quo poſtea *Troja* civitas nomen accepit, alter *Dardannus*, a quo *Greci* deſcenderunt multi & *Alexander* magnus ſecundum *Pantheon*. Altera ſponſa *Jovis* vocabatur *Juno*, que fuit pulcherrima, & genuit *Danaum*, a quo *Grecie* pars *Danai* ſunt vocati, quia Rex ibi fuit eorum.

Factus autem fuit magnus Deus, quia multa mira docuit, & fecit Hee due uxores *Jovis* fuiſſe filie *Attelantis* a quibusdam ſcribuntur, quam vocat alius, alii *Mayam* vocant, de qua *Mercurius* natus eſt, qui fuit *Grecorum* origo, *Dardanus* *Troyanorum*. *Troya* eſt in *Aſia* minori cuius yſtoria nota eſt, ideo non eſt hic inſerenda, ab ipſa tamen venerunt Principes *Evrope*, qui *Ytaliam*, *Almanniam*, *Germaniam* populaverunt, ſicut *Eneas* cum filio *Sicamo* fuit principium *Romanorum*, nobilium ſcilicet *Juliorum*, unde deſcendit *Julius Ceſar*. *Antenor* condidit

Pa-

(q) Rei numariæ & antiquitatis periti hanc navim propter duplex roſtrum de tempore explicant, quemadmodum Jani bifrontem faciem.

Digitized by Google

um, unde ſunt verſus in eius ſepulcro : *Hic iacet Antenor Paduanę* tor urbis, proditor ille fuit, quique ſequatur eum.

De yſtoria originis Regni ytalie.

Jano primo Regi poſt mortem *Saturni* ſucceſſit filius eius *Picus*. *Pico* Regi filius eius *Stertucius* dictus, eo, quod ipſe terras ſteriles ſtercore fecit fructiferas. Iſti filius *Fannius* ſucceſſit in Regno, de *Fannis* mira leguntur, *Fanno Latinus* Rex ſucceſſit, a quo *Latini* ſunt dicti *Ytalici*. Uxor eius *Carmentis* nomine literas latinas vel invenit, vel autorizavit tempore, quo *Delbora* Prophetiſſa judicabat *Iſrael*. Anno ab Adam quatuor millia LXI, a diluvio mille ducenta LXXI, a diviſione linguarum mille centum LXXX. Anno Imperii *Nyni* Regis *Aſſyriorum* octingenteſimo LX. temporibus *Delbore* Prophetiſſe ortum eſt in *Ytalia* regnum *Laurentum* ſub *Jano* primo Rege *Ytalie* in *Sabina*.

Anno autem ab *Adam* quatuor millia LXXX, a diluvio, mille trecenti, a diviſione linguarum mille ducenti, ab Imperio *Nyni* octingenti LXX. ſeptimo; Rapta eſt *Helena* a *Troyanis*, uxor *Menelai*, propter quam cauſam obſeſſa *Troya* decem annis, & deſtructa fuit, *Enea* Regis *Priami* genero prodente civitatem. Fuit autem *Troya* ciuitas maxima, cuius incendium duravit per multos dies. Iſti autem, qui ceperunt eam, dicuntur *Greci*, quia tunc *Calabria* ſecundum *Jeronimum* magna *Grecia* vocabatur, tamen *ytalica* gens fuit, & adhuc hodie vinum quod naſcitur *Neapoli*, & in confinibus, vinum *Grecum* vocatur, & in epiſcopatu meo monaſteria multa *greca* ſunt, & tamen Domini ſunt latini.

Poſt deſtruccionem *Troye*, *Priamo* ſponte combuſto in igne, quia noluit exire, diverſi *Troyanorum* Principes diverſas ſibi ſedes elegerunt. Nam *Eneas*, *Priami* Regis *Troyanorum* gener, & proditor, uxorem ſuam filiam Regis *Priami* occidit, & demonibus ſacrificavit, eius ſanguinem filium eiusdem *Aſcanium* viginti navibus cum maxima multitudine *Troyanorum* ſecum in *Ytaliam* duxit, & per portum *Cymbis* intrans, a latino Rege ibi regnante in civitate *Peneſtra* benigne ſuſceptus eſt, cui obtulit *Eneas* pulcherrimam coronam *Priami*, & dona multa. Erat autem filia Regis *Lavinia* puella decora valde, quam *Eneas* petivit, mater puelle contradixit, quia iam erat deſponſata iuveni pulcherrimo *Turno* Regi *Tuſcorum*, tandem bello duellati, *Eneas* optinuit eam, & gravidavit, & antequam pareret, mortuus eſt. Que timens *Aſcanium* filium *Enee*, quem ſe-

Digitized by Google

ubi primo converſi nolebant baptizari, donec juravimus, nihil temporale poſt baptiſmum extorquere ab eis, ymo de noſtro indigentibus providere, quod & fecimus, ſic multitudo civitatis utriusque ſexus baptiſmum libentiſſime receperunt. Dubium eſt tamen, ſalvo meliori Eccleſie judicio, non cogerem eos.

De yſtoriis gentilium & nativitate Moyſi.

REgnantibus apud *Aſſyrios* Rege quarto decimo *Sapro*, apud *Argiuos* ſeu *Grecos*, quinto nomine *Triaſus*, in *Egipto* natus eſt *Moyſes*, & expoſitus aquis a matre, translatus a filia *Pharaonis* ad aulam Regiam, factus primo Dux *Egipciorum*, oraculo quodam debellavit *Ethiopes*, tranſivit deſerta plena ſerpentibus auxilio cyconiarum, que ibices nominantur, & primus invenit militares larvas, ſive cymeras, ut terreret ſerpentes. Qui devicto Rege *Ethiopum*, filiam eius victorie ad nutricem duxit uxorem, qui eciam poſt filium filie *Pharaonis* ſe negans, fugit in deſertum, & videt rubum, precepto Dei oſtenſis ſignis, decem plagis percuſſit *Egiptum*. & eduxit adiutorio *Aaron* fratris filios *Iſrael* de *Egipto*, mari rubro diviſo. Legem a Deo recepit, tandem introducere non potuit in terram promiſſionis, quos eduxerat, nec ipſe intravit.

Iſtis temporibus *Grecorum* ingenia, fabulas multas finxerunt, & falſam *Theologiam*, (p) nam *Prometeum* regem ſuum finxerunt, de terra homines formaſſe, quia ſapiens valde fuit, & doctor, frater eius dictus eſt *Attalaus*, qui fingitur portare celum, quia ſummus Aſtrologus fuit, & mons altiſſimus dicitur *Atlaus*, quia ibi ſtudebat, tandem venit in *Europam*, & inter duo maria, ſeu *Piſanum* & *Venetum* in monte equaliter diſtante ab utroque mari per aſtrologiam cognovit eſſe aërem ſaluberrimum & diſpoſitum generacioni fecunde, & ſciencie, ubi cum uxore ſua electam ſtatuit ſibi ſedem, & genuit ſeptem filias muſas omnes, quas Pliades finxerunt, quia fuerunt prudentiſſime, pulcherrime, & eloquentiſſime, & genuit tres filios, quorum primus *Siciliam*, alter *Florencie* patriam & *Alpes* populaverunt, & tercius *Ytaliam* populavit. Eſt enim mons ille iuxta *Florenciam*, ubi fecit civitatem de lapidibus incredibilis magnitudinis, ut videtur hodie nobis, & vocavit eam *Filiam Solis* ab uxore ſua, que hodie dicitur civitas *Feſulana*, unde poſt *Florencia* populata eſt cum *Serapis*. Et ut de Grecorum fabulis nos expediamus, ſequentes cronicas Je-

(p) Id eſt: *Mythologiam*.

Digitized by Google

Jeronimi & *Euſebii*: eisdem temporibus finxerunt *Minervam*, quam Deam fecerunt, natam de capite *Jovis*, quia fuit in armis fortis, & in artibus ſubtiliſſima, & inventrix, fingunt eciam *Martem* Deum, quia de crimine accuſatus in pago dictorum *Attenienſium* XII, a ſex abſolutus, & a ſex condempnatus fuit, quia prevaluit ſentencia abſolvencium, quia pronores ad parcendum, quam ad condempnandum erant, in quo pago poſt tempora *Paulus* diſputans convertit beatum *Dioniſium*, quando reddidit racionem de ara ignoti Dei, quando viderat ipſe, & aridens ſolem contra naturam eclipſim paſſum in morte *Chriſti*, & unum diem diviſum in duos. Fingunt eciam tres Deas de pulcritudine & pomo aureo contendiſſe, iudicem *Paridem* elegiſſe, que ſunt *Minerva*, *Venus*, & *Juno*. *Jovem* pulcherrimum puerum pro concubitu rapuiſſe, & tot falſa, ſtulta, & turpia de ſuis Regibus conſcripſerunt, quos Deos fecerunt, ut dicit *Auguſtinus*, qui nec ipſi tales, ut eorum Dii, nec uxores deabus ſimiles voluiſſent, & tamen ceca temeritate Deos venerari voluerunt, & alios infecerunt, quare melius eſt ad alias yſtorias ſtilum vertere, ut ad *Romanum* populum veniamus.

De yſtoria gencium.

POſt diviſionem linguarum *Janus* filius *Noe* navibus venit in *Europam* cum multitudine magna verſus *Ytaliam*, ubi nunc eſt *Roma*, & ibi fixit tentoria, & fecit caſtrum, ubi nunc eſt Sancta *Maria* ad *Janiculum*, & nepos eius eodem nomine edificavit caſtrum *Jani*, ubi nunc *Janua*. *Japhet* cum ſuis populavit partes alias. *Janus* fuit inter alios minus malus, qui Dii facti ſunt ſecundum *Auguſtinum*. *Cres* filius *Nemprot*, ut dictum eſt, tenuit inſulam *Crete*, ubi genuit *Saturnum*, qui oraculo ammonitus didicit, quod filius ſuus privaret eum regno, ideo filios ſtatim natos occidebat, poete finxerunt, quod devorabat eos. Nato *Jove*, qui & *Jupiter*, cum vellet eum devorare, id eſt occidere, nutrix, ut fingunt, involvit lapidem in panno, & poſuit in guttur eius, & ipſe putavit filium devoraſſe, quem tamen illa abſcondit, fingens, quod mater mortuum peperiſſet. Adultus *Jupiter* fingitur patris genitalia abſcidiſſe, & proieciſſe in mare, unde nata eſt *Juno*. Fabuloſum eſt, veritas tamen eſt, quod patrem voluit occidere, & privavit regno.

Saturnus navi fugit in *Europam*, quem *Janus* libentiſſime ſuſcepit propter eius ſapienciam, & conſortem Regni fecit. Hic *Saturnus* docuit formare monetas, ideo in antiquis denariis ytalie, in monetis, que inve-

Digitized by Google

veniuntur in agris, ex una parte eſt *Janus*, & ex alia parte navis, ſcilicet cum qua venit *Saturnus* in *Sutrium* propè *Romam* (q) frumentum primus in *Europa* ſeminavit, navigare cum velo docuit, ſellas equis invenit. Unde dicuntur eſſe homines medii equi illi primi, quia firmiter equitabant, & multa mira docuit, civitatem edificavit, uſque hodie *Saturniam* nominatam in territorio maritimo, & calida balnea adinvenit, ubi fui poſt. Thus non boves ſacrificandum Diis eius conſilio *Janus* decrevit, iuxta illud, *Thure Deum placa, vitulum ſine creſcat aratro*, unde a thure Thuſcia dicta eſt. Unde verſus, *Tuſcia thura Deis legitur, nunc edere primum.* Quo *Saturno* defuncto *Janus* cum thure eum ſepelivit, & Deum fecit, & ludos inſtituit, & *Saturnalia* nuncupantur.

De filio Saturni Capitulum.

Jupiter, quem *Jovem* vocant, poſt expulſionem patris ſui *Saturni*, remanſit Rex in inſula *Crete*, & arte magis quam viribus accepit dominium *Atthenarum*, & regnum ampliavit in *Græcia*. Fingitur autem a poetis ſceleratiſſimus homo fuiſſe, fuit tamen prudentiſſimus, & leges *Attbenienſium* condidit, & poſt fuerunt recepte a *Romanis* pro parte, habuit duas pulcherrimas uxores doctiſſimas, prima vocata nomine *Maya*, vel *Myobes*, ſcripſit leges, quas condidit ipſa, & artes liberales tradidit *Attenis*, unde Philoſophi dogmata ſuſceperunt. Hec genuit duos filios, qui fuerunt principium *Troye*, unus dictus eſt *Troyus*, a quo poſtea *Troya* civitas nomen accepit, alter *Dardannus*, a quo *Greci* deſcenderunt multi, & *Alexander* magnus ſecundum *Pantheon*. Altera ſponſa *Jovis* vocabatur *Juno*, que fuit pulcherrima, & genuit *Danaum*, a quo *Grecie* pars *Danai* ſunt vocati, quia Rex ibi fuit eorum.

Factus autem fuit magnus Deus, quia multa mira docuit, & fecit. Hee due uxores *Jovis* fuiſſe filie *Attelantis* a quibusdam ſcribuntur, quam vocat alius, alii *Mayam* vocant, de qua *Mercurius* natus eſt, qui fuit *Grecorum* origo, *Dardanus Troyanorum*. *Troya* eſt in *Aſia* minori, cuius yſtoria nota eſt, ideo non eſt hic inſerenda, ab ipſa tamen venerunt Principes *Evrope*, qui *Ytaliam*, *Almanniam*, *Germaniam* populaverunt, ſicut *Eneas* cum filio *Sicamo* fuit principium *Romanorum*, nobilium ſcilicet *Juliorum*, unde deſcendit *Julius Ceſar*. *Antenor* condidit *Pa-*

(q) Rei numariæ & antiquitatis periti hanc navim propter duplex roſtrum de tempore explicant, quemadmodum Jani bifrontem faciem.

Paduam, unde ſunt verſus in eius ſepulcro : *Hic iacet Antenor Paduane conditor urbis, proditor ille fuit, quique ſequatur eum.*

De yſtoria originis Regni ytalie.

Jano primo Regi poſt mortem *Saturni* ſucceſſit filius eius *Picus. Pico* Regi filius eius *Stertucius* dictus, eo, quod ipſe terras ſteriles ſtercore fecit fructiferas. Iſti filius *Fannius* ſucceſſit in Regno, de *Fannis* mira leguntur, *Fanno Latinus* Rex ſucceſſit, a quo *Latini* ſunt dicti *Ytalici.* Uxor eius *Carmentis* nomine literas latinas vel invenit, vel autorizavit tempore, quo *Delbora* Prophetiſſa judicabat *Iſrael.* Anno ab Adam quatuor millia LXI, a diluvio mille ducenta LXXI, a diviſione linguarum mille centum LXXX. Anno Imperii *Nyni* Regis *Aſſyriorum* octingenteſimo LX. temporibus *Delbore* Prophetiſſe ortum eſt in *Ytalia* regnum *Laurentum* ſub *Jano* primo Rege *Ytalie* in *Sabina.*

Anno autem ab *Adam* quatuor millia LXXX, a diluvio, mille trecenti, a diviſione linguarum mille ducenti, ab Imperio *Nyni* octingenti LXX. ſeptimo; Rapta eſt *Helena* a *Troyanis*, uxor *Menelai*, propter quam cauſam obſeſſa *Troya* decem annis, & deſtructa fuit, *Enea* Regis *Priami* genero prodente civitatem. Fuit autem *Troya* ciuitas maxima, cuius incendium duravit per multos dies. Iſti autem, qui ceperunt eam, dicuntur *Greci*, quia tunc *Calabria* ſecundum *Jeronimum* magna *Grecia* vocabatur, tamen *ytalica* gens fuit, & adhuc hodie vinum quod naſcitur *Neapoli*, & in confinibus, vinum *Grecum* vocatur, & in epiſcopatu meo monaſteria multa *greca* ſunt, & tamen Domini ſunt latini.

Poſt deſtruccionem *Troye*, *Priamo* ſponte combuſto in igne, quia noluit exire, diverſi *Troyanorum* Principes diverſas ſibi ſedes elegerunt. Nam *Eneas*, *Priami* Regis *Troyanorum* gener, & proditor, uxorem ſuam filiam Regis *Priami* occidit, & demonibus ſacrificavit, eius ſanguinem filium eiusdem *Aſcanium* viginti navibus cum maxima multitudine *Troyanorum* ſecum in *Ytaliam* duxit, & per portum *Cymbis* intrans, a latino Rege ibi regnante in civitate *Peneſtra* benigne ſuſceptus eſt, cui obtulit *Eneas* pulcherrimam coronam *Priami*, & dona multa. Erat autem filia Regis *Lavinia* puella decora valde, quam *Eneas* petivit, mater puelle contradixit, quia iam erat deſponſata iuveni pulcherrimo *Turno* Regi *Tuſcorum*, tandem bello duellati, *Eneas* optinuit eam, & gravidavit, & antequam pareret, mortuus eſt. Que timens *Aſcanium* filium *Enee*, quem ſe-

ſecum adduxit de *Troya*, abſcondit ſe in ſilva, & ibi peperit poſtimum (r) *Enee* filium, qui eſt a ſilva *Silvius* appellatus. Filius autem *Enee Aſcanius*, ſicut bonus homo inquiſivit, & reperit germanum ſuum ex patre, & non ex matre, & dilexit eum multo plus, quam proprios filios, ſibi & propriis filiis edificavit civitatem nomine *Alba*, ſuper fluvium *Albula*, unde & Reges *Albanorum* communiter ſunt vocati. Iſte fluvius poſtea dictus eſt *Tyberis*, quia in eo ſubmerſus eſt *Tyberius*. Silvius poſtimus filius *Enee* & *Lavinie* tenuit regnum avi ſui & matris. *Aſcanius* in *Alba* civitate regnavit, & genuit filium *Julium*, primum omnium *Juliorum*, & poſt duodecim annos fecit Regem *Lacii* Regis ſive *Latini* germanum ſuum *Silvium* poſtimum filium *Lavinie*, que fuerat filia Regis *Latini*, & per conſequens vera heres, & ſic utrumque regnum poſſedit Poſtimus *Silvius*, ſcilicet regnum *Laurentum* & *Tuſcorum*. Iſto tempore regnum *Sicioniorum* & *Argiuorum* regnum defecerunt, & per conſules *Grecia* regi cepit uſque ad *Philippum* Patrem *Alexandri*.

De origine Romane urbis.

Albanis Regibus per *Aſcanium* in *Alba* regnantibus cepit illud regnum diuturnum primum *Aſſyriorum* infirmari, quod duraverat annis mille trecentis quinque, & merito, quia filia *Babilonis* Roma parturiebatur, ut deducit Beatus *Auguſtinus* de Civitate Dei Lib. XVIII. & incepit, ut *Virgiliano* verſu loquar: *Proximus ille Procax Troyane gloria gentis*, ſcilicet hoc fuit principium generacionis *Rome*. Poſt *Eneam* namque fuerunt duodecim Reges, quorum ultimus fuit *Avencius* dictus, a quo nomen accepit quidam mons in *Roma*, qui dicitur *Aventinus*, a quo natus eſt *Procax*. Iſte *Procax* filius *Aventini* in *Alba* genuit *Amulium*, & *Inmutorem*. *Amulius* capit regnum, & expulit *Inmutorem* fratem ſuum, qui non reliquit heredem, niſi feminam, nomine *Ream ſilviam*, que alio nomine vocatur *Ylia*. Hec condidit ſibi civitatem in medio regni *Latini*, quam vocavit *Reate*, unde verſus; *In campis Latie bene condidit Rea Reate*. Hic verſus eſt hodie in circulo ſigilli illius communitatis. Quod conſiderans *Amulius* timuit iſtam, tanquam maioris fratris & Regis heredem, unde fecit eam monialem in monaſterio Virginum Dee *Veſte*, que tunc in *Ytalia* florebant in virginitate in tantum, ut recitat *Valerius Maximus*, quod cum quedam virgo *Veſtalis* poſt conditam *Romam* falſo fuiſſet accuſata

(r) Id eſt: *Poſthumum*.

a de ſtupro, fronam (s) purgavit hauſta aqua de Tyberi cum cribello, (t) quam portavit uſque ad Deam ſuam demone operante, & Deo permittente.

Iſta autem *Rea* ſtuprata eſt a quodam ſacerdote templi *Martis*, quem *Greci* Deum fecerunt, quia fuerat bellicoſus, *Aroes* vocantes, a quo *Ariopagum Atthenienſe* dictum eſt. Que *Rea* concepit geminos, & peperit, quo audito *Amulius* fecit eam vivam ſepeliri, & natos proici in fluvium *Tyberim*, qui tunc *Albula* vocabatur.

Prope erat habitans quidam paſtor regius, nomine *Faſtulus*, (u) cuius uxor *Lupa* meretrix vocabatur, qui recoligens infantes optulit uxori, que tanquam filios nutrivit eos, occulte tamen, & unum *Remum* alium *Romulum* appellavit. *Faſtulus* autem putaticius pater eorum ignorans eorum regalem progeniem, tanquam filios, cuſtodiendis Regis *Albanenſis* patrui ſui ovibus deputavit. Cunque cum aliis paſtorum filiis morarentur in ſilvis, pro ludo, ut ſolent pueri, Regem *Romulum* elegerunt, qui ut vere non puer, ſed ut Rex tanta ſeveritate punire fecit conſocios, ut ad Regem *Amulium* eius crudelitas pervenerit. Qui audiens, quod iſte omnino dicebat ſe Regem, vocari fecit adoleſcentem, increpans eum dure, quare conſocios ſic acriter verberaſſet? tunc *Romulus* imperterrita facie reſpondit; Ego feci, ſicut Regem facere decet. Tunc Rex *Amulius* ait: ergo Rex es tu? ego, inquit, Rex ſum illorum, qui me in Regem ſuum motu proprio elegerunt, & eis, tanquam Rex eorum dominari intendo. Tunc *Amulius* Rex videns tantam in adoleſcente conſtanciam, tantam eloquenciam, tantam prudenciam, cogitare cepit, unde huic omnia iſta? & profunde perſcrutatus quidem, quis eſſet, & unde veniſſet, didicit eſſe nepotem, & poſt ſe regnare conſtituit ipſum & fratrem *Remum*. Ipſi autem non contenti progenitorum dominio, auxilio paſtorum, cum quibus nutriti fuerunt, tercio Kalendas *Maji* ſub *Martis* nomine, quem patrem ſuum fuiſſe putabant, *Rome* fundamenra iecerunt, & funiculis terminos clauſerunt, legem firmiſſimam ſtatuentes, ut qui terminos poſitos transgreſſi fuiſſent, rei capitis punirentur.

Cumque *Remus* quondam ſero innixus lancea funiculum transmeaſſet, miles quidam *Romuli*, qui erat poſitus pro cuſtodia, occidit eum. Utrum tamen ſciente vel neſciente *Romulo*, penitus ignoratur. Tradicio tamen fuit, quod ſibi non diſplicuit, quia ſicut dicit *Leo* Papa in quodam ſermo-

(r) Id eſt: ſuſpicionem ſacrilegii, ſeu inceſtus publici. (s) Id eſt: parvo cribro. (u) Fauſtulus.

Digitized by Google

mone: *Is qui tibi nomen dedit, fraterna te cede fedavit.* Prima ergo civitas a fratricida in prima mundi etate, tanquam mater civium mundi, ſimiliter filia *Roma* a fratricida fundata eſt. Hac *Roma* adoleſcente in ipſum Regna *Ytalica* concurrerunt, ſcilicet *Laurenticum, Tuſcorum, Sabinorum,* & *Albanorum* filiorum *Aſcanii Troyanorum,* & illud tunc famoſiſſimum & diuturnum Regnum *Babilonie,* quod duraverat annis mille trecentis & amplius, finem accepit.

Ultimus ergo Rex *Aſſyriorum,* qui in *Babilon* regnabat, dictus eſt *Sardanapalus,* homo omni vicio plenus, muliere corrupcior. Hic more illarum raro inter homines viſus, inter mulieres filabat, & per internunccios reſponſa dabat Ducibus & prefectis. *Arbacus* autem prefectus illius in regione *Medorum* tantum optinuit, quod intromiſſus fuerit videre Dominum ſuum, quem videns inter mulierculas fila penſantem, egreſſus eſt, & ait; indignum eſt, tot nobiles viros tam vili muliercule ſubiugari, contra eum congregavit exercitum, ipſe namque *Sardanapalus* videns ſe non poſſe reſiſtere, ſe in ſuo palacio cum omnibus igne cremavit. Hic *Sardanapalus,* ut dicit *Ariſtoteles* culpabat Deum, quia non fecit homini collum gruis, ut cibo & potu delectaretur magis, hic eciam primus culcitras adinvenit, & omnem laſciviam muliebrem & molliciem.

De primo edificio Rome facto.

PRimum edificium *Rome* factum *Aſilum,* quaſi auxilium eſt vocatum, quia quantumcunque ſceleratus occidendus confugiebat ad ipſum, ſalvus erat, & francus; *(x)* unde omnes patrie latrones ibidem cum paſtoribus congregantur, vivebant maxime de glandibus groſſis, que uſque hodie circa *Romam* multum habundant, quas comedunt columbe infinite ſilveſtres, que in ſilva morantur; de venacionibus maxime & gregibus vicinorum, maxime *Sabinorum* vivebant. Fecit autem *Romulus* Senatores centum, qui populum gubernabant, cumque non haberent uxores, nec a vicinis habere poſſent, ludos inſtituerunt & forum tempore quodam, & invitaverunt vicinos, maxime *Sabinenſes.* Cumque puelle *Sabinenſium* ad coream exiſſent. *Quirites,* id eſt, *Romani,* qui tunc ſic vocabantur pro eo, quod *Romulus Quirinus* poſt mortem *Remi* vocatus eſt, qui eciam *Quirites* de inſidiis exurgentes, ſinguli ſingulas rapuerunt uxores, gravidaverunt eas, & conſolati ſunt eas, nam mulieres de talibus cito conſolantur, patres earum exercitum paraverunt, & anno ſequenti venerunt

(x) Id eſt: *Liber.*

Digitized by Google

runt contra *Quirites*, & dum eſſent in procinctu bellandi, conſilio cuiuſdam antiqui filie eorum ſolutis crinibus exierunt cum natis in medio duarum acierum clamantes, & ululantes, tunc *Subinenſes* filiabus parcentes & heredibus, pacem ibidem fecerunt, & populum unum, generos ex hoſtibus agnoſcentes. Ordinavit eciam *Romulus* Senatores centum, qui populum gubernabant, qui cum regnaſſet annis XXVIII, & in lacu *Capralico* cecidit, vel non comparuit, quem in rei veritate Senatores, quos ipſe ordinaverat, ſubmergi fecerunt, & finxerunt eum in Deos relatum, quod ideo populus facilius credidit, quia illo die ecclipſis ſolis fuit, quem Deum fecerunt nomine *Quirini*, & ei templum conſtruxerunt. Hic decem menſium annum conſtituit, & fecit omnes menſes equales dierum XL. & primum a *Marte*, quem patrem fingebat *Marcium*, ſecundum a matre *Aprilem*, tercium ſub honore maiorum Mayum, quartum ſub honore militum *Junium*, quaſi iuvenum, ſcilicet militum appellavit. Reliquos per numerorum nomina ſcilicet *Quintilem*, *Sextilem*, *Septembrem*, *Octobrem*, *Novembrem* nominavit. *Tulius* in eius dedicacione concionatur ad populum dicens, *Romulus* vere Deus eſt, quem non ruſtici Deum fecerunt, ſed iam adoleſcente *Roma* a viris ſapientibus & miris ſignis apparentibus inter Deos relatus eſt. Huic ſucceſſit *Numa Pomfilius* homo *ſagaciſſimus*, qui duos menſes addidit anno, & duodecim eſſe deſtinxit, & ordinavit, & primum a *Jano Januarium*, ſecundum a *Februa* matre Deorum nominavit *Februarium*, reliquos autem ut prius.

Numa regnavit annis XL. *Tulius Hoſtilius* regnavit annis XXXIII. *Antbonius Marcus* regnavit annis XXXIII. *Tarquinus Priſcus* regnavit annis XXXVIII. *Tulius Servilius* regnavit annis XXXIII, quo tempore *Cyrus* Rex *Aſſyriorum*, *Tarquinus ſuperbus*, qui excogitavit omnia genera tormentorum, regnavit annis XXXV. Hic expulſus eſt de *Roma*, & fecit multa prelia contra *Romanos* propter ſtuprum *Lucrecie* uxoris filii ſui, quam violenter non volentem corrupit germanus mariti, que in vindictam injurie in conſpectu Senatus gladio ſe transfixit, ut notat *Auguſtinus* Libro de Civitate Dei. Ex tunc *Romani* Regem in perpetuum habere noluerunt, ſed per conſules rempublicam adminiſtrare ceperunt, uſque ad *Julium Ceſarem*, qui primus factus eſt Conſul, Dictator, & Imperator, & annis quatuor imperavit, a *Bruto* & *Caſſio* interfectus eſt poſt innumeras victorias. Cui ſucceſſit *Octavianus Auguſtus*.

Anno ab urbe condita ſeptingenteſimo LII. regnavit *Octavianus Auguſtus*, ſub quo natus eſt *Chriſtus*, & in die nativitatis eius *Rome* tres ſoles apparuerunt, qui convenerunt in unam rotam, & in eius medio

R 2 puel-

Digitized by Google

puella crinibus diſſoluta cum puero apparuit, & in ſiniſtra ſpicas ſeptem habens, & in circuitu pro corona duodecim ſtellas, oſtendente Sibilla. Tunc *Octavianus* exclamans dixit: *hec eſt ara celi*, & ſtatim ibidem aram erexit, incenſum obtulit illi Virgini & filio, & adoravit, qui locus uſque hodie dicitur *Araceli*, ubi nunc eſt locus fratrum *Minorum*. Hic poſſet poni decurſus Imperatorum, uſque ad *Karolum* quartum, quod cauſa brevitatis *Romanorum* Cronicis relinquamus, & ad materiam noſtram Cronicarum *Boemicalium* preconceptam revertamur.

Incipit Prologus ſeu Prefacio Fratris Johannis de Florencia Epiſcopi Byſynianenſis.

PRecepiſti Sereniſſime Imperator & ſemper Auguſte *Karole quarte*, ut ſilvam Cronicarum *Boemicalium* introirem, & inter ſpinarum vepriumque inextricabiles intricaturas ſemitam aliqualem dirigerem in ordine dicendorum, ſqualoribus confuſe yſtorie reſecatis. Verum quia amor omnia eciam, que videntur impoſſibilia, ut amato placeat, redigit ad poſſibilem facultatem, iuxta *Platonis* ſentenciam in *Thymeo*. Tue igitur iuſſioni parere cupiens, non attendens, quod incognitam omnino linguam & patriam iuſſus eram diſcurrere, etſi minus prudenter, magis tamen libenter, minus eciam caute ingreſſus ſum ſolitudinem memoratam. Et tum incognita nemora tam perſonarum, quam nominum, que mea lingua *Florentina* eciam non valet exprimere, introiſſem, dum me exire putarem, in domo *Dedali* me reperi vagabundum, nulloque additu mihi patefacto, dum oneri, quod aſſumpſeram, ſuccumbere me putarem, per quaſdam rimulas cepi lumen parvum percipere veritatis. Apparuit enim michi juvenis *Wenceslaus* filius Ottokari, quem *Brandenburgenſis* habuit in tutela, (y) qui triceſimus quartus Rex fuiſſe noſcitur a *Libuſſa*, qui tamen *Primysl* quinto Regi, in ordine triceſimo quinto noſcitur ſolium reliquiſſe. Cui ſucceſſit triceſimus ſextus in ordine Rex, eciam nomine *Wenczeslaus*. Ex cujus filia triceſimo ſeptimo loco naſcitur equivocus juvenis *Wenceslaus Ungarie* coronatus in Regem, dum ad paternum ſolium remeat, in Olomucz civitate Moravie proditorie quadam die, dum in pallacio luderet, occiſus eſt, a duobus peſſimis Aſſiſſinis. Tunc *Rudolphus* filius *Alberti* Ducis *Auſtrie* invaſit *Boemie* regnum, ſed cito de hac luce

(y) Errat Marignola, non hunc Wenceslaum, ſed quem ſecundo loco ponit, & triceſimum ſextum in ordine Regem vocat, fuit ſub tutela Marchionis Brandeburgici.

Digitized by Google

luce ſubtractus, mundum ſimul & *Boemie* regnum dereliquit. *Henricus* autem Dux *Karynthie* habens filiam primogenitam Regis penultimi in uxorem, filiam ſcilicet *Wenceslai*, quamvis eciam Dux *Slezie* ſecundam filiam haberet uxorem, de qua nati ſunt duo illuſtriſſimi Duces ſcilicet *Wenceslaus* & *Ludovicus* de *Legnicz*, que iacet in *Aula Regia*; nullo viro de ſemine Regio remanente, putavit ſe Regnum *Boemie* jure hereditario poſſidere. Cumque nullam hyſtoriam ſcriptam reperire valerem, que me perduceret ad exitum tante obſcuritatis nominum ſcilicet equivocorum Regum, & perſonarum michi penitus ignotarum, oculos mentis cepi levare ad radium tue Sereniſſime Maieſtatis, quo directus oraculo occurrit *Elizabeth* ſtella micans illuſtriſſima mater tua, hec, ut dicitur de *Rebecca*, Virgo pulcherrima, & incognita viro, gratis oculis, & venuſto aſpectu, plus mente quam carne prefulgida, Divina diſponente clemencia non evolaverat ad terras alias, ut ſorores, ſed quaſi columpna immobilis remanſerat in domo paterna preſagium futurorum. Nam ſicut in principio *Boemici* Regni minor filia *Principiſſa Libuſſa* ſapiencia maior excluſis ſororibus Divino oraculo, a quo omnia miro ordine diſponuntur, qui transfert regna, & diſponit etates, pro ſe, & viro, quem elegit, obtinuit principatum, *Boemie*que Ducatum. Sic & hec *Elizabeth* pro ſe, & viro ſibi predeſtinato, non ab homine, ſed a Deo, regnum obtinuit memoratum. Nam iuxta nominis interpretacionem hec coniuncio facta Divino munere deſignatur. *Helyſa* enim pater *Sclavice* gentis fuit, unde *Sclavi* quaſi *Heliſani* vel glorioſi dicuntur. *Beth* in *hebreo* domus interpretatur. Unde *Bethleem* domus panis dicitur, *leem* enim in *hebreo*, panis eſt in latino, bene ergo *Eliſabeth* domus elyſa dicitur. Ad quam domum intravit *Johannes*, qui *gracia* interpretatur, nec miſterio vacat, ſi a beato *Jeronimo heliſabeth* Princeps mea interpretatur, ut ex nomine pateat, qui a Deo obtinuit principatum, quem *Johannes* Rex illuſtris deſcendens a Magno *Karolo* de *Troyanis* ſuo ingreſſu reddidit gracioſum, ſi ergo coniungitur cum gracia gloria, proles que gignitur, vincens laudem merito nominatur, juxta *Sibille Libuſſe* vaticinium eructantis, quod prima oliva ſue poſteritatis *vincens laudem* tocius ſui ſanguinis & ſeminis vocaretur, ſive *maior gloria domus*. Quis ergo maior gloria domus *Sclavonice* gentis poteſt eſſe, quam proles inclita Illuſtriſſime *Eliſabeth Karolus Romanorum* Imperator, & ſemper Auguſtus, heres *Boemici* regni. Nam etſi ejuſdem generis & ſanguinis fuerit maximus *Dyoclecianus* Auguſtus, & *Maximianus* eius filius *Romani* Imperatores, nullo modo tamen glorie *Karoli* poſſunt equiparari, quia ille de plebeo ſanguine ſola probitate mun-

Digitized by Google

danarum virtutum, quas exaltabant tunc *Romani* generoſi, faſces Ceſareas ſunt adepti. Verum quia crudeliſſimi perſecutores fuerunt nominis *Chriſtiani*, excecati fuerunt, & inglorii, & eodem die unus in oriente, alter in occidente Imperialem purpuram deponentes plebeyam vitam duxerunt. *Karolus* autem ex Deorum gentilium *Saturni* & *Jovis* recta linea per *Troyanos* noſcitur deſcendiſſe, & de qua per *Enee* filium poſtimum *Silvium* per *Laviniam* filiam Regis *Jani* Principis *Tuſcorum*, patremque populi *Romanorum* attraxit originem, nec non a *Julio* Ceſare de domo inclita *Juliorum*. *Eliſabeth* ergo Illuſtriſſima ſtella micans duplici radio, tam prudencie, quam virtutis de ſinu Imperialis culminis *Henrici* Imperatoris Incliti Romanorum graciam invenire promeruit, ſcilicet *Johannes* ejus primogenitum, ut in emiſperio mundiali ex tam felici copula proles inclita ſolaris luminis in Dei Eccleſia, id eſt: in ſolio *Romani* Imperii reſurgeret Sereniſſimus *Karolus* Imperator, carus Deo, robuſtus robore, lucens virtutibus univerſis, in quo quaſi in vaſe mundi due linee conjugantur, nam *greco* vocabulo, ut ayt *Gregorius* L. morum, baſileos terenus Princeps exprimitur, quia debet ſuſtentare pauperes, iuxta illud: erit firmamentum in terra, ſuperextolletur ſuper *Lybanum*. *Libanus* mons eſt in terra ſancta, & accipitur pro templo Domini in ſcriptura, iuxta illud ympnus, quem cantat Eccleſia. Aperi *Libane portas tuas*, quia ut ſperat mundus, *Heliſabeth* fructus ſuper *Libanum* extolletur, quando *Karolus* glorioſus tranſito mari in *Jeruſalem* ſedebit glorioſus, victorioſus, ut *Sibille* vaticinium impleatur; *Ad pedicas Chriſti tumulus fabricabitur iſti*. (z) Tunc intelligens tam ſacra miſteria de tenebris yſtoriarum tamquam ſpinarum & veprium condenſorum, tum propter libri mendoſitatem, & incompoſitam yſtorie veritatem, tum propter lingue diverſitatem, tum propter diſcurſus velocitatem, quia nunquam potui habere locum quietis, nec mentis, nec corporis, ad campos *Elyſeos* me egreſſum gaudeo letabundus. Ab *Heliſa* ergo principio per *Eliſabeth* ad flores *beliſeos*, qui *gallice flor de belis* appellantur, egreſſi ſumus, ut finem ſuo principio reducentes, ſextum florum dyadema lapidum precioſorum, & coronam tuo capiti conſeramus. Accipe ergo *Clementiſſime Imperator & Ceſar ſemper Auguſte* manipulum virorum illuſtrium, quem de ſilva tante denſitatis excerpere valui, manu quodammodo tremulenta, ut ſit gloria capiti tuo, & torques collo tuo, nec a miſterio vacare videtur, quod ille, qui flores *beliſeos* ad literam circa fontes & flumina paradiſi, & omnem mun-

(z) Sub finem libri ſecundi author hoc totum Sibillæ vaticinium, quod perantiquum eſſe dicit, recitat.

Digitized by Google

mundi principalium ſoliorum tam fidelium quam Tartarorum, & omnium mundi Principum contemplatus eſt paradiſos, tandem ad paradiſum paradiſorum terreſtrium enatavi, ubi finis ſit operum ineptorum & rudium mei imbecillis ingenii, ut relinguam memoriam, que ſit ad gloriam Dei, & ad laudem tue altiſſime Maieſtatis.

Ingreſſus in Cronicam Boemie.

Redemptor in excelſis tenens Imperium, a quo manant omnium cariſmata graciarum iuxta pleniſſimam ordinacionem temporum, perſcutabili ſua ſapiencia eligens *Boemorum* populis miſereri, ut ipſorum tenebras illuſtraret, & donis gracie fecundaret, duo magna luminaria produxit in emiſperio Eccleſie militantis, videlicet Illuſtriſſimum Principem *Wenceslaum*, & Pontificem *Adalbertum* martires glorioſos. Duo eciam micancia ſidera ad nocturnas viciorum tenebras effugandas, matutinum ſcilicet & veſpertinum, *Ludmillam* uxorem primi *Chriſtiani* Ducis *Borziwoy* glorioſam martirem, in *Chriſti* confeſſione perfectam, & ſpecioſam Virginem *Mladam* ſororem devotiſſimi Ducis *Boleslai*, quam Summus Pontifex *Johannes Papa XV.* glorioſe ſuſcepit, ſolempniter benedixit, quam eciam mutato nomine vocavit *Mariam*, & magnis privilegiis, & graciis dotatam & illuſtratam remiſit in *Boemiam* ad germanum piiſſimum *Boleslaum*, primiciam Virginum, primam ſancti *Georgii Pragenſis* cenobii Abbatiſſam, & ſimul cum germano piiſſimo *Boleslao* filio fratricide Cathedralis prime *Pragenſis* Eccleſie fundatricem. Cuius exemplo multe Virgines altum ſui ſanguinis contempnentes poſt ipſam in odorem unguentorum Chriſti currentes, ante thorum glorioſe Virginis devotiſſime dulcia dragmatis cantica dulciſono modulamine decantantes. Excitans non ſolum *Germaniam*, *Poloniam*, *Ungariam* & *Boemiam*, verum eciam *Romanam* Eccleſiam ad dulcia connubia agni amplexanda. Inter quas precipua neptis *Agnes* illuſtris Regis *Ottakari* filia ſpreto imperiali ſeu regali connubio, ac ſe ipſa, facta Virginis perfectiſſima ymitatrix, Virginis filio perfectiſſima caritate coniuncta, poſt ſancte *Clare* Virginis religionem ymitatricis paranymphi *Seraphici* viri *Franciſci Minorum*, & predicte religionis fundatoris per vite labilis glorioſum decurſum ipſi coniuncta in celis, quem in terris tota devocione dilexit, apertis miraculis choruſcare non ceſſat, ſuis prodigiis & beneficiis excitans, & inducens glorioſiſſimum conſanguineum ſuum *Karolum* quartum *Romanorum* Imperatorem Illuſtriſſimum ſemper Auguſtum, ut memor beneficiorum forte in ſuo corpore oſtenſorum,

cla-

Digitized by Google

clamare non ceſſet, donec excitet piis clamoribus Apoſtolicum dormientem cum ſacro Collegio, ut dignetur in terris reddere clariorem & celebrem, quam *Chriſtus* glorioſam feciſſe in celis tot ſignis oſtendit, Eccleſie militanti. *(a)* Quam eciam Summus Pater & Pontifex *Alexander quartus* tantis preconiis commendavit in vita, Apoſtolicis literis, & ſummis reliquiis mundo & Eccleſie reddidit luminoſam. Mittens ei ſub Bulla Papali multorum Sanctorum reliquias venerandas, maxime Pontificis Sanctiſſimi *Nicolai* digitum glorioſum, de quo non ab re, quod oculis noſtris vidimus, & manus noſtre contrectaverunt, credimus non tacendum innovatum miraculum ſub hac forma.

Miraculum de inciſione digiti Sancti Nicolai.

PRedictus namque *Karolus* Imperator ſancti *Nicolai* devocione allectus, cum magna caterva nobilium venit ad monaſterium predictum Sancti *Franciſci*, *(b)* & coram Epiſcoporum, fratrum Minorum & ſororum multitudine copioſa proprio cultellino pulpam digiti amputavit, & magnifice decoravit. Statim autem de inciſura liquor ſangvineus emanavit, ac rubedo ſangvinis ex utraque parte cultelli remanſit. Quo viſo miraculo coram omnibus Ceſar digitum, & amputatam particulam & cultellum in cypho ſubterpoſito argenteo, pre devocione ferventiſſima dereliquit. Ad predicti autem miraculi confirmandam veritatem ſinceram, aliud eſt miraculum ſubſecutum. Nam Venerabilis *Pragenſis* Archiepiſcopus *Arneſtus Boemorum* Primas volens conſpicere oculis, quod auditu perceperat fide digno, poſt dies aliquos perrexit ad Eccleſiam ſupradictam, & ſibi oblatas particulas quaſi probaturus, dum ſimul applicat, tanta ſunt unione coniuncte, ac reunite, quaſi nunquam paſſe fuiſſent aliquam inciſuram. Quo viſo miraculo idem Antiſtes ad honorem predicti ſancti, & innovati miraculi altare conſtruxit, & dedicavit in memoriam temporum futurorum. *(c)*

Hanc eciam yſtoriam idem glorioſus *Karolus* Imperator in regali pallacio de *Karlſtein* prope *Pragam* egregiis picturis in ſua camera exara-

(a) De Canonizatione B. Agnetis temporibus Caroli IV. apud Sedem Pontificiam actitatam fuiſſe in Annalibus noſtris oſtendemus. Vitam illius excudere Bollandiani. (b) Nempe Vetero-Pragæ ad Parthenonem S. Claræ. (c) Hanc hiſtoriam refert Hagecius ad Annum 1353. qui annus ſi genuinus eſt, Marignolam jam ante obtentum Epiſcopatum oportuiſſet commoratum in Boemia: cum ſe oculatum rei teſtem perhibeat.

Digitized by Google

mavit (d) ad perpetuam memoriam ſancti, & gloriam ineffabilem Summi Dei, qui ejus temporibus antiqua miracula innovavit.

Hic eciam Glorioſiſſimus *Karolus* Imperator Regnum *Boemorum* ſibi a Deo jure hereditario collatunr, non tantum muris, urbibus, & caſtris glorioſe conſtructis, & que conſtruere feliciter non deſiſtit, quam eciam viris probis, bonis moribus, ſcienciis & virtutibus illuſtratis ampliare non ceſſat. Verum quia gloria Regis eſt, inveſtigare ſermonem, & antiquorum ſapienciam perſcrutari. Hic glorioſiſſimus Imperator profunda fluviorum ſacre pagine miſteria previo Doctore beato *Dyoniſio* perſcutari non deſinit, ac eciam cum *Johanne* celeſtis aule paranympho celos penetrans volatu celerrimo contemplatur oraculis, miraculis, veſtigio, & ſpeculis per creatam ymaginem increate Maieſtatis incomprehenſibilem Trinitatem, ut tanquam aquila illa magna *Ezechielis* (e) vaticinio deſignata longo membrorum ductu plena plumis & varietate volet ad *Lybanum* ſacre ſcipture, & tollat medullam cedri, id eſt plenam & ſuaviſſimam noticiam veritatis anagoyce cum *Johanne*, yſtorice cum bove *Luce*, allegorice cum *Matheo*, moraliter & tropoloyce cum *Marco*, leonino clamore terrens impios, devotos provocans animos ad volandum, & ipſe extendens alas, & aſſumens eos, & ſuper eos exemplis & beneficiis graciarum volitans ad conſpectum ſedentis ſuper thronum, tamquam vir deſideriorum cum *Daniele*, *Grabrielis* teſtimonio, noſcat temporum veritatem. Et cum *Y aya Seraph* illo volante purgatus labiis calculo ardenti, quem forcipe tulerat de altari ſacratiſſimi Canonis ſcripturarum in triplici hoc opuſculo congratulans triſagium ter decantet, Sanctus, Sanctus, Sanctus ſedenti ſuper thronum in gloria ſupernali. Cui laus & gloria, Amen.

Incipit deſcripcio Boemorum, & unde Originem traxerunt.

Japhet pater noſter eſt tercius filius *Noe*, unde *Sclavi* & *Boemi* ſumpſerunt originem, non a *Cham*, ut fingunt quidam. Hic optinuit *Europam*, cuius termini ſunt a montibus *Cilicie* & *Syrie* verſus Aquilonarem plagam uſque ad fluvium *Tanaym*, & uſque in *Gadym*, & uſque ad ſtrictum *Morochiorum* verſus occidentem, & mare Occeanum. Nomina provinciarum & terrarum & linguarum viginti ſeptem; *Mogog*, a quo *Scite* &

(d) Hodiedum perſtat ea pictura in arce Carlſtein, quæ camera hodie in capellam converſa eſt. (e) Ad hanc aquilam all uſit poſtea ſigillo ſuo Sigiſmundus Imp. Caroli IV. filius.

& *Gotbi.* *Gomer*, a quo *Gallici.* *Madaym*, a quo *Medi.* *Tubal*, a quo *Yſpani.* *Juvan*, a quo *Greci*, qui nunc Ytalici vocantur; nam ea hora (*f*) *Ytalia*, que quondam ſecundum *Jeronimum* magna *Grecia* vocabatur; unde fuerunt deſtructores *Troye*, qui fuerunt *Ytalici*, ut expreſſe probat Pantheon, vir ille *Viterpienſis Gotfridus*, & metrice ſic dicit. *Grecia Troyanos que tunc ſuperaſſe putatur, non erat ex Danays, gens Ytala namque probatur. Itala namque telus Grecia maior erat;* quod hodie ſunt *Beneventani*, *Apuli*, & *Calabri*, & *Regniculi*, ubi eciam naſcitur hodie vinum *grecum.* *Moſeth* a quo *Capadoces.* *Tyras* a quo *Traces* de *Janan*, alia lingva *Janus Ytalico*, & de *Gomer gallico* deſcenderunt, primi *Boemi*, út videtur per yſtorias. *Elyſa*, a quo *Elyſani* hodie *Sclavi* mutata litera, ut fieri ſolet. *Aſcenez*, a quo *Graculi*, qui *Greci bodie.* *Erifaz*, a quo *Fryzones.* *Dogerma*, a quo *Friges.* *Tayſis*, a quo *Ytalici.* *Chetym* a quo *Cipri.* *Dedaym*, a quo *Galli*, qui & *Burgundi.* Ab *Elyſa* Sclavi, qui corrupto vocabulo *Solani* dicuntur, quaſi *Solares* vel luminoſi, vel magis glorioſi dicuntur, cuius pars eſt *Boemia.* Fuit enim inter iſtos quidam nomine *Boyant*, a quo dicta eſt *Boemia.* (*g*)

De deſcripcione terre Boemorum, & proprietatibus rerum ipſius.

Boemia pars *Germanie* in *Evropa* ſita, ſub polo artico verſus aquilonarem plagam poſita eſt, que montibus altiſſimis a *Pannonia* & nacionibus aliis eſt diviſa per montes, ſilvas, & flumina. Eſt autem regio facie celi conſpicua, aere ſaluberrima, moncium altitudine firma, auro, argento, & aliis metallis ditiſſima, vinearum non expers, fontibus, & fluminibus magna. Unus eſt nobilis fluvius, qui de monte oritur *Boemorum*, nomine *Albea*, & alia flumina multa, ſicut *Wltava*, qui preterfluit civitatem *Pragenſem.* In eius montibus habundant pini & abietes, herbe medicinales mirabiles, & aromatice. In ipſa eſt copia auri & argenti, & omnium metallorum ſuper omnes provincias occidentis. Beſtie eciam domeſtice & ſilveſtres innumerabiles, ſicut urſi, apri, cervi, caprelle, tragelaphi, bubali, biſontes. Eſt & ibi beſtia habens magnitudinem bovis, ferox, & ſeva cum magnis cornibus, cum quibus tamen ſe non defendit. Hec beſtia habet ſub mento folliculum magnum, in quo aquas colligit multas, & cur-

(*f*) Id eſt: *ora.* (*g*) Hem! minus vere Hagecius in Proemio ſuo pro Czecho allegavit Marignolam, cujus ille nuſquam meminit.

Digitized by Google

currendo aquas calefacit miro modo in illo folliculo, quas ſuper canes & venatores proicit, & quicquid tetigerit, depilat, & urit horribiliter. (*b*) Hec terra cingitur ex parte orientis *Polonia* & *Moravia*, ex parte *Aquilonis Saxonia*, ex parte meridiei *Auſtria*, & ex parte occidentis *Bavaria*, & *Germania* circumdatur.

De impoſicione nominis terre Boemie.

Erat autem *Boemia* terra nemoroſa, ſilvis denſiſſimis, melle, & fructibus, & beſtiis feris gratiſſima, in qua quidam ſocii circa montem *Rip* inter duos fluvios, ſcilicet *Egram*, & *Wltavam* primas ſedes ſtatuerunt. Tunc eorum ſenior inquit, O ſocii, una mecum graves labores per nemorum devia pervagentes ſuſtuliſtis, tandem veniſtis ad patriam, hec eſt terra optima vobis predeſtinata, hic vobis nihil deerit, ſed perpetua incolumitate gaudebitis. Sed cum hec tam grata & pulcra patria in manibus veſtris ſit, cogitate aptum nomen eius. Tunc quaſi Divino oraculo dixerunt, unde apcius nomen inveniemus, quam quia tu pater *Boemus* diceris, terra dicatur & *Boemia*. (*i*) Tunc ille manus levans ad celum, motus ſociorum augurio, cepit terram oſculari, gaudens eam ſuo nomine appellari, & ſurgens; ac utrasque palmas tendens ad ſydera ſic oravit. Salve terra fatalis, mille votis queſita nobis, conſerva nos incolumes, & multiplica noſtram ſobolem a generacione in generacionem, Amen.

De moribus primorum Gentilium Boemorum.

Fuerunt autem primi *Boemi* genere *Sclavi*, quaſi *Elyſani*, *Elyſa* enim *Solaris* dicitur, unde *Eliopolis* civitas ſolis in *Yſaia*. Hec namque generacio fuit generoſa moribus, ſtatura decora, capillorum fulgore venuſta, proceritate corporum groſſa, moribus placida, converſacione pacifica, curialis, & affabilis, ac delicioſa. Sobrius eorum cibus fuit, glandes edebant, & bibebant latices ſaluberrimas de torrente, carnibus eciam fe-

(*b*) De hac fera præter Marignolam paſſim alii ſcriptores exteri, cujus tamen hodie in Boemia reliquiæ non ſuperſunt. Alii per *bubalum*, alii per *Alcen* explicant, quibus, rarioribus jam ſilvis, etiam caret Boemia. (*i*) Alterum documentum: Conditorem gentis a Marignola non *Czechum*, ſed *Boemum* exemplo Coſmæ appellatum fuiſſe, quanquam Dalimili Chronicon ejus ætate jam exſtiterit, qui primus *Czechi* prolator fuiſſe a me in Annalibus Hagecianis demonſtratus eſt.

Digitized by Google

ferinis uti ceperunt. Poſt de filiabus *Gomer* uxores ſibi copulare ceperunt, & de nacionibus circumſtantibus ipſos, plures tamen uxores more primorum gentilium acceperunt. Inter eos nec lex, nec Rex, nec Princeps erat, ſed lege nature viventes, quicunque ſapiencior videbatur, queſtiones & lites ſimpliciter dirimebat.

Inter quos fuit quidam nomine *Crok*, ex cuius vocabulo caſtrum, quod adiacet ſilve *Ztibene* nomen accepit. Hic vir per omnia locuples, ſapiencia, & eloquencia preditus in conſiliis, & judiciis, & dirimendis litibus ab omnibus colebatur. Hic prole maſculina caruit, uxorem habuit phitoniſſam, que eciam tres peperit filias phitoniſſas. Quarum prima *Kazi* doctiſſima fuit, ex qua exivit proverbium, quando aliquid irrecuperabile perditur: hoc non poſſe recuperare *Kazi*. Uſque hodie ſepulcrum eius cernitur ſuper ripam fluminis *Mze*, iuxta viam, qua itur in partes provincie *Bechin* per montem *Oſeka*. Secunda phitoniſſa ſoror eius *Tbeta* nomine caſtrum *Tbetin* edificavit iuxta fluvium *Miſam*, natura loci firmiſſimum, hec magica, & incantatrix fuit, & omnem ſuperſticioſam ſectam adinvenit, & creaturam pro creatore docuit rudes populos adorare. Tercia junior, ſed prudencia prior, *Libuſſa* dicta eſt, hec edificavit caſtrum nomine *Luboſym* iuxta ſilvam, que tendit ad pagum *Ztikettinam*, firmiſſimum. Hee fuit inter feminas virorum tranſcendens prudenciam, in concilio provida, in ſermone facunda, corpore caſta, & morum venuſtate conſpicua, benigna, & affabilis, & omnibus gracioſa. Hec ſpiritu phitonico multa occulta, & futura predixit, quare loco patris omnis populus eam ſibi prefecit in judicem, & prudentiſſime iura reddebat.

De primo Duce Boemorum, & cauſa ſue eleccionis.

Accidit, quod duo ex proceribus mire propter metas agri cuiusdam in tantam exardeſcerent iram, ut poſt multas contumelias ac iniurias unus alteri barbam depilaret, & clamoribus intrantes curiam, judicem pro iuſticia invocarent. Cumque Domina judicium differret uſque ad examen iuſte cognicionis, & litigantes, in craſtinum revertentes pro finali ſentencia, invenerunt Dominam in lecto cubantem, & cervical parvum tenentem, modo femineo, quaſi parvulum ſub aſcella. Cumque dictaſſet iuſtam ſentenciam, is, cuius cauſa non obtinuit palmam, leſum ſe reputans, terram baculo feriens, caput movens, ac more ruſtico pre furore barbam propriam ſaliva ſua conſpuens; O, inquit, non tolleranda

vi-

Digitized by Google

viris tanta rabies mulieris, menteque doloſa reddere jura viris, que magis eſſet apta marito, quam reddere militibus jura. Sumus enim opprobrium gentibus, quia nec nobis rector, nec virilis cenſura, ſanccius eſſet mori, quam feminea jura pati. Domina autem illatam ſibi contumeliam prudenti animo celans, ſubridens ait; ita, inquit, eſt, ut dicis, femina ſum, & ut femina vivo, ſed iam tibi parum ſapere videor, quia non rexi vos in virga ferrea, ut decebat, & quia ſine timore vivitis, me deſpicitis, nam ubi timor, ibi & honor. Nunc autem neceſſe eſt, ut habeatis rectorem femina ferociorem, ſicut columbe, que deſpexerunt miluum regem, quia non gravabat eas, & elegerunt ſibi accipitrem, qui uſque hodie eas devorare non ceſſat, ſic accidet vobis. Cras ergo congregate omnes ad judicium, & ducem virum eligatis vobis judicem, mihique maritum. Cumque populus receſſiſſet, ſorores convocat, & quid inter ſe conſilii habuerunt, ignoratur.

De Przemysl electo ex aratro, & eiusdem magna prudencia.

Mane ſequenti, antequam populus conveniret, vidit de feneſtra quendam ruſticum venientem, cui occurrit, querens ab eo cauſam ſui tam matutini adventus. Cui ille; caſus cupio phitoniſſe exponere; Ego, inquit, illa phitoniſſa ſum, & me tui ſponſam & comitem eſſe promitto. Dum, inquit ille, boves iunxiſſem ad aratrum, maxima multitudo avium, ſcilicet aquilarum, pluries ſuper capud meum volantes, tandem ſuper meum aratrum quieverunt. Cui *Libuſſa*, vade, & revertere ad aratrum tuum, & hec nulli pandas, ſed expecta rei eventum, quia tibi eſt bonum omen, & tocius patrie Princeps eris. Tunc ille reverſus eſt, ut ſuam perficeret araturam. (*k*) Convocat ergo *Libuſſa* poſt hoc omnem populum, & in alto ſolio reſidens, clara voce concionari cepit ad populum, & viros agreſtes ſic. O gens miſeranda nimis, que libere vivere neſcitis, vos in ſervitutem ſponte colla ſubmittitis, heu tandem vos penitebit, ſicut accidit ranis, que ydrum ſibi contra Dei voluntatem prefecerunt in regem, que eciam devorantur ab eo. Si autem neſcitis, que ſint iura Ducis, verbis paucis exprimam vobis. Inprimis facile eſt Ducem ponere, ſed difficile poſitum deponere; nam quod modo eſt ſub veſtra poteſtate, utrum eum Ducem conſtituatis, aut non, poſtquam autem conſtitutus fuerit, &

(k) Hæc, quod ſcio, ante Marignolam nemo noſtrorum patriorum hiſtoricorum.

Digitized by Google

vos, & omnia veſtra ſub ſua poteſtate tenebit. In eius conſpectu genua veſtra vacillabunt, & lingua veſtra muto palato adherebit, ad cuius vocem pre timore vix audebitis reſpondere, ipſe ſolo ſuo nutu ſine veſtro conſenſu hunc deprimet, & hunc exaltabit, hunc ditabit, & hunc inventa occaſione trucidabit, vel ponet in carcerem. Ex vobis pro libitu alios ſervos, alios dominos, alios ruſticos, alios tortores, alios exactores, alios molendinarios, alios piſtores conſtituet. Tribunos quoque & centuriones, villicos & meſſores, cultores agrorum & vinearum, & ſutores pellium & coreorum ordinabit, pro libitu voluntatis filios veſtros, & filias tollet pro obſequiis ſuis. Equos veſtros, boves, & pecora optima queque tollet. Quid multis immoror, ad quid hec, quaſi vos terream, loquor? Si perſiſtitis in incepto, iam vobis vitam & nomen Ducis indicabo, & locum. Ad hec vulgus mente confuſa clamantes, Ducem, Ducem, poſtulant ſibi dari. Tunc Domina digito monſtrat montem, ultra, inquit, illum montem eſt fluvius nomine *Bielina*, iuxta quem eſt villa, nomine *Stadicz*, in cuius territorio eſt novale duodecim paſſuum longitudinis, & totidem latitudinis, quod ad nullum pertinet agrum. Ibi invenietis virum arantem in bobus duobus, unus bos albo capite, alter percinctus eſt albedine, & poſteriores pedes albos habet, hunc aſſumite vobis Ducem, mihique maritum. Accipite ergo meum dextrarium, & veſtes, quas mittam, & mea, ac populi vota deferte viro. Cui eciam nomen eſt *Przemysl*. Hic ſupra veſtra capita iura excogitabit, nam hoc nomen latine *previe ditatus* (*l*) dicitur, huius proles ſupra vos regnabit in ſempiternum, equum meum ſequimini, ipſe vos diriget recta via. Nuncci autem predicti appropinquant ville, ad quam ibant, ſequentes caballum, & ecce *Przemysl* boves ſtimulat more ruſtico, ad quem illi. Salve Dux magna digniſſimus laude, ſolve boves, mutaque veſtes, aſcende caballum, Domina noſtra *Libuſſa* & plebs univerſa mandat, ut cito fatale tibi regnum ſuſcipias. Omnia noſtra in tua poteſtate erunt, & eciam nos ipſi te Ducem, & protectorem, te rectorem noſtrum omnes eligimus. Ad quam vocem quaſi admirans & inſcius vir prudens ſubſtitit, & boves ſolvit, ite, inquit, unde veniſtis, qui ſtatim diſparuerunt. Stimulum autem fixit in terram, qui ſtatim, ut dicitur, produxit frondes, & nuces. Viri autem illi ſtabant ſtupefacti, quos ille gratulanter invitat ad prandium, & de pera ſua ſubere contexta extrahit muſcidum panem, & caſeum, & partem in vomere collocat. Ut habetur in alia hyſtoria, (*m*) & bibunt la-

(*l*) Imo premeditans juxta aliorum interpretationem. (*m*) Pleraque hæc ex Coſma deprompſit Marignola. Quam *alteram* hic hiſtoriam intelligat, ignotum.

Digitized by Google

aticem de barletto, *(n)* dum reficiunt, duas virgulas aruiſſe conſpiciunt, ſed altius ſubcreſcere unam vident. Cumque admirarentur; quid, inquit, miramini, ſciatis, de noſtra progenie multos Dominos naſcituros, tandem unum principaliter dominari. Poſt hec calciatus, & indutus veſte regali, aſcendit equum arator, tamen non immemor ſue ſortis, tollit ſecum ſuos coturnos ſubere ex omni parte conſutos, ut in memoriam ſempiternam in poſterum reſervarentur, qui ſunt hodie in *Viſcegradu.* *(o)* Cui unus ſociorum dixit in via; Domine, quid ſibi volunt iſta viliſſima calciamenta, que iubes deferri. Cui ille, ad hec feci, inquit, iſta ſervari, ut diſcant poſteri, de quam humili progenie proceſſerunt, & non ſuperbiant, nec deſpiciant pauperes, nec homines ſibi ſubditos opprimant memores condicionis ſue, nam ſanccius eſt de paupertate ad Regem conſcendere, quam de regali ſolio redigi ad miſeriam ſua ignavia, vel tyrannide vicioſa; paupertas enim tunc eſt in gloria, cum per virtutem ſublevatur ad ſumma. Interim colloquentes, dum urbi appropinquant, occurrit Domina vallata frequencia populorum, & ſe conſertis manibus amplexantes, connubia celebrant, & nupcias gaudioſas.

De Przemysl primo Duce & moribus eius.

Przemysl ergo Dux primus *Boemorum*, qui ex virtutis opere vir merito eſt dicendus, hanc feram gentem virtute & prudencia frenavit legibus, & indomitum populum juſto imperio domuit racionabilibus conſuetudinibus ſubjugavit cum *Libuſſa*, omnia iura, quibus hec terra regitur, ſolus ipſe dictavit. Verum quia de aratro levatus eſt ad regnum, jugum boum collis equorum impoſuiſſe fertur, & aquilam pro ſigno, *(p)* pro eo, quod tali ſigno ſcilicet aquilarum, vel aliarum avium augurio futurus Princeps fuit celitus deſignatus.

De fundacione Urbis Pragenſis.

Huius temporibus *Praga* phitoniſſe oraculo condita eſt, una ſiquidem die predicta domina preſente viro, & ſenioribus ſic fari exorſa eſt. Urbem conſpicio fama, que ſidera tangit. Eſt locus in ſilva, villa que diſtat ab iſta terdenis ſtadiis, quem Vultava terminat undis. Hinc ex parte

(n) Italis *barile*, Gallis *Paril*, dolioli ſeu amphoræ ſpecies. (o) Wiſſegrad hodie Wiſſchrad. (p) Primus etiam Marignola, qui aquilam jam clypeum Boemiæ ſtatuit temporibus primi Przemysli.

Digitized by Google

te aquilonari valde munit valle profunda rivulus *Bruzinica*, ac ex auſtrali latere latus mons minus petroſus, qui a petris dicitur *Petrzin*, qui protenditur uſque ad predictum amnem. In qua ſilva invenietis hominem excidentem lymen domus, ex cuius eventu urbem, quam edificabitis, vocabitis *Pragam*. In hac urbe bine aſcendent olyve auree, que cacumine ſuo penetrabunt ſeptimum celum, & per totum mundum ſignis & miraculis coruſcabunt. Has in hoſtiis & muneribus colent, & adorabunt fines terre *Boemie*, & naciones; una vocabitur *maior gloria*, *vel vincens laudem* ſcilicet *Wenceslaus*, altera dicetur *exercitus conſolacio*, ſcilicet *Adalbertus*. Huius ergo inducti oraculo ſigno predicto urbis *Prage* ſundamenta iecerunt, & tocius *Boemie* urbem & metropolim ſtatuerunt.

De mirabili inſolencia Boemorum, & maxime puellarum.

Eodem tempore creſcente populo *Boemorum* propter multiplices divicias & delicias in tantam laſciviam puelle devenerunt, ut oblite condicionis ſue, more amazonum militaria arma ſumerent, & facientes ſibi ductrices, uti tyrones militare ceperunt, venacionibus & ludis militaribus pervagantes, & ſicut gens *Scitica* inter virum & mulierem diſcrimen nullum ſimilibus veſtibus utebantur. Unde in tantam proruperunt audaciam, ut prope *Pragam* caſtrum in rupe firmiſſimum edificare preſumerent, cui nomine virginali nomen inditum eſt *Diewin*. Laſcivi autem juvenes hoc videntes, multo plures & forciores ex oppoſito aliud condunt caſtrum inter arbuſta & nemora, quod nunc dicitur *Wyſſegrad*. Cumque ad invicem multa prelia frequenter haberent, & nec vincerent, nec vincerentur, tandem communi concilio trium dierum feſta celebrare conſtituunt. Prima itaque die vacabant epulis, nocte ſuperveniente juvenes, ut lupi rapaces, irruunt in puellas, & volentes & nolentes opprimunt, caſtrumque comburunt, & poſt pacis federa mulieres redacte ſunt ſub virorum poteſtatem, maxime, quia parum poſt mortua eſt principiſſa *Libuſſa*. Poſt quam eciam plenus dierum conſtitutis legibus Boemorum defunctus eſt primus Dux *Przemyſl* in ſenectute bona.

Digitized by Google

De ſucceſſione Ducum Boemie.

Przemyſl primo Duci Boemie ſucceſſerunt octo Duces ſequentes ydolatre, colentes ydola, donec deventum eſt ad Ducem *Borziwoy*. Hic primus factus fuit *Chriſtianus* inter ipſos Duces.

PRZEMYSL,
NEZAMYSL,
MNATA,
WUOYN,
WNIZLAUS,
CREZOMYSL,
NECLAN,
BUSTIWICZ, *HOSTIWICZ*, *ſeu* *GOSTIWICZ*.
BORZIWOY, filius Buſtiwicz factus Chriſtianus.
SPITIGNEW,
WRATISLAUS, *Pater ſancti WENCESLAI*.
WENCESLAUS *Sanctus Martyr*.
BOLESLAUS, *Fratricida*.
BOLESLAUS, *mitis*, & *ſoror eius Mlada*.
WLADISLAUS,
WUOY,
JAROMIR, *cecatus a fratre eius*.
ODALRICUS, *frater eius*.
BRZETISLAUS, *filius*.
SPITIGNEUS, *Fundator Eccleſie Pragenſis*,
WRATISLAUS, *Dux & primus Rex Boemie*.
CONRADUS, *Dux*.
WRATISLAUS, *Dux*.
BORZIWOY, *Dux*.
SWATOPLUK, *Dux*.
WLADISLAUS, *Dux*.
SOBIESLAUS, *Dux*.
WLADISLAUS, *Dux & ſecundus Rex Boemie*.
SOBIESLAUS, *Dux*.
FRIDERICUS, *Dux*.
CONRADUS, *Dux*.

Digitized by Google

HENRICUS, *Dux & Epiſcopus.*
PRZEMYSL, *Dux & tertius Rex Boemie, qui OTTAKARUS dictus.*
WENCESLAUS, *quartus Rex,*
PRZEMYSL, *quintus Rex.*
WENCESLAUS, *Rex.*
WENCESLAUS, *Boemie & Ungarie Rex.*
RUDOLPHUS, *Dux filius Alberti Romanorum Regis.*
HENRICUS, *Dux Karinthie.*
JOHANNES, *Rex, filius Henrici Imperatoris illuſtris, Comes de Luczemburg.*
KAROLUS, *Sereniſſimus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus.*

Deſcriptis ergo Principibus ad yſtorie ordinem revertamur.

De Duce Wratislaw, & exercitu eius contra Boemos.

Przemysl Duce defuncto ſex Duces ſine notabili memoria tranſierunt. Tempore autem Ducis ſeptimi nomine *Neclan* fuit prelium inter *Boemos* & *Luzanos*, qui nunc ab urbe *Sace* vocantur *Sacenſes*. Hys prefuit Dux peſſimus & ſuperbus *Boemis* infeſtus, nomine *Wratislaus*, qui frequentibus preliis attriverat terminos *Boemorum*, & in tantum vaſtaverat, quod quaſi de ſalute propria deſperantes, querebant latibula, quorum primates in quodam ſe oppido concluſerunt, nomine *Lemgradec.* (q) Hic Tyrannus edificavit urbem, quam nomine ſuo appellavit *Wratislaw* in confinio duarum provinciarum, ſcilicet *Bielina*, & *Luthomierzicz*, & elatus ſpiritu ſuperbie, omnem *Boemiam* proponit ſuo dominio ſubiugare, & mittit gladium per omnes terminos ſuos, ut quicunque maior gladio non occurreret ad prelium, gladio puniretur.

Suis ergo congregatis ſic Dux alloquitur ſuum exercitum, ſtans in eorum medio, vibrans enſem; O, inquit, viri, quibus in manibus ultima eſt victoria; non ſemel viciſtis, quid ergo opus eſt armis; falcones, & aves alias pro delectacione ferte in manibus, quibus carnes inimicorum, ſi ſufficiant, dabimus ad veſcendum, & catulos uberibus matrum pro infantibus applicabo. Arma ferte ad decorem, tollite moras, ſemper nocuit differre paratis, ite velociter, vincite feliciter. Oritur clamor ad ſyde-

(q) *Leuigradec.*

Digitized by Google

ſydera, arma, arma. Hec concio Ducis *Wratiſlaw* contra *Boemos* non minus accendit animos *Boemorum.* Interea mulier quedam vocat privignum ſuum; quamvis, inquit, non ſit conſuetudinis novercarum, bene facere *privignis*, amore tamen patris tui tantum (*r*) ſcire te faciam, quod poſſis vivere, ſi vis, ſtrictas *Boemorum* noſtris prevaluiſſe, (*s*) unde dabitur *Boemis* victoria, noſtris uſque ad unum interfectis. Tu ergo inter pedes equi tui crucem in terra cum enſe lineabis, & ſic ſolves inviſibiles ligaturas, quibus veſtrorum equi ligabuntur, & poſt primum tibi occurrentem in prelio interficias, & aures eius amputabis, & pones in burſa tua, & ſtatim aſcenſo equo tuo fugias, nec propter clamorem aſpicias retro, quia tu ſolus evades, aliis omnibus interfectis.

De notabili victoria Boemorum.

Boemi autem iam quaſi de ſua deſperantes ſalute ex iam expertis victoriis hoſtium unam ſolam ſpem habebant, nullam ſperare ſalutem, Dux namque eorum *Neclan* lepore pavidior, ficta infirmitate vocat militem probiſſimum, nomine *Tyronem*, qui erat poſt Ducem ſecundus, & paucis ſcientibus precepit, ut ſua arma aſſumeret, & equum aſcenderet, & precederet exercitum *Boemorum*, qui erat audax, ut leo, nullum timere ſolens, ante tamen, quam ad bellum procedant, conſulunt phitoniſſam, que ſpiritu phitonico plena reſpondit; Si vultis, inquit, victoriam, libate Diis grata libamina, *Jupiter* enim, *Mars*, & *Ceres* ſibi petivit ymolari aſellum. Queritur ergo miſer aſellus, & ſtatim ab univerſo exercitu devoratur. Quo facto animati ex inhercia (*t*) facti ſunt animoſi, leonibus prompciores, aquilis leviores, & in vicino campo leti currunt ad bellum, *Boemi* tamen in medio campi preoccupant collem.

Dux autem putaticius, qui ſupra nomine *Tyro*, ſtans in medio clara voce milites alloquitur, dicens. Si phas eſſet Duci verbis augere virtutem, multis vos, O, commilitones tenerem verborum ambagibus, ſed quia hoſtis ad oculum ſtat, paucis ſufficiat veſtros animos accendere dictis, omnibus in bellis dimicandi par eſt devocio, ſed impar vincendi condicio, illi pugnant pro gloria, nos pro patria dimicamus, & libertate, & ſalute ultima, illi ut rapiant aliena, nos ut defendamus dulcia filiorum & filiarum pignora, & cara connubia. Confortamini ergo, & eſtote vi-

(*r*) Lege *cautum.* (*s*) Obſcurum. Coſmas habet: *Scias Boemorum ſtrigas ſive lemures noſtris prævaluiſſe.* (*t*) inertia.

ri virtutis, nam Deos, quos aliquando nobis iratos ſenſimus, jam placaſtis votis, quibus placari voluerunt; non ergo timeatis eos, nam quivimet in prelio, ſemper eſt in periculo. *Audaces fortuna juvat, timidosque repellit.* Credite mihi, ultra illa inimicorum caſtra veſtra poſita eſt ſalus & gloria. Si terga vertitis, mortem non effugitis, sed peius morte periculum incurretis, in oculis veſtris uxores veſtre violabuntur, & in ſynu earum filios veſtros trucidabunt, & ad lactandum uberibus earum catulos applicabunt, quia victis commune eſt victoribus nil negare. Interea Dux *Luczenſis* ferociſſimus mente, quaſi fulgor veniens ex adverſo, dum vidit *Boemos* non cedere loco, parum perſtare iubet, & ſic ſuos alloquitur. O, miſerabilis fortuna timidorum, dum fingunt audaciam cervicis, quia in planis vobis occurrere non preſumunt, & iam parant fugam, ſed vos, priusquam fugiant, irruite ſuper eos, non armis, ſed pedibus conculcate, velut ſtipulam, ne ignavorum ſanguine veſtra nobilia tela polluatis, dein ſubmittite, que portatis volatilia, ut terreant veſtris falconibus pavidas eorum acies, ut columbas. Qui ſtatim dimiſerunt aves in predam, & tanta erat multitudo, ut quaſi aer fieret tenebroſus. *Tyro* autem *Boemorum* Heros, & Dux probiſſimus, ſi, inquit, moriar in prelio, in hoc colliculo me ſepelite; & quaſi leo prorumpens in hoſtes, quaſi papavera ipſorum exercitum proſternebat, *Boemos* conſortans, hoſtes vigoroſo clamore proſternens. Tanta autem erat in eo multitudo telorum, ut quaſi ericius ſuper occiſorum cadavera occumberet glorioſus. *Boemi* autem forcius animati omnes hoſtes, nullo ſuperſtite occiderunt, preter illum unum de quo ſupra fecimus mencionem, qui facto ſigno crucis fugeret proſtrato adverſario primitus occurrente, cui abſcidit aures. Dum autem pervenit ad domum ſuam, invenit uxorem portari ad tumulum, quam cum conſpexiſſet, vidit in pectore vulneratam, & ſine auriculis, per quas extractas de burſa cognovit, uxorem fuiſſe, factam illam in prelio ſibi occurrentem, & adverſantem. *Boemi* vero intrantes terram illam, deſtruxerunt civitates, & ſpolia diripientes, revertuntur victores, Ducem eciam ſuum in collem, ſicut dixerat, tradiderunt honorifice ſepulture, que usque hodie dicitur; *Tyri probiſſimi Ducis buſtum.*

Inci-

Digitized by Google

Incidens de impietate & ſcelere cuiusdam peſſimi proditoris.

Nec ſilendum puto, quod *Boemi* poſt hoc intrantes terram eorum, urbes & omnia vaſtaverunt, verum ne vicina terra redigeretur in nichilum, & in ſolitudinem, inventum herilem dominellum, filium Ducis occiſi apud quandam vetulam latitantem, *Boemorum* Dux, quaſi catholicus miſericordia motus, ſuo pedagogo nomine *Thuringo de Zribia*, cui pater commendaverat nutriendum, parcens eius etatule, ac nobili forme; & ut animos ſuorum revocaret ad propria, quaſi ad ſuum Ducem, maiori enim motus miſericordia, urbem eis reedificat in plano loco, nomine *Diegus* ſuper ripam fluminis *Ockre*, iuxta pagum *Poſtolopruh*, ubi nunc dicitur cenobium ſancte *Marie*, poſt hoc ad propria cum gaudio revertentes victrices aquilas in *Boemiam* reduxerunt. Pedagogus autem predictus omni fera crudelior, & proditor peſſimus, ſceleſtus *Zribin* crudele perpetrat ſcelus, & inauditum olim. Nam dominellum ſuum, & ſue cure tam a patre, quam a victore Duce commiſſum tanquam puerum, educit ad fluvium, & ut ſub glacie, more puerili piſces aſpiciat, exortatur eum, dum autem puer caput inclinat, ſecuri preſcidit collum illius, & ſyndone munda involvens, horrendum munus defert Duci, & aliis Principibus *Boemorum*. Et intrans in concilium, dum datur ſibi loquendi copia, ſic ait; En ego Domini, ut dormiatis ſecuri, mea effeci ſecuri, ſepe enim parva ſcintilla totam domum comburit, ac eciam Dominum domus, hanc ſcintillam ego extinxi. Si eſt meritum, videte, quantum merui apud vos, ſi facinus, plus michi debetis, quia preveni vos in ſcelere, ut ſitis immunes. Certe nec rapide carnes ſapide, nec ſuave jus, vel brodium eſt lupi, ecce paterni ſanguinis ultor vobis quandoque nociturus! & protulit tenelli parvi caput, in quo nichil pulcritudinis adhuc minus erat, niſi quod erat ſolummodo ſine voce. Expavit Dux, & tremuerunt comitum corda, avertentes facies a munere tam nefando. O, inquit Dux, hominum excedens ſcelera, nunquit mihi licuit occidere inimicum, tibi autem Dominum occidere non licebat, nulla pena tuo ſceleri eſt condigna, ideo unam pro maxima remuneracione eligas mortem, quam petis, aut de alta rupe te ipſum precipita, aut in alta alno laqueo te ſuſpendas, aut tuo te transverberes enſe. Heu, inquit infelix, quam male michi preter ſpem evenit, & in alno, que iuxta viam erat, ſtatim laqueo ſe ſuſpendit, que ab eventu alnus ulrici (u) ab incolis eſt dicta.

 De

(u) Lege *Turingi.*

Digitized by Google

De Borziwoy primo Duce Chriſtiano.

Excurſis temporibus tenebroſis tam fidei, quam numeri Principum paganorum, nunc lumen veritatis cepit ſplendere populo *Boemorum*, novum enim ſidus emicuit de partibus *Greciarum* beatus Pontifex *Cyrillus*, latine & lingve plenius eruditus. Hic diffinitor creditur fuiſſe tercii concilii *Effeſini*, vel magis *Calcedonenſis*, tempore *Marciani* Auguſti, in qua ſynodo iſto Dei atleta dimicante, *Neſtorinus Conſtantinopolitanus* Epiſcopus cum ſuis hereſibus eſt dampnatus. (*x*) Hic *Cyrillus Sclavos* pro magna parte convertit, & in eorum lingua miſſas & divina officia, *Romana* Eccleſia permittente, celebrare conſtituit. Quo ad celeſtia regna vocato germanus eius beatus *Metudius* in Pontificem ſublimatur, habens ſub ſe Pontifices ſeptem in Regno *Moravie*, cui tunc *Boemia* ſuberat, vel minor erat. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis faciens prodigia, quando ſue placuit pietati, lumen vere fidei fecit ſplendeſcere populo *Boemorum*, ipſorum Duce novo nomine *Borziwoy* celitus illuſtrato anno Domini *octingenteſimo nonageſimo quarto*. Hic cum egregie eſſet forme, & egregie juventutis cauſa populi ſibi commiſſi Regem *Moravie* cum triginta Sociis adiit, a quo benigne ſuſcipitur, & cum aliis ad convivium invitatur: verum quia paganus erat, non inter *Chriſticolas*, ſed ſeparatim, loco Duci non congruo collocatur in menſa. Cuius rubori beatus *Metudius* metropolitanus compaciens, poſt prandium in partem vocato, heu, inquit, quia pro cultura demonum hodie fuiſti tam modicum honoratus, nec cum Ducibus vel Principibus, ut tuam decet nobilitatem, ſed magis inter ruſticos collocatus. Quid, inquit Dux, ex hoc perdo, vel quid de *Chriſtianitate* lucrabor? Cui *Metudius*; Si abrenunccias ydolis, & *Criſto* credas, pretet hoc, quod vitam poſſidebis, & gaudia ſempiterna, eciam hic eris Dominus Dominorum tuorum, & progenies tua regnabit feliciter per tempora longiora. Cui *Borziwoy* ſancto Spiritu illuſtratus; ſi, inquit, ita eſt, ſicut dicis, que mora eſt baptizandi. Et advolutus pedibus Pontificis inſtanter peciit baptizari, quem beatus Pontifex indicto jejunio in fide inſtructum cum triginta ſociis baptizavit, & remiſit ad propria, dans eis ſacerdotem Venerabilem, nomine *Cayb* in doctorem, miniſtrum fidei, & paſtorem, qui in omni ſanctitate exortans populos, mul-

(*x*) Hem in quantos errores prolabi neceſſe ſit, ſi hiſtorico deſit Chronologia, quæ anima hiſtoriæ eſt! S. Cyrillum Alexandrinum, qui vixit ſæculo V. confundit hic author cum S. Cyrillo Slavorum Apoſtolo, qui ſæculo IX. floruit.

Digitized by Google

multos Domino filios aggregavit, qui eciam baptizavit eius uxorem nobilem *Ludmillam*.

De fundacione prime Eccleſie, & temptacione Ducis Borziwoy.

Predictus eciam Venerabilis Dux *Borziwoy* rediens in *Boemiam*, in caſtro, cui nomine *Gradic* per manum ſacerdotis predicti fundavit Eccleſiam in honore beati *Clementis* Pape & Martiris, in qua ſtatuit ſacerdotem predictum, multum Deo populum acquirentem. Inimicus autem generis humani non ferens tantum lumen fidei creſcere, ſuorum corda inflammat in odium Ducis, & quaſi nove, & vane ſuperſticionis inventorem, morte intemptata, eum ad Regem *Moravie* & *Metudium* Pontificem fugere compulerunt, a quibus benigne ſuſcipitur, & in fide plenius instruitur. *Boemi* autem proditores ſui prius de *Theotonica* lingua fugitivum quendam *Zroymir* nomine ydioma *Boemicum* penitus ignorantem ſibi in Principem ſtatuerunt. Deo autem diſſipante concilium peſſimorum, licet plurimi eſſent quam cum *Borziwoy* Duce *Chriſtiano*, ipſum electum *Theotonicum* de *Boemia* expulerunt, & pars *Borziwoy* prevalens occidit adverſarios, & Ducem proprium honorifice reduxerunt. Predictus autem *Borziwoy* Dux *Chriſtianus* votum voverat in *Moravia*, quodſi eum Dominus ad propria revocaret, Eccleſiam conſtrueret *Virgini glorioſe*, ideo ſtatim Eccleſiam beate *Marie* in ipſa civitate *Pragenſi* fundat. Hic primus fundator locorum Sanctorum, congregator clericorum, & inſtitutor religionum. Habuit eciam uxorem, nomine *Ludmillam*, filiam Ducis *Slavoborii* Comitis civitatis, que nunc *Mielnik* vocitatur, que ſicut par fuit in errore gentilitatis, ita in fide Chriſtiana facta eſt precellens virtutes viri ſui. Suſcepit autem ex ea tres filios, & tres filias, primo autem ſubtracto de medio, tantum duo remanſerunt, ſcilicet *Spitignew* Dux, & *Wratisláw*, ambo Duces de *Ludmilla*, ſicut ei beatus *Metudius* predixit, & augmentabatur quotidie regnum eius, curſumque ſui temporis triginta quinque annorum feliciter terminavit.

De Spitigneo Duce filio Borziwoy & S. Ludmille

Suſcepit autem poſt eum Ducatum primogenitus *Spitignew*, cunctis virtutibus famaque bonitatis fulgens, & verus Dux *Chriſtianus*, imitator ſiquidem patris factus, fundator extitit Eccleſiarum Dei, congrega-

tor

Digitized by Google

tor Clericorum & ſacerdotum, perfectus in fide *Chriſti*, hic poſt quadraginta annis migravit ad *Chriſtum* virtutibus plenus, & operibus bonis. Cui ſucceſſit in dominio vel ducatu germanus eius *Wratiſlaus* Dux XI, Pater ſancti *Wenceſlai*.

De Wratiſlao fratre Spitignei, Patre ſancti Wenceſlai.

Wratiſlaus vero poſt *Spitignew* germanum ſuum ad ſolium ſublimatur, ducens uxorem peſſimam & paganam, nomine *Dragomir*, ex provincia paganorum, que *Scodor* (y) dicitur, que ut altera *Jezabel* crudeliſſima peperit binos ex Principe natos, primum nomine *Wenceſlaum*, quaſi *Abel* innocentem, alterum *Boleſlaum* crudeliſſimum, ut *Cayn*. Beata autem *Ludmilla* quondam uxor *Borziwoy* poſt mortem eius in ſancta viduitate permanſit, & Deo ſe totam obtulit holocauſtum ſancti Spiritus igne ſuccenſum. Seceſſit autem a facie peſſime *Dragomir* nurus ſue in caſtrum *Tetyn*, ubi Deo devotiſſime ſerviebat, nudos veſtiebat, infirmos viſitabat, eſurientes paſcebat, egenorum viſcera reficiebat, in oracionibus pervigil Domino ſerviebat, nepotes ſuos, maxime ſanctum puerum *Wenceſlaum* mira ſollicitudine in Dei ſervicio inſtruebat, proceres eciam terre nepotes ei commiſerant informandos, filios ſcilicet peſſime *Dragomir* nurus ſue, patre eorum defuncto. Verum ipſa *Dragomir*, dyabolico ſpiritu agitata duos tyrannos filios Sathane miſit ad caſtrum *Tetyn*, ubi *Chriſti* famula vitam celibem actitabat nepotibus reſignatis crudeliſſime matri, ſoli *Chriſto* ſe offerre cupiens holocauſtum.

De morte ſancte Ludmille & miraculis.

Viſis autem predictis ſatellitibus beata *Ludmilla* poſt confeſſionis & communionis devotiſſime Sacramenta percepta martirio coronata ab illis, regnat in celis, ſignis & virtutibus glorificata a *Chriſto*, ut eiusdem miracula manifeſtant in omnibus elementis, de quibus breviter aliqua ſubnectuntur ad laudem Domini noſtri Jesu *Chriſti*.

Primo namque in terra per plures annos corpus ſanctum putrefacta tabula jacuit incorruptum cum veſtibus & capillis. Aer oſtendit miraculum, qui aperto tumulo pro eius translacione odorem ſuaviſſimum con-

ſer-

(y) Ztodor, unde Slavi Ztodorane.

Digitized by Google

ſervavit. Aqua, que excrevit in fovea, in qua debuit, ſed noluit ſepe-liri, quia fuit tunc locus indignus pro tanto theſauro. Sed poſtquam fuit Eccleſia dedicata, ceſſavit aqua, ut ibidem ſepeliretur, tanquam in loco ſacro. Ignis oſtendit miraculum, nam cum pars pepli vel veli eiuſ-dem Epiſcopo *Hermanno* fuiſſet preſentata, ut altari ſancti *Petri* cum re-liquiis aliis conderetur, & Epiſcopus quaſi cum indignacione repuliſſet contradicente Abbatiſſa, & eam glorioſam Dei martirem affirmaret, veli illius partem proiectam in patellam prunis ardentem, Deus in medio flam-marum conſervavit illeſam. Celum eciam eius ſacrum martirium decla-ravit, quia tempore, quo monaſterium ſancti *Georgii* fuit deſtructum, ſplendor mirabilis a Monialibus de celo deſcendens permodum columpne ſupra ſepulcrum eius ardere videbatur in nocte.

Incidens de Swatopluk.

Eodem ergo anno Domini *octingenteſimo nonageſimo quarto*, quo bapti-zatus eſt *Borziwoy* & ſancta *Ludmilla* coniux eius, Rex *Moravie* *Swatopluk* occulte fugit, & inter tres heremitas quartus, & incognitus manſit uſque ad diem mortis ſue, cuius regnum filii eius nimis infelici-ter tenuerunt, partim *Ungaris*, partim *Polonis*, partim *Theotonicis* de-vorantibus ipſum.

De Sancto Wenceslao Duce.

Poſt mortem autem *Wratislai* filius eius *Wenceslaus* Sanctus Ducatum obtinuit, & licet adoleſcens, mente tamen ſuper ſenes intelligens in principio ſui Ducatus congregatis omnibus in concilio, ſic eſt popu-lum allocutus. Cum, inquit, eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſa-piebam ut parvulus, cum autem factus ſum Vir, evacuavi ea, que ſunt parvuli. Et proſecutus eſt prudentiſſime verba apoſtoli memorata, ter-rorem malis incuciens, & bonis leticiam, & ſpem ſalutis. Quod intelli-gentes atroces homines, qui ſemper intenti ſunt ad malum, una cum matre perſuaſerunt germano eius, alteri *Cayn*, ut perderet fratrem ſuum, & eius dominium ſibi uſurparet. Qui amore dominandi Sanctum germa-num, ſemper ſub ſpecie pietatis, ſcilicet filii baptizandi invitavit ad ca-ſtrum ſuum, cui nomen *Boleslaw*, & ibidem manibus ſacrilegis beatum Martirem coronavit. Cuius vitam glorioſus Imperator *Karolus quartus* abreviavit, (z) que ſi placeret, hic eſſet inſerenda. Paſſus eſt autem bea-

(z) Ea excuſa habetur apud Bollandianos ad 28. Septembris.

beatiſſimus Martyr *Wenceslaus* in civitate *Boleslaw* anno Domini *noningenteſimo viceſimo nono iiij. Kalendas Octobris*, tandem anno Domini *Noningenteſimo triceſimo ſecundo* translatus ad urbem *Pragam* miraculis choruſcando, & quieſcit in caſtro *Pragenſi* in Eccleſia Sancti *Viti* Martiris in capella Sancti *Johannis Evangeliſte*, (a) quam ipſe conſtruxerat, ubi exuberant per eius merita beneficia multa.

De Duce Boleslao Fratricida.

Boleslaus fratricida poſt necem Sancti *Wenceslai* ducatum adeptus, ut dictum eſt, fecit corpus ſacrum nocte transferri ad urbem *Pragam*, & in Eccleſia, quam Sanctus conſtruxerat, tumulari, quam Eccleſiam fecit ſolempniter conſecrari per mandatum *Ratisponenſis* Pontificis, qui tunc erat diœceſanus Epiſcopus *Boemorum*. Filium eciam ſuum *Strachquas* nomine, quod interpretatur *terribile convivium*, pro eo, quod in ejus nativitate occiſus fuit ſanctus *Wenceslaus*, optulit Deo in *Ratisponenſi* monaſterio Domino ſerviturum. Qui gratus patri, & hominibus graciosus fuit, & in principio in religione monachali ſimulata ſanctitate profecit in tantum, quod ſicut infra dicetur beatus *Adalbertus* rogavit eum, ut loco ſui dignaretur Pontificalem aſſumere dignitatem, quam ſponte ſibi per baculum reſignabat, & promittebat ſe iturum *Romam*, ut eum Summus Pontifex acceptaret. *Strachquas* autem elacionis ſpiritu ſimulans ſanctitatem, monachus, inquit, ſum mortuus mundo, aliorum peccata portare non poſſum, & proiecit in terram ſancti Viri baculum paſtoralem. Cui ſanctus *Adalbertus* ſpiritu prophetico dixit, quod nunc mea voluntate non facis, alias propria temeritate preſumes in malum tuum, quod & rei probavit eventus. Nam cum poſt tempora ſanctus *Adalbertus* peſſimorum tyrannidem declinaret, & eſſet *Rome*, *Strachquas* procuravit ſe per Metropolitanum *Maguntinum* conſecrari Epiſcopum loco eius, & dum ſuper ſtrata ſe inclinarent ad letaniam, arreptus eſt a dyabolo, & tantum tortus ab eo, donec infelicem exueret animam & ſpiritum exalaret.

Hic eciam Dux *Nerone* fuit crudelior, & in tantum, quod nichil racione, nichil conſilio, ſed omnia ageret pro libitu voluntatis. Tante eciam crudelitatis fuit, ut quidquid mali conceperat, opere perpetraret. Nam

(a) Ex his, & quæ ſupra de ſepulchro S. Adalberti narrat author, convincitur Marignolam hæc ſcripſiſſe, antequam Carolus IV. in Eccleſia Metropolitana S. Viti capellam ſancti Wenceslai conſummaſſet, novumque templi ædificium in altum evexiſſet.

Digitized by Google

Nam convocari fecit omnes maiores natu tocius provincie ad flumen *Albee*, deſignans lineas: Hic inquit, jubeo, ut edificetis civitatem opere *Romano*, altis, & firmis muris. Unus autem procerum primus, & ex parte ſui, & omnium communi conſilio reſpondit, hoc fieri nec debere, nec poſſe, & melius eſſe mori, quam tali ſubici ſervituti; qui ſtatim evaginato gladio ſtans; En, inquit, probabis, utrum melius ſit mori, quam meis obtemperare preceptis, & trahens illum evaginato gladio, eius cervicem uno ictu precidit. Quo facto multitudo predicta in tantum timorem poſiti ſunt, ut ſtatim genua flecterent, & miſericordiam poſtularent, & juſſa Principis ſimpliciter adimplerent, civitatem alto muro edificant, que ex eius nomine hodie dicitur *Boleslaw*. Hic genuit duos filios, primus de quo ſupra, *Strachquas* nomine, ſecundus piiſſimus equivocus *Boleslaus*, vita diſſimilis, ſicut lux a tenebris.

De Boleslao ſecundo piiſſimo filio Fratricide Capitulum.

Anno quidem Domini *noningenteſimo ſexageſimo ſeptimo* impius fratricida *Boleslaús* male mercatum ſangvine Ducatum ſimul cum vita dimiſit *Idus Julii*. Cui filius equivocus nomine *Boleslaus* ſecundus cognomento piiſſimus in Ducatu ſucceſſit, vita & moribus omnino diſſimilis, nam ille peſſimus fuit, ut *Caym*. Iſte vero fuit Vir chriſtianiſſimus, fide *Catholicus*, Pater orphanorum, defenſor viduarum, peregrinorum, viatorum, & tribulatorum omnium piiſſimus conſolator, Collector Clericorum, & Religioſorum Pater. Hic monaſterium ſolempniſſimum prope *Pragam*, quod *Strabovia* (*b*) dicitur, maximis donis dotatum a fundamentis erexit, & Abbatem, quem de *Roma* vocavit cum duodecim monachis, procurante ſancto *Adalberto*, ſecundum poſt Epiſcopum in clero eſſe conſtituit. Qui eciam Eccleſiam ſancti *Viti* & *Wenceslai* in Cathedralem erexit, & in eadem *Dietbmarus* genere Saxo, profeſſione manachus, ordine ſacerdos, vir eloquentiſſimus tam latina, quam *Sclavica*, & *Theotonica* lingua peritus, Duci familiariſſimus, primus Epiſcopus ordinatur. Eccleſiam eciam ſancti *Georgii* ſimul cum ſorore *Mlada*, mutato nomine dicta *Maria*, ibidem primiciam Virginum *Boemie* auctoritate Apoſtolica ſtatuit abbaciam. Hec ſiquidem ivit *Romam*, & a Papa *Johanne quinto decimo* gracioſe collata & inſtructa regularibus diſciplinis ab eodem Papa ſan-

(*b*) Scilicet prope Strahovium. Nam monaſterium vocatur *Premon*.

ſanctimonialis effecta, ſancti *Georgii* inſtituitur Abbatiſſa, ita quod non ſecundum orientales *Sclavos*, vel ſecundum ritum *Ruthenorum*, vel *Grecorum*, ſed ſecundum *Latinos*, iuxta regulam ſancti *Benedicti* regulariter vivat. (*c*) Hec cum apoſtolicis literis predicti Pape *Johannis* quindecimi, & aliis graciis meavit, & cum predicto Duce germano ſuo *Pragenſem* Eccleſiam exaltavit. Predicte autem litere Apoſtolice tenor talis eſt.

Johannes Epiſcopus Servus Servorum Dei, Boleslao Catholice fidei alumpno Apoſtolicam benediccionem.

Juſtum eſt, benivolas aures juſtis accomodare, peticionibus &c. Nam filia noſtra nomine Mlada, que eciam Maria, inter ceteras non negandas peticiones cordi noſtro dulces intulit preces, unde apoſtolica & ſancti Petri auctoritate ſtatuimus, ut Eccleſia Sanctorum Viti & Wenceslai fiat Sedes Epiſcopalis, Eccleſia vero ſancti Georgii ſub regula ſancti Benedicti, & ſub obediencia filie noſtre Marie conſtituatur congregacio ſanctimonialium. Verum tamen non ſecundum ritum aut ſectam Bulgarie gentis vel Ruſſie, aut Sclavice lingue, ſed unum pociorem tue Eccleſie clericum in Epiſcopum ordinandum lingue latine peritum eligas.

Et talis electus eſt *Diethmarus* utriusque lingve peritus, & primus Epiſcopus ordinatus. Hic eciam piiſſimus *Boleslaus* viginti Eccleſias erexit, & dotavit magnifice. Anno Dominice incarnacionis *noningenteſimo ſexageſimo nono* moritur *Diethmarus iiij, Idus Januarii.*

De Sancto Adalberto digreſſio.

Huius Ducis *Boleslai* temporibus defuncto *Diethmaro* ſupradicto Epiſcopo, procurante Duce in Epiſcopum *Pragenſem* tocius cleri & populi conſenſu eligitur nobilis yndolis adoleſcens, & qui linea ſangvinis attingebat regiam dignitatem, (*d*) nomine *Adalbertus*. Huius pater glorioſo ſangvine natus erat, Vir letiſſimus, alloquio blandus, mente ſerenus, diviciis locuples; in cuius domo fulgebat honeſtas, ſincera dileccio, rectitudo iudiciorum, procerum multitudo, in operibus eius erat legum cognicio, pauperum refeccio, merencium conſolacio, peregrinorum recepcio, orphanorum & viduarum defenſio. Huius tam inſignis Ducis

Me-

(*c*) Hæc ab inſtitutione Epiſcopatus Pragenſis, perperam ad monaſterium S. Georgii detorſit Marignola, ut ex Bulla Joannis mox ſubjecta videre licet. (*d*) De ea Regia progenie vetuſtus S. Adalberti Biographus & Annaliſta ſaxo, qua tamen regia ſtirpe prognatus fuerit, dabimus operam, ut in Annalibus noſtris enucleemus.

Digitized by Google

Metropolis fuit *Lubic*, ſita loco, ubi amnis *Celima* (*e*) nomen perdit, intrans fluvium *Labe.* (*f*) Habuit eciam ſui principatus terminos inſraſcriptos; ad occidentalem plagam contra *Boemiam* rivulum *Surina*, & caſtrum, quod eſt in monte *Oſſeka* iuxta fluvium *Mizam.* Similiter ad plagam auſtralem contra *Theotonicos* orientales has habuit urbes, *Chynow*, *Dudleby*, *Netbolici* uſque ad mediam ſilvam, ad ſolis ortum contra *Moraviam* caſtrum ſub ſilva ſitum nomine *Luthomysl* uſque ad rivulum *Zytawa.* Item contra *Poloniam* ad aquilonem caſtellum *Clazko* ſitum iuxta fluvium nomine *Niſam.* Habuit eciam Princeps iſte, cui nomen erat *Zlaumir* uxorem illuſtriſſimam, nomine *Stetrzianam* (*g*) eque ſanctiſſimam, que genuit inter alios puerum *Woytiech* nomine appellatum, quod interpretatur *eorum conſolacio*, vel *Conſolator exercitus*, fuit enim quaſi lilium ſeu roſa vernans, ſpecioſus forma pre filiis hominum gentis illorum, qui miraculoſe voto parentum, a mortis faucibus vite incolumis erutus, meritis Virginis glorioſe, traditur Venerabili antiſtiti *Ratiſponenſi* (*h*) ſacris literis & moribus inſtruendus, qui Epiſcopus in ſacro criſmatis Sacramento eum ſuo nomine vocari cenſuit *Adalbertum*, nam & ipſe *Adalbertus* vocabatur, & ſubdiaconum ordinavit, & eccleſiaſticis officiis ac *Philoſophie* ſtudiis ſpacio annorum decem magiſtro tradidit imbuendum. Qui profecit ſupra multos coetaneos ſuos, quia Spiritus Domini erat in eo, & mentis puritate, & corporis caſtitate fulgebat quaſi lilium ſplendens virtutibus, & bonis moribus inter omnes filios *Boemorum.*

De eleccione Sancti Adalberti.

Defuncto eciam *Adalberto* predicto Pontifice *Ratiſponenſi* (*i*) in *Boemiam* revertitur nobilis Subdiaconus *Adalbertus*, & ſub *Diethmaro* predicto Epiſcopo Deo militans, factus eſt omnibus exemplum virtutis in tantum, quod communi voto Ducis piiſſimi *Boleslai* & omnium electus eſt concorditer in Epiſcopum *Pragenſem Adalbertus*, & iuſſu Imperatoris *Ottonis* a *Moguntinenſi* Metropolitano ſolempniter conſecratus rediens *Pragam* non equo fallerato, nec freno, ſed vili corda ligato venit ad urbem *Pragam*, quam nudis pedibus intrans ſolempni proceſſione cum ſumma leticia omnium intronizatus eſt in Eccleſia ſancti *Viti.* Cepit autem tanta ſanctitate & operum virtute fulgere, ut bonos ſui ſectatores co-

(*e*) Cedlina. (*f*) Id eſt: Albis. (*g*) Alii: *Strzezislavam.* (*h*) Imo Magdeburgenſi. (*i*) Magdeburgenſi.

Digitized by Google

coegeret ad opera virtuoſa, malos vero quaſi fulgur virtutum lumine deterreret, nam omnium vicia non palpabat, ſed publice arguebat, & increpabat in omni paciencia & doctrina, quare infirmi pravorum oculi fulgorem ſermonum eius, quibus tam Clericos maxime de luxuria & avaricia, quam Laycos de vita abhominabili & tyrannica feriebat, in eius odium conſpirantes, mortem ei, & contumelias attemptantes, ipſum *Romam* ad Summum Pontificem fugere compulerunt, ubi eciam ſuſcepit devotiſſime de apoſtolici licencia habitum monachalem, & in monaſterio ſancti *Allexii* vitam celibem actitabat, cauſam ſui diſceſſus ſuorum *Boemorum* flagicioſorum & peſſimorum cordis duriciam allegando. Quare hoc audientes filii ſcelerati quadam die pariter ſolempni conglobati, civitatem eius paternam irrumpentes, quinque fratres ejus *Sobebor*, *Spitnunc*, *Bozazlaw*, *Porey*, *Laslau* coram altari infra miſſarum ſolempnia trucidantes, urbem & totam eius parentelam penitus deleverunt. Tandem Summus Pontifex tam Ducis, quam procerum convictus precibus, ac eciam Metropolitani, ne omnino *Chriſtianitas* deleretur in populo *Boemorum*, a monaſterio tractum ad plebem dilaceratam & populum dure cervicis redire compellit, tali pacto, ut ſi non audirent humiliter vocem paſtoris, quod licitum eſſet ei gentibus predicare. Qui rediens, quamvis prima facie dicerent, benedictus qui venit in nomine Domini, ſicut *Chriſto*, cum iterum conaretur devios reducere ad viam veritatis, nihil profecit, ſed peius, quam prius iterum ſpreverunt eum. Quo viſo convertitur ad gentes indomitas convertendas, factus Apoſtolus *Polonie*, *Ungarie*, & nacionum omnium vicinarum. Tandem ad *Prutenos* tranſiens cum fratre *Gaudencio* & quodam tercio predicando, baptizando ſacris operibus cum infinitis doloribus & laboribus transfixus eſt gladiis, & ſacro martirio coronatus in die beati *Georgii* Martiris anno Domini *noningenteſimo nonageſimo ſexto*, & ibidem mira veneracione ſepultus. Unde *Boemi* poſt victoriam glorioſiſſimam, & infinitis & precioſis theſauris maximis miraculis coruſcantem reduxerunt eum, & in Eccleſia beatorum Martirum *Viti* & *Wenceslai* honorifice condiderunt in urbe *Pragenſi* ad laudem Domini noſtri *JESU Chriſti*, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Fuit eciam beatus *Adalbertus Ottoni* ſecundo multum affabilis, & familiaris, unde in pallacio *Aquisgrani* in ſolempnitate paſcali, & procerum parlamento pretermiſſis Archiepiſcopis & Prelatis aliis Miſſam ſolempniter celebravit, quod fieri non conſuevit in preſencia Archiepiſcoporum, cui eciam Imperator confeſſus eſt devotiſſime, & optulit precioſum, & completum ornatum, qui in *Pragenſi* Eccleſia in eius memoriam conſervatur.

Et

Digitized by Google

Et anno Domini *noningenteſimo octoageſimo ſeptimo Stetrzana* (*k*) Venerabilis mater eius defuncta eſt, digna tante prolis nobilis dici mater, &c.

Item de piiſſimo Boleslao.

Rexit autem Dux iſte piiſſimus Princeps excellentiſſimus *Boleslaus* ſecundus Ducatum poſt patris obitum triginta duobus annis glorioſe, nullus apud eum dignitatem optinuit perperam, plus dilexit armorum & ferri rigorem, quam auri fulgorem, in preliis fuit victorioſiſſimus, electis clementiſſimus, malis ſeveriſſimus ultor, in cuius oculis nunquam bonus diſplicuit, inutilis nunquam placuit, ſuis mitis, hoſtibus terribilis fuit. Habuit coniugem glorioſiſſimus iſte Dux nomine Helenam, (*l*) nobiliorem genere, ſed quod magis laudandum eſt, nobilitate probiorem. Ex qua genuit duos filios, quorum primus nomine *Wenceslaus* in pueritia eſt defunctus, ſecundus autem nomine equivoco *Boleslaus* poſt patris deceſſum Ducatum adminiſtravit.

De pia & finali exortacione Patris ad Filium, & morte Patris, Capitulum.

Cum autem appropinquaret ad mortem predictus Dux *Boleslaus*, vocat filium, & preſente matre, & multa procerum turma alloquitur filium in hys verbis.* Si fas eſſet matri ſic ſapiencie dare munera, ſicut ubera lactis, non homo, ſed natura dominaretur in creatura.

Attamen Deus aliquibus hominibus donavit, ut quos illi benedixerint, benedixerit Deus, ſicut patet de *Noe, Yſaac, Thobia, & Mathatia*, ſic hodie fili mi, ſi non adeſſet Spiritus Sancti gracia, parum valeret verborum iactancia, Ducem te conſtituerunt, noli extolli, ſed eſto quaſi unus ex illis, id eſt, ſi te ceteris ſuperiorem ſencias, mortalem tamen te ſemper agnoſcas, nec dignitatem aſpicias, ſed opus, quod tecum deportes ad inferos, prudenter attendas. Hec precepta Dei in corde tuo ſcribe, & hec mandata patris tui in corde tuo conſerva, Eccleſie Dei limina frequenter viſita, Deum adora, ſacerdotes eius honora, ne ſis ſapiens apud temetipſum, pluribus ut placeas, ſed qualibus, ſtude. Omnia cum amicis

(*k*) Strzezislava. (*l*) Vetuſtiores ſcriptores omnes appellant Hemmam ſeu Emmam, cujus nummum ex numophylacio Cæſareo in noſtris Annalibus prolaturi ſumus. An autem Hemmæ nomen, quod Germanum vetus non Slavicum eſt, Helenam connotet, radicum Germanarum veterum peritis excutiendum relinquimus.

Digitized by Google

cis delibera, ſed prius de ipſis tracta, iuſte iudica, ſed non ſine miſericordia, viduam & advenam ad tuam ſtantes januam ne deſpicias, dilige denarium, ſed parce; dilige formam, id eſt cum moderamine equitatis. Res enim publica licet ſit multum adaucta per falſam formam nummiſmatis, cito erit redacta ad nichilum, niſi menſura ſervetur.

Eſt aliquid fili mi, quod *Karolus* Rex ſapientiſſimus, cum filium ſuum *Pipinum* poſt ſe in ſolium ſublimandum cum terribili ſacramento conſtrinxit, ne in regno ſuo ſubdola & parva taxacio monete fieret, certe nulla clades, nulla peſtis populo magis nocet, quam frequens mutacio nummi, nulla eſt peſtis infernalis, que plus exſpoliat *Chriſtianos*, quam fraus in nummis, qui enim adoleſcente malicia, ſeneſcente juſticia hoc faciunt, non ſunt Duces, ſed fures, qui ter, vel quater in anno mutant monetam, erunt in laqueum dyaboli, & deſtruccionem populi; tales huius terminos populi devaſtant, quos ego dilatavi uſque ad montes *Tercii*, qui ſunt ultra *Cracow*. Nam divicie plebis ſunt laus & gloria Regis. Plura locuturus erat, ſed extrema hora diriguerunt Principis ora, & ſic obdormivit in Domino. Dies autem obitus ſui eſt *vij Idus Februarii* anno Domini *noningenteſimo nonageſimo nono.* (*m*)

De inſtitucione tercii Boleſlai, & filiis eiusdem.

Boleslaus tercius, filius ſecundi *Boleslai* poſt patris deceſſum anno Domini *noningenteſimo nonageſimo nono* paternum Ducatum adeptus eſt *Boemorum*, tamen infeliciter valde, nec ſimiliter patri terminos acquiſitos optinuit, nec eisdem ſucceſſibus, ut patebit. Hic ex nobili uxore duos filios genuit infelices, primus nomine *Odalricus*, ſecundus *Jaromir* dicebatur. Primus traditus Imperiali aule, quem poſtmodum ad peticionem proditoris Ducis *Meſconis Polonie* idem Imperator *Henricus* corruptus pecunia mittit in carcerem, *Jaromir* in paterna curia eſt nutritus. Dux autem *Polonie* peſſimus proditor primo urbem *Crocow* rapuit, *Boemis* ibidem penitus interfectis. Tandem Ducem *Boemie Boleslaum* pacis formata concordia fraudulenter invitat ad urbem predictam *Cracow* ſub ſpecie convivii, & ſolacii, & fraternalis amoris, qui ut vir *columbinus* ſuorum falſo conſilio proditus conſenſum dedit peſſimo proditori, nulla enim peior peſtis, quam familiaris inimicus, nec magis ad nocendum peſtis, quam mens

(*m*) In hoc anno obitus hactenus omnes domeſticos exterosque hiſtoricos erraſſe in Annalibus noſtris docebimus, oſtendemusque Boleslaum Pium adhuc anno milleſimo ſuperfuiſſe.

Digitized by Google

mens diſſona verbis. Unde: nulla maior peſtis, quam ſit mens diſſona verbis. Vocatis ergo a *Boleslao* proditoribus, quos tamen ſibi putabat fideliores amicos, diſpoſitis regni negociis filium ſuum *Jaromir* eorum fidelitati committit, dicens; ſi forte, quod abſit, in *Polonia* ſiniſtrum michi aliquod eveniret, filium meum *Jaromir* Ducem loco mei conſtituite vobis. Sicque profectus eſt in *Poloniam*, & in urbe *Cracow* honorifice ſuſceptus a proditore Duce *Mezcone* capitur, & oculis privatur, ſuis fugatis amicis & interfectis, quia non audivit conſilium *Salomonis* dicentis: *Non confidas de inimico tuo in eternum, & ſi ſubmerſerit vocem ſuam, ne credideris ei, ſeptem enim nequicie ſunt in corde illius*, in Eccleſiaſtico. Tanti autem ſceleris fama volante *Pragam* domeſtici proditores predicti Ducis *Boleslai* jam orbati, quorum fidei fuerat commiſſus filius *Jaromir* in Ducem levandus, proditorie educunt juvenem ad ſilvam *Weliz*, & ibidem captum ſuum Dominum, & ſupinum clavis ligneis ligatum per brachia, & per pedes humi proſternunt, & trans corpus Domini ſui ſaltant militaribus equis, verbis contumelioſis, & clamoroſis ad invicem contra Dominum ſuum inſultantes, quia, ut dicit Salomon, *gaudent, cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis*. Hoc crudeliſſimum ſcelus quidam de conſervis nomine *Howora* videns, velociter currens *Pragam*, nuncciat amicis Ducis, qui ſtatim armati currunt, quos ut viderunt peſſimi proditores, fugiunt per nemora, & latebras querunt. *Pragenſes* autem ſolvunt ſeminecem Ducem, cuius corpus a muſcarum agmine laceratum vehiculo imponentes reduxerunt in *Wiſſegradenſem* urbem, & curam eius egerunt. *Howore* autem fideliſſimo ſervo omni laude digno, talis gracia pro merito redditur, ut tam ipſe, quam eius poſteritas inter ingenuos & nobiles computetur, inſuper dant ei dignitatem venatoriam, que ad curtem *Stebetbnam* pertinet in eternum, & ſic proclamatum fuit per omnia fora.

Quomodo capta fuit Praga a Duce Polonie proditorie, & quomodo Odalricus Dux eam tunc recuperavit?

ODALRICO autem proditorie per Imperatorem *Henricum* tercium ad peticionem predicti Ducis *Polonie* detento in carcere, *Jaromir* infirmo jacente in *Wyſſegrudo*, *Mezco* predictus *Polonienſis* capit *Pragam*, & per duos annos tenuit eam. Anno autem Dominice incarnacionis *milleſimo ſecundo Odalricus* carcere expeditus venit occulte in caſtrum nomine *Drewiz*, & mittit militem fidelem ſibi in *Pragam* nocte, qui clan-

Digitized by Google

gore tube perterreat *Polonos* incautos. Qui miles nocte in eminenciori loco, qui dicitur *Sixi*, *(n)* tuba intonat, & alta voce clamat, fugiunt, fugiunt *Poloni* confuſi turpiter, irruite, irruite armati *Boemi*, perſequimini fugientes. Stupefacti ad hanc vocem *Poloni*, ſicut amentes fugiunt, nemine perſequente, & cum tanto terrore, ut ſe comprimendo occiderent mutuo pre timore, & videbatur eis, quod ſepes & ſaxa clamarent ſuper eos occiſionem, & vix Dux evaſit turpiter fugiendo.

Poſtera die Dux *Odalricus* potenter intrat urbem, & a ſuis proditoribus, quos putabat amicos, ſeductus, tercio die germanum innocentem *Jaromir* privat lumine oculorum, & mittit eum ad viculum *Lizka.* Hic *Odalricus* ex uxore ſterili heredem non habuit, verum dum iret venatum, vidit mulierem quandam lavantem ſpecioſiſſime forme, nomine *Boza*, quam tulit, & ſibi copulavit, ex qua preſtantiſſimum filium ſuſcepit, quem *Wratislaw (o)* appellari fecit; Nec tamen prima connubia ſolvit, quia binas vel trinas uxores habere tunc erat gloria *Boemorum*, vivebant enim quaſi bruta animalia, legitimum matrimonium non ſervantes. Hic *Odalricus* Dux recuperavit *Pragam*, & poſtmodum *Moraviam*, quam vi detinebant *Poloni*, quos omnes expulit, cepit eciam *Polonos* multos, & cathenatos vendidit centenos & centenos *Ungaris*, probitate filii ſui *Wratislai* probiſſimi Ducis, cui eciam terram illam tradidit poſſidendam.

De morte Odalrici Ducis, & lamento germani eius Jaromir ceci.

Anno Domini *milleſimo triceſimo*, *ſeptimo Ydus Novembris Odalricus* Dux moritur, Ducatum relinquens filio ſuo *Wratislao*. Quo delato ad Eccleſiam ſancti *Georgii* pro ſepultura dum celebrantur exequie, *Jaromir* frater eius cecus audiens germani ſui necem, a quo privatus fuerat Ducatu, & lumine oculorum, *Pragam* vehiculo portari ſe fecit, & ſtans juxta feretrum, veris elegi fletibus ora rigans, omnium ibidem aſtancium corda concuſſit ſuo lamentabili planctu, dicens; heu michi germane, heu dira condicio mortis, mortuus ecce jaces, nec ego, nec tu modo gaudes hujus terreni faſtigio regni, lumine me privaſti, nec ego, nec tu gaudes. Nunc ſcio, quia ſi poſſes lumina michi reddere, velles. Sed nunc ex toto tibi frater remitto, ut Deus Omnipotens pietate ſolita tibi parcat, ſpiritus atque tuus poſt hec in pace quieſcat. Cumque elegiis terminatis, ac Ducis *Odalrici* corpore tradito ſepulture, predictus *Ja-*

(n) Zizi. (o) Braczislaw ſeu Brzetislaum.

Digitized by Google

Jaromir cecus nepotem filium germani ſui *Odalrici* defuncti *Wratislaum* ducit ad ſedem principalem, & ſtatuit eum in throno, & ut moris eſt, decem millia nummos per aule cancellos ſpargunt. Duce autem in ſolio collocato, cecus *Jaromir* vocat nominatim, quos noverat armis potentiores, fide meliores, milicia forciores, & diviciis eminenciores, quibus clara voce dixit, quia mea fata non ſinunt, ut ego ſim veſter Dux, hunc *Wratislaum* vobis Ducem aſſigno, & ut ei obediatis, monemus, & collaudamus, ut dignum eſt Duci, debitam ei exhibeatis fidelitatem, ut veſtro Principi.

De ammonicione facta Wratislao, & crudeli morte Jaromir patrui ipſius.

Poſt alloquium commune vertit ſe *Jaromir* cecus ad Ducem in hec verba. Nunc autem fili mi moneo, ut iſtos colas ut patres, hos diligas ut fratres, in omnibus eos tibi conſiliarios habeas, hys populum & urbes committas, per eos enim regnum *Boemie* ſtat, & ſtetit, & ſtabit in eternum. Aſt illos, qui ſunt verſuti, iniquorum patrum peſſimi filii, nequam, noſtri generis hoſtes domeſtici, & familiares inimici, ut cenoſam ratam (*p*) devites, & conſorcia eorum declines, quia nobis nunquam fuerunt fideles. Ecce me innocentem, & ſuum Principem in prunis ligaverunt, & diverſis affecerunt ludibriis, poſtea innatis ſuis verſuciis, & fraudulenciis hoc egerunt, ut frater fratrem oculis privaret, habeas fili mi in memoria ſemper, quomodo ſanctus *Adalbertus* excommunicavit eos, & facta eorum crudelia. Hoc illi audientes diſſecabantur cordibus, & ſtridebant dentibus in eum, & non poſt multos dies *Cocban*, de quo ſupra, miſſo ſpiculatore noctis tempore acutiſſima Sſycha (*q*) perforat eum a parte inferiori, & martirem conſecravit anno Domini *milleſimo triceſimo octavo* pridie *Nonas Novembris*.

De mira audacia Ducis Wratislai, & raptu Judithe Virginis pulcherrime.

Hyſdem temporibus *Odalrico* adhuc vivente fama volat, quod in monaſterio, quod dicitur Zumbrad (*r*) in partibus *Theotonicorum* ſpecioſior erat puella, & qua nobilior nulla in tota patria vix poterat reperiri, nomine *Juditha*, generoſitate inſignis, filia ſcilicet Comitis prepoten-

(*p*) Id eſt: *ſtrata*m. (*q*) Id eſt: *Sica*. (*r*) Swinibrod.

tentis, & generoſi, cui nomen erat *Otto Albus* de ſanguine regio, & nobili matre. Hec *Juditha* tradita cenobio ad literas addiſcendas, alias Virgines ſicut generoſitate, ita morum honeſtate in omnibus precellebat. Audiens autem hoc iuvenis natus Ducis *Wratislaus*, cui & proceritas, forma, pulchritudo & operis magnitudo inerat, animatus eſt, ut moris eſt amancium, quam non viderat, plus eſtimat, plus amat, & qualiter poſſit pervenire ad ipſam, ut prudentiſſimus homo deliberat. Cognoſcens autem *Theotonicorum* ſuperbiam; noluit a patre illius poſtulare puellam, ſed fingens ſe velle ire ad Imperatorem, aſſumptis ſibi decem fidelibus ſociis, quamvis nulli revelaret animi ſui conceptum, venit quaſi hoſpes ad monaſterium ſupradictum. Dum autem hora veſpertina cum aliis ſodalibus *Juditha* intraret eccleſiam, videns eam fortiſſimus heros, victus ſtimulis amoroſis, rapuit eam, quaſi parvam aviculam, & portans eam ſub brachio, venit ad portam, que molendinaria cathena ferrea cingebatur, & cum ſibi liber aditus non pateret, extracto gladio, uno ictu non dimittens puellam, quaſi funiculum incidit groſſiſſimum ferrum, & fugiens per nemora cum optata rapina opaca nocte, a perſequentibus vix evaſit, Sociis deliteſcentibus in eodem cenobio, ac male tractatis. Ipſe vero, ne contra *Boemos Theotonicorum* animos concitaret, nobilem thezaurum portat in *Moraviam*, quam pater ſibi dederat expulſis *Polonis*, venditis, & fugatis, anno Domini *milleſimo xxi.*

Incidencia de eisdem temporibus.

Otto tercius Imperator moritur, huic ſucceſſit *Henricus* Imperator. Hic conſtruxit caſtrum in quodam monte empto a quodam, qui dicebatur *Pabo*, in quo monte edificavit caſtrum, & nomine illius venditoris nomen impoſitum eſt ei *Babenberg*. Ibi edificavit epiſcopatum ditiſſimum, ibi eciam eccleſiam ſolempniſſimam in honorem glorioſe Virginis *Marie* & ſancti *Georgii*, quam immenſis diviciis ampliavit. Habuit eciam iſte Imperator heremitam quendam familiarem, cui *Jheruſalem* eunti contulit maximum calicem, ut in Jordane lavaret eum pre devocione. Cumque ille heremita de peregrinacione veniret cum calice baptizato, ad quendam alium ſanctum virum cauſa hoſpicii quodam ſero divertit, & cum exoraret, ut pro vita Imperatoris oraret, ille heremita reſpondit, pro eius incolomitate orare non expedit, quia hac in nocte monſtratum eſt michi, ipſum ab hac luce migraſſe, quem multitudo demonum turpiter trahebant per barbam furcis ferreis vel igneis impellebant, furibunde clamantes

[mo]ntes, noſter eſt, noſter eſt Imperator, ſancta autem *Maria* cum ſancto *Georgio* ſequebantur. Cum autem ad judicium ventum eſt, vidi ſtateram perlongiſſimam, & ex una parte nimio peccatorum illius pondere gravabatur, ut videretur omnino deſcendere in abyſſum, ex alia parte venit ſanctus *Georgius*, & poſuit in bilance ſtatere Eccleſiam unam totam, candelabra, calices, & ornamenta multa auri & argenti, & veſtes ſacras. Cumque nec ſic prevaleret, maximum calicem aureum cum duabus anſis obtulit beate Virgini ſanctus *Georgius*, que quaſi pre ira caput agitans, dixit parti *Tartaree*, certe nec veſter erit, & quaſi pre indignacione calicem proiecit, & fracta eſt una anſa, tunc evanuit legio demonum maledicta, & beata Virgo *Maria* manum eius dexteram cepit, ſanctus *Georgius* ſiniſtram, & ad celi patriam feliciter perduxerunt. Quo audito heremita viator aperiens ſarcinam, calicis anſam unam fractam invenit, ut ſicut videtat heremita. Hic calix in *Babenberg* ſolempniter reſervatur. (s) Anno Domini *milleſimo tercio* interfecti ſunt *Wrſſowici Boemorum* procerum peſſimi proditores &c.

De morte quinque fratrum ſanctorum Heremitarum.

Anno Dominice Incarnacionis *milleſimo iiij.* ſancti *Benedictus*, *Mathias*, *Johannes*, *Yſaac*, *Chriſtinus*, ſextus erat *Barnabas* miniſter eorum in partibus *Polonie* de Ytalia venientes, ſanctiſſimam & ſtrictiſſimam vitam heremiticam ducebant. Igitur Dux *Mezco* audiens ſanctam eorum vitam, ivit in paucis ad viſitandum eos, & ſe eorum oracionibus recommendans, ſaccum pecunie dedit eis pro elemoſina, continens centum marcas, illi ſimplicitate columbina receptam pecuniam, ymo pocius ignem omnis ſpiritualis edificii deſtructivum, laqueum dyaboli, omnem ſpiritus conſvetam dulcedinem perdunt, quod advertentes de mane habito colloquio laqueum dyaboli omnino a ſe repellere decreverunt, & fratrem *Barnabam* cum pecunia predicta ad Ducem remiſerunt. Interim latrones ſupervenientes querunt pecuniam ſupradictam, cumque negarent, & ad Ducem remiſiſſe conſtanter aſſererent, predicti latrones pre ira diu tortos gladiis occidunt quinque fratres predictos, ſexto nondum reverſo a Duce, & ſic martirium compleverunt, anno Domini *milleſimo iiij. pridie Ydus Novembris*. Anno Domini *milleſimo ſexto Helena* (t) Duciſſa relicta *Boleslai* obiit ſancte fame.

(s) Hanc fabellam ex Chronico quodam Germano exſcripſit Màrignola, qua pene omnia hujus ætatis ſcatent. (t) Hemma.

Continuacio yſtorie de probitate Ducis Wratislai, & heroycis operibus eiusdem.

Dux ergo *Wratislaus* nulli probitate ſecundus, qui pulcritudine corporis, morum venuſtate, ac omnium virtutum generoſitate preclarus, ex nobili *Juditta*, quam de *Theotonica* terra rapuit, ut ſupra dicitur, prolem pulcherrimam generavit, ſcilicet quinque filios, quorum iſta ſunt nomina, *Spitigneus* primogenitus, ſecundus *Wratislaus*, tercius *Conradus*, quartus *Jaromir*, quintus & ultimus pulcherrimus *Ottò*. Hy in ſua puericia pretendebant moribus, quante glorie futuri erant, & gaudium patri & matri tam nobiles filii cumulabant. Hic glorioſus Dux magna cede proſtravit *Ungaros*, & terram eorum usque ad urbem *Strigeniam* devaſtavit. Hic glorioſus Dux memor iniurie *Boemorum*, & persecucionis, quas Dux *Polonie Mezko* intulerat eis, *Kazymir* Duce defuncto duobus dimiſſis infantibus *Boleslao* ſcilicet & *Wladislao* intrat potenter *Poloniam* quarto ſui anno, & urbem metropolim *Cracow* funditus vaſtat, ceteras urbes igne, gladio, ferroque deſtruit, & ſubvertit, acceptis thezauris maximis, & ſpoliis infinitis. Cumque veniſſet ad caſtrum fortiſſimum *Bdec*, ubi maxima fortitudo confugerat, timentes *Poloni* impetum eius, exeunt obviam Duci, ferentes auream virgam in ſignum dedicionis, & ſua ſimpliciter ei ſubmittentes, quos ille benigne ſuſcipiens cum omnibus ſuis pecoribus & iumentis tranſtulit in ſilvam nomine *Cyrum*, (u) & ibi eis urbem edificari mandat, que nomine derivato dicitur *Beane*, unum conſtituens eis prefectum, ſub quo vivant ſecundum primas leges ſuas. Inde ad urbem venit metropolim *Gnezdnem*, ubi in Eccleſia beate *Marie* precioſus thezaurus quieſcebat, ſcilicet corpus beati Martiris *Adalberti* olim Epiſcopi *Boemorum*. *Boemi* autem maxima leticia potiti victoria, rapere cupiunt corpus Martiris glorioſi, quorum temeritatem Preſul eorum *Severus*, ut dicitur, luculento ſermone refrenare conatur, dicens; fratres mei & filii, non ſic preſumptuoſe Sanctorum corpora ſunt tractanda. Prius ergo triduano jejunio premiſſo, penitentiam agite de malis preteritis, & puram confeſſionem facite de peccatis cum cordis contricione & lacrymis, firmiter proponentes omnia mala preterita emendare, & corrigere, pravas conſuetudines, & corruptelas peſſimas, quas actenus habuiſtis. *Boemi* autem mente ferina Preſulis monita contempnentes manus ſacrilegas ad confringendum altare, ſine cuius deſtruccione non poterat ape-

(u) Cyrn.

Digitized by Google

aperiri ſepulcrum, extendere non verentur. Verum Divina ſtatim ulcione percuſſi, trium quaſi horarum ſpacio ſtupidi permanent, & amentes, donec Dux & Pontifex corde compuncti oraverunt pro eis, & ſic licet tarde reducti ad mentem iuſſa Preſulis per penitenciam impleverunt. Completo autem devoto triduano jejunio beatus Martir mane apparuit *Severo* Epiſcopo dicens; Deus miſertus donabit pro petitis, dummodo mala preterita emendetis. Tunc Epiſcopus Duci mane indicat viſionem, & ſimul cum Comitibus & populo cum devocione & lacrimis intrant Eccleſiam, & poſt longam oracionem ſurgentes Dux & Epiſcopus ambonem aſcendunt, Dux autem extenſa manu dextra contra ſepulcrum jubet omnes dextras elevare, quaſi ad juramentum, & concionatur ad populum eleganter, ſtaurans (x) leges optimas, quas Epiſcopus ſub anathemate in contrarium facientes canonizat conſenſu omnium cum ingenti clamore & laude. Tunc Dux & Preſul Sancte *Trinitatis* nomine invocato tumulum faciliter reſerant, & vident ſacrum corpus incorruptum, quaſi fuiſſet eadem die ſepultum, & tantam omnes ſenſerunt odoris fragranciam, ut refecti cibo optimo viderentur, eciam odor tribus diebus continuis non ceſſavit, ubi eciam multi languidi ſunt ſanati. Dux autem pre gaudio lacrimis perfuſus ſic orat; O *Criſti* Martir *Adalberte* noſtri ſemper miſerere, nunc nos ſolita pietate reſpice, & ad tuam Sedem per nos referri non dedignare; Et qui primo ſepulcrum minime tangere potuerunt, nunc levant faciliter ſanctum corpus, quod Dux & Epiſcopus honorabiliter collocant in altari. Corpus eciam *Gaudencii* Epiſcopi germani eiuſdem ut transferant, diligenter inquirunt, & ſic cum infinitis eiuſdem Eccleſie theſauris, tribus ſcilicet altaris aureis tabulis, campanis, & ornamentis, & aliis infinitis ſpoliis, & theſauris infinitis ad urbem *Pragam* ſolempniter deportaverunt, & in Vigilia beati *Bartholomei* iuxta fluvium *Rokitinicam* pernoctantes cum ympnis & laudibus mane ſequenti intrant urbem *Pragam* occurrente proceſſione ſolempni.

Rex autem & Epiſcopus portant precioſum Sancti corpus, Abbates eciam reliquias quinque fratrum, Archipresbiteri vero corpus ſancti *Gaudencii*, qui poſt martirium ſancti *Adalberti* fratris ſui Pontificatum rexit in civitate *Gnezdnenſi*, poſt hoc duodecim Presbyteri aureum Crucifixum magnum deferunt, nam Dux *Mezko* ter apponderavit ſe auro predicto. Deinde ferunt tres tabulas auri ornatas gemmis, & innumerabilibus lapidibus precioſis, que erant circa ſepulcrum, quarum una longitudinis erat quin-

(x) Id eſt: inſtaurans, inſtruens *Dufreſne in Gloſſ.*

Digitized by Google

quinque ulnarum, latitudinis vero decem palmarum, & in margine ſcriptus erat verſus. *Ter centum libras apponderat hos opus auri.* Ultimo plus quam centum plauſtris campanas, & omnes *Polonie* gazas nobilium vinctorum, & catenatos innumeros deferebant. Facta eſt hec translacio anno Domini *milleſimo triceſimo nono, nono Kalendas Decembris* &c. Anno eciam Domini *milleſimo quadrageſimo primo* Imperator *Henricus* ſecundus fugatur turpiter a *Boemis*.

De accuſacione Boemorum apud Romanum Pontificem.

Tantam autem *Boemorum* leticiam non ferens humani generis inimicus, emulorum linguas acuit contra eos accuſancium eos *Rome*, & tam Ducem, quam Epiſcopum deponendos, ac eciam anathemate feriendos pro eo, quod non ſolum terras aliorum, & *Chriſtianum* populum deſtruxiſſent, ſed eciam violaſſent Eccleſias, theſauros abſtuliſſent, ac temeritate ſacrilega Sanctorum fregiſſent ſepulcra, & in contemptum Dei & apoſtolice Sedis ſacra vaſa manu ſacrilega prophanaſſent, & Sanctorum reliquias rapuiſſent. Citantur ergo reſponſuri pro tam nefandis operibus *Romani*. Deus autem cor Summi Pontificis, & ſacri Collegii vertit in manſuetudinem, ita quod auditis per nunccios prudentes humilibus excuſacionibus *Boemorum*, quamvis in conſiſtorio inter multa Summus Pontifex diceret, quod nulli ſit licitum ſine eius authoritate ſacrum corpus transferre, quod cum culpa humiliter cognoſcebant, ipſorum pie intencioni parcebat, impoſita Duci & Epiſcopo penitencia, ut Eccleſiam collegiatam & dotatam in loco aliquo competenti ad honorem Sanctorum, qui libenti animo conſtruxerunt Eccleſiam pulcram & ſumptuoſam, & ibidem Prepoſitum & Canonicos ordinarunt in numero competenti.

De turbacione Boemorum contra Henricum ſecundum Imperatorem, & bello.

Sedata autem feliciter turbacione *Romane* Eccleſie inimicus humani generis aliam *Boemis* per Imperatorem ſuſcitat queſtionem. Relatum ſiquidem fuit auribus *Henrici* ſecundi Imperatoris centuplum ultra, quam fuerat, aurum *Boemos* de *Polonia* abſtuliſſe, & miſſis Imperialibus nunciis, minatur bellum, niſi omnino reſtituant aurum, & alia, que a *Polonis* acceperant per rapinam, & ſtatim Imperiales aquilas contra *Boemos* exi-

Digitized by Google

exire jubet. Dux autem remittit Ceſari, quomodo *Pipinus* magni *Karoli* filius, quod Imperatoribus *Boemie* redderent annuatim centum viginti boves pingves, & marcas argenti quingentas: quod libenti animo facimus, gravius jugum portare non poſſumus. Tunc Imperator: lex Principum cereum habet naſum, Rex ferream manum, ideo quo ſibi placuerit, flectit legem, *Pipinus* fecit, quod voluit, & vos, niſi feceritis, que mandamus, noſtros vobis pictos clipeos oſtendemus. Et ſtatim congregavit exercitum fortiſſimum innumerabilem, & per viam ſilve iuſſit ſaxones intrare *Boemiam*, quorum Dux *Okardus* erat Princeps. Audiens autem Ceſar, quod *Boemi* conabantur obſtruere viam ſilve, caput concutiens, ſi, inquit, *Boemi* muros celis erigant altiores, ſi aſcenderent ſupra aſtra, nichil miſeros iſta iuvabunt, & iuſſit ſuos irrumpere ſilvam, & ipſe eos precedens aſcendit montem altum in media ſilva, & ſedens in tripeda ſuis principibus convocatis. Hic, inquit, in valle latitant mures aggreſtes, non eſt opus uti laborioſo certamine contra pavidas columbas, tantum deſcendite, ſtatim inient fugam. Fefellit autem eum ſua opinio, non enim ibi erat municio *Boemorum*. Cumque Principes hortarentur nominatim, ut deſcenderent pedeſtres in pugnam, & illi laboroſe nimis per ſilvam *Boemos* in alio monte ſitos inquirentes, & pre nimio calore & ſiti arma ferre non poſſent, occurrentibus ex improviſo *Boemis*, fit clamor utrorumque ad ſidera, & commiſſo bello contra *Saxones* fatigatos, dimicantibus *Boemis* viriliter ut leones, tanta ſtrages facta eſt *Saxonum*, quantam prius nullus hominum recordatur. Imperator autem contra ſpem videns agmina ſua defeciſſe, preſidio fugientis equi velociſſimi mortem fugit. *Okardus* autem Dux jam *Boemiam* invaſerat, ſed audito infelici ſucceſſu exercitus Imperatoris, cum dedecore in *Saxoniam* remeavit. Dux autem *Boemorum* cum victoria reverſus, comitem *Procos* de prodicione accuſatum, quod corruptus fuerat *Saxonum* pecunia, trucidavit. Huic Dux commiſerat tres legiones de *Ungaria*, & prefecit eum cohorti de *Moravia*.

De victoria Imperatoris, & pace facta.

Anno autem Domini *milleſimo quadrageſimo ſecundo Henricus* ſecundus Imperator volens ulciſci preteritam cladem, valida manu tribus diebus intravit *Boemiam*, & eam totam hoſtiliter vaſtat uſque ad urbem *Pragam*, ubi Imperator fixit aquile victricia ſigna, tunc Ducem penitere cepit, quod contra Ceſarem dimicaſſet, uſus tamen ſagaci conſilio humilibus verbis Ceſaris placat iram. Quid, inquit, O Ceſar contra fo-

Digitized by Google

lium dimicas, tui ſumus, & tui eſſe volumus, terra, quam deſtruis, tua eſt. Jam victor es, cinge tua tempora lauro. Inſuper mille quingentas marcas promittit denariorum. Sicut enim aqua extinguit flammam, ſic oblata pecunia mitigat Ceſaris iram, & pace interpoſita Ceſar mitis factus abſcedit. Anno autem ſequenti fuit magna fames. Dum autem Ceſar obſideret *Pragam*, *Severus* Epiſcopus fugit de civitate, & ivit ad caſtra Ceſaris, ne privaretur epiſcopatu, ſi contra Ceſarem rebellaſſet.

De Wratislai temporibus, & incidentibus.

Anno Domini *milleſimo quinquageſimo ſecundo Bozana* (y) pulcherrima femina, mater *Boleslai*, olim uxor *Odalrici*, obiit. Anno vero *milleſimo liij.* Sanctus *Procopius Theutonicorum* expulſor, cuius geſta fuerunt mira, in vita claruit, & in morte. Anno vero Domini *milleſimo quinquageſimo quarto Wratislaus* reddidit *Polonis* civitates, quas ceperat, ea condicione, ut tam ſibi, quam ſuis ſucceſſoribus quingentas marcas argenti, & triginta auri ſolverent annuatim. Anno Domini *milleſimo lviij. iiij. Nonas Auguſti Juditta* coniux *Wratislai* Duciſſa *Boemorum* obiit, quam filius ſuus *Spitigneus* expulerat de regno. Que cum non poſſet ſe aliter vindicare de filio, ad contumeliam omnium *Boemorum Petro* Regi *Ungarie* illuſtri nupſerat, que poſtea a filio ſuo *Wratislao* inde translata, ſepulta eſt *Prage* iuxta virum ſuum *Wratislaum* in Eccleſia ſanctorum *Viti* & *Wenceslai* Martirum. Anno autem Domini *milleſimo ſexageſimo* Dux *Spitigneus* eccleſiam, quam ſanctus *Wenceslaus* conſtruxerat, & aliam capellam iuxta deſtruxit, & aliam ampliorem fundavit, ſed preventus morte complere non potuit.

De morte Wratislai glorioſi Ducis.

Anno Domini *milleſimo quinquageſimo quinto* Dux *Wratislaus* virtutum culmine clarus Dux *Boemorum*, patrum lux clara ſuorum, dum *Poloniam* ſubjugaſſet, dum parat invadere *Pannoniam*, in urbe *Chrudim* expectans exercitum, febre valida corripitur, videnſque ſibi mortem propinguam, convocat primates terre, & ſic ait, quia mea fata me vocant, volo vobis aſſignare, qui poſt me rempublicam debeat gubernare. Vos ſcitis, quia noſtra genealogia quaſi defecit, & usque ad me unum pervenit, nunc michi ſunt nati quinque, nulli probitate ſecundi. Nunc divi-

(y) Bozena.

Digitized by Google

videre regnum non eſt utile, quia omne regnum in ſe diviſum deſolabitur. Si enim conſidero a principio mundi quid fecerint *Cayn* & *Abel*, *Remus* & *Romulus* Principes primi *Romani*, quid noſtri atavi *Boleslaus* impius & ſanctus *Wenceslaus* fratres bini, quid facturi ſunt modo quini, hos quanto pociores intueor, tanto mente preſaga peiora augurior in futurum. Unde per Deum veſtram fidelitatem obteſtor, quod ſemper major obtineat ſolii principatum, omnes fratres ſubiecti ſint ſub eius Ducatu, aliter, niſi unus regat Ducatum, cito veniet vobis principibus & populo ad jugulum, & reipublice detrimentum. Hec dicens, & inter aſtancium manus ſolutum Deo reddidit ſpiritum, & factus eſt magnus planctus omnium ſuper eum *iiij. Idus Januarii.* Fuit autem iſte Dux in divinis & humanis legibus diſcretiſſimus judex, largus elemoſinarum dator, pius eccleſiarum factor, peregrinorum, pauperum, & viduarum defenſor, ac virtutum omnium verus cultor. Cui ſucceſſit primogenitus eius *Spitigneus*, eodem anno in ſolio collocatus.

De ſublimacione Spitignei Ducis.

Spitigneus poſt patrem ſublimatur communi voto omnium, vir valde ſpecioſus, ceſarie capitis quaſi corvus nigerrima barba prolixa, facie leta, gene eius candide, parum rubentes, & a vertice usque ad talos non erat in eo macula. Eadem die, qua intronizatus eſt, hoc mirabile poſteris memoriale dimiſit. Omnes *Theutonice* lingue cuiuscunque condicionis aut ſexus, juſſit infra tres dies eliminari de terra *Boemie*, nec proprie matri parcens, nec ſancti *Georgii* Abbatiſſe. Hic enim adhuc patre vivente cum *Sace* gubernaret provinciam ſibi a patre commiſſam, & murum urbis (z) repararet, cum nullo modo murus dirigi poſſet, niſi furno quodam deſtructo, quem alii deſtruere non preſumerent precibus Abbatiſſe. Hic jocoſe ridens iuſſit uno impetu furnum deici in torrentem, poſtponens bono communi tam parvum furnum, dicens; hodie Domina Abbatiſſa calidas placentas minime manducabit. Quo facto Abbatiſſa, quaſi urſa ferox, contumeliis afficit juvenem verecundum, & hys exprobrat metris; Nobilis inſignis vir fortis & inclitus armis, quam magnas turres nunc expugnavit & urbes. Et ſibi famoſum fert de fornace triumphum, tempora iam lauro victricia cingat & auro, Clerus multimodas campanis perſonet odas, Dux quia dejecit fornacem, miraque fecit. Ac pudet effari, quod non pudet hunc operari. Diriguit juvenis pre

(z) Omnes alii id de muris caſtri Pragenſis narrant.

Digitized by Google

pudore, & ſilencio compeſcuit iram donec ad paternale ſolium preveniret, quo die curru ſuppoſitam remiſit ad *Tevtonicam* terram.

De geſtis Spitignei & fratrum eius, & diſpoſicione Regni Moravie.

Hys itaque geſtis volens diſponere *Moravie* Regnum, quod pater eorum dimiſerat inter fratres, convocat trecentos nominatos ſub pena capitis, quod ſtatim perſonaliter compareant coram eo, illos vero, qui non compleverunt juſſa Principis, immediate ipſe in *Moraviam* properans, ſibi occurrentes teneri fecit, & cathenatos miſit in cuſtodiam per civitates *Boemie*, equos eorum, & arma diſtribuit inter ſuos. Quod audiens frater eius *Wratislaus*, valde timuit, & dimiſſa uxore ſua pregnante fugit, quem Rex *Andreas Ungarie* gratanter recepit. Dux autem *Spitigneus* diſpoſita *Moravia* pro libitu uxorem germani pregnantem inventam in civitate *Olomucz* tradidit cuſtodiendam comiti *Mztis* in quodam caſtro, qui comes indecenter tractabat eam, omni nocte pedem ſuum compede ſtringens, quod audiens vir eius, ingemuit. Poſt menſem vero evolutum ad peticionem *Severi* Epiſcopi remittit Dux eam viro ſuo, que pre labore cum abortu ſpiritum exalavit. Quod audiens vir eius abſorbebatur triſticia, non tantum de morte, quantum de contumelia per cuſtodientem eam, & compede nocte ligantem ſibi illatam. Cuius triſticiam Rex Ungarie relevavit colloquiis & conviviis iuxta poſſe, & unicam filiam eius ſibi in matrimonio copulavit nomine *Aleytam* virginem ſpecioſam.

De Spitignei prudencia, & facta converſacione eius, & pia morte ipſius.

Dux autem *Spitigneus*, ut vir ſapiens, precavens, ne frater ſuus percuteret *Moraviam*, auxilio *Ungarorum* fratres ſuos *Conradum* & *Ottonem* ſecum tenet in curia, preficiens *Conradum* venatoribus, *Ottonem* fecit cocorum & piſtorum magiſtrum. *Jaromir* vero adhuc in ſtudio morabatur. Hec autem fecit, ne contra eum *Wratislao* ſe coniungerent fratres eius, erat enim valde prudens, arcum ſuum ſecundum occurrencia ad utramque manum convertens. Hic Dux inter ceteras virtutes hoc poſteris memoriale reliquit. Primo namque quadrageſimali tempore, ut magis devotus eſſet, morabatur in clauſtro canonicorum,

vel

Digitized by Google

vel monachorum & divinis officiis inſtabat, oracionibus & vigiliis inherebat, ſic quidem, ut ante matutinum ſurgens, & extenſis manibus, & genuflexionibus orans devoto corde pſalterium ruminabat, elemoſinarum largus fuit dator. Poſt completorium monachale ſervabat ſilencium uſque ad primam. Et quamdiu jejunus fuit, tractabat eccleſiaſtica negocia, poſt cibum ſecularia, pelliceam epiſcopalem, & tunicam clericalem in capite jejunii induebat, & in paſcha donabat proprio capellano. Hic ut alter Imperator *Trayanus* ſimile opus exercuit pietatis, nam ad clamorem vidue intermittens expedicionem, cum jam ad bellum procederet, de equo deſcendit, & viduam de adverſario vindicavit. Hic vir tante probitatis pater clericorum, viduarum & pauperum, *quinto Kalendas Februarii* ducatus ſui anno *ſexto* migravit ad Dominum, anno Domini *milleſimo ſexageſimo primo*.

De Wratislao germano ſubſtituto, & Jaromir clerico eciam eorum germano.

Wratislaus audita morte germani revertitur de *Ungaria*, cunctisque *Boemis* faventibus ſublimatur in ſolium loco fratris, qui ſtatim regnum *Moravie* dividit inter fratres, *Ottoni* medietatem ex parte orientali, quam ipſemet a patre prius habuit, aliam medietatem verſus *Theutonicos* dat *Conrado*, que planior erat, & frugibus magis apta. *Jaromir* tercius eius frater audita morte Ducis, quem colebat ut patrem, de ſcolis revertitur, petens hereditatis paterne aliquam porcionem, ac veſte laycali aſſumpta, militari cingulo ſe accingit. Dux autem frater eius benigne redarguit eum; Noli, inquiens, frater a capite, cuius factus es membrum ordinacione noſtri piiſſimi genitoris per apoſtaſiam velle recedere, & proici in infernum. Olim divina gracia in ſacerdotem te elegit, propterea & noſter genitor te tradidit ſtudio literarum, ut ſi ſuperſtes fueris, fias Epiſcopi *Severi* ſucceſſor, quod erit Deo favente. Moxque coegit eum deponere comam, & in ſui preſencia fecit eum menſe Marcio in Dyaconum ordinari, & publice legere evangelium, & in miſſa Pontifici miniſtrare.

Quibus non obſtantibus poſt paucos dies novus Dyaconus reſumpſit cingulum militare, & fugit in *Poloniam* uſque ad obitum *Severi* Pontificis, quo anno Domini *milleſimo quinquageſimo ſeptimo* tradito ſepulture, *Jaromir* reſumpto habitu clericali cum germanis revertitur, & contradicente Duce adjutorio fratrum & principum, *Pragenſis* Epiſcopus ordinatur, non ob-

Digitized by Google

obſtante vulpina calliditate Ducis. Nam cum eum germani eius *Conradus* & *Otto* rogarent pro ſuo germano, & ordinacionem patris ei ad memoriam reducerent, ipſe vulpina calliditate fingens ſe longius ire. Congregato exercitu nactus oportunum tempus, reſidens in ſolio, & fratribus hinc & inde *Jaromir* preſente, vocat in medium *Saxonem* quendam ſuum presbiterum eciam multis laudibus commendatum, uſurpans Imperialem modum, & eum per annulum & baculum de *Pragenſi* Eccleſia inveſtivit. Cumque, ut moris eſt, nullus ei debitas laudes exclamaret, ſed murmur erat in populo, *Coyata* palatinus comes homo verax, percuſſit latus *Ottonis* Ducis, & dixit; quare non adjuvas fratrem tuum, nonne vides, quod frater tuus confunditur contra decretum patris, & advena, qui venit ſine bracis in pontificali ſolio exaltatur, at ſi Dux violat patris ſacramentum, abſit a vobis pravare conſenſum, nam pater veſter vos omnes adjuravit, ut *Jaromir* frater veſter poſt *Severum* Preſul fiat, quod ſi vobis diſplicet frater veſter, nunquid in noſtro clero non ſunt iſto advena meliores. Et converſus ad Ducem, ait, frater tuus ſapuit, quando omnes *Theutonicos* expulit una die, vivit adhuc Imperator cuius officium temerarie uſurpaſti, an ſi frater diſplicet, nonne in tuo clero non ſunt multi clerici meliores, & capiens per manum Duces & *Jaromir*, eamus, inquit, & videamus, ſi unus aſtucia prevalebit contra tres germanos quos par etas, una voluntas, eadem poteſtas ſociat; & maiore militum copia ſurrexerunt. Dux autem timidus fugit, & miſit germanis nunccium, quod non propter *Coyate* minas, ſed memor paterni precepti germanorum precibus condeſcendens, illo ſacerdote *Saxone* reprobato ad veſtrum beneplacitum *Jaromir* noſtrum germanum eligo in *Pragenſem* Epiſcopum & paſtorem. Facta eſt autem hec eleccio anno Domini *Milleſimo ſexageſimo octavo.* Et ſine mora Dux *Wratislaus* mittit comites, *Severum Allexium* & *Marquardum Theutonicum* cum fratre ſuo *Jaromir* ad Imperatorem *Henricum ſecundum*, qui dans ei paſtoralem virgam & annulum, fecit eum per *Moguntinenſem* Preſulem conſecrari Dominica die *vj. Nonas Julii*, mutato nomine *Gebehardus*. Hic in principio fuit valde levis moribus, die quo conſecratus eſt *Moguncie*, dum tranſiret fluenta *Reni*, quendam militem pedes in aqua tenentem, retro impinxit in aquam *Wilhelmum* nomine, dicens, ego te baptizo *Wilhelme*, qui reſpondit, ſi ſic baptizas, deliras Epiſcope, qui vix evaſit, quia ſciebat natare. Veniens autem *Pragam*, & intronizatus omnino procurabat *Olomucenſem* Epiſcopum *Johannem* monachum probum virum expellere, ſed cum non poſſet manu laicali perficere, perſonaliter illuc vadens, &

ab

Digitized by Google

ab eodem Epiſcopo gratanter receptus, intrat cum eo cameram, quaſi ſecretum aliquid ſecum locuturus, & per capillos capitis quaſi ferox leo agnum deiecit in terram, & pedibus conculcans ſemiviventem dereliquit, propter que, & alia ipſius facta mala miſſus eſt de *Roma* legatus, cui Wratislaus obedire contempſit, tandem iterum ambo Epiſcopi citati perſonaliter *Romam* veniunt, & niſi auxilio illuſtriſſime Comitiſſe *Machtildis* interventus fuiſſet, nomen Epiſcopi cum titulo perdidiſſet. Tandem illa Domina tamquam pro ſuo cariſſimo procurante nepote, predictus Epiſcopus cum apoſtolicis literis in *Boemiam* remittitur gracioſe. Ipſa namque comitiſſa *Machtildis* mater, & fautrix erat *Romane* Eccleſie, quam eciam diviciis & gloria multipliciter exaltavit, ideo negare ei quodammodo plus non erat.

De unione Sedis ſeu Epiſcopatus Olomucenſis cum Pragenſi.

Defuncto autem predicto *Johanne* Epiſcopo exmonacho procuracione importuna *Gebehardi* predicti Imperator *Henricus ſecundus* in concilio *Moguntino* aſſencientibus quatuor Archiepiſcopis & duodecim Epiſcopis, Abbatibus & aliis Prelatis predictum *Olomucenſem* Epiſcopatum cum *Pragenſi* univit, Duce *Boemorum Wratislao* procurante unionem prefatam pro fratre ſuo, de quo tandem penituit propter ſuperbiam fratris ſui Epiſcopi memorati. Nam poſtquam fuit idem Dux coronatus & unctus in Regem, capellanum ſuum idem fecit intronizari, non obſtante ſtatuto Imperiali, & Papali decreto, quia in miſſa habere aliter non poterat Epiſcopum, qui ut moris erat, imponeret ei coronam. Quo facto commotus *Gebehardus* Epiſcopus iter arripuit, ut Summo Pontifici conqueratur de Rege germano ſuo, & volens habere concilium cum Rege *Ungarie*. Cumque perveniſſet ad eum, febre correptus, mittitur per navim a Rege *Strigoniam*, ubi die ſeptima migravit ab hac luce. Fuit tamen iſte Epiſcopus elemoſinarum largiſſimus dator, miſerorum adiutor, pauperum conſolator, in divinis officiis ſedulus Dei cultor. Hic die ſue intronizacionis *Marcum* Capellanum ſuum Virum perfectum per omnia eruditum, conſtituit Pragenſem *Prepoſitum*, qui Eccleſiam totam *Pragenſem* de tenebris reduxit ad ordinem & ad lucem.

In-

Digitized by Google

Incidens quoddam de Jaromir predicto.

Tacendum non videtur quoddam de predicto Epiſcopo, quod die re-tus ſui de *Roma* occurrentibus amicis, & congratulantibus idem Epiſcopus narrat, quomodo *Machtildis* conſilio liberatus fuiſſet, & expulſus a Papa, & uni amico pre ceteris dixit demulcens barbam; Vide qualem reporto de *Roma*, Ceſare quidem dignam; at ille: placet Domine, ſed plus placeret, ſi cum barba mutata, mutatum animum reportaſſes, tunc enim in pace fuiſſes.

Miraculum quoddam.

Quidam vir attenuatus macie venit *Pragam*, afferens argentum, cingulum, & candelam, petens ſepulcrum ſancti *Radim* germani ſancti *Adalberti*, cui unus reſpondit, ſepulcrum hoc eſt, tamen nondum unquam ſanctum honoramus eum; quibus ille; cum eſſem *Cracow* in obſcuriſſimo carcere per tres annos, & fame deficerem, atque tabe, aſſtitit michi quidam ſanctus Pontifex, cuius facies, & veſtes lucentes erant, ut ſol, & ſtatim eduxit me de civitate & carcere, dicens; Ego ſum *Radym* ſancti *Adalberti* frater, vade *Pragam*, & offer munera ad meum ſepulcrum, quod devota nunc mente perfeci. Nec mirandum, ſi operatur Deus ad laudem ſancti ſui, qui cum germano ſuo non unum, ſed multa martiria pertulit, & cum pace vitam finivit.

De obitu Juditte coniugis Wratislai.

Anno Domini *milleſimo LXXXV.* obiit *Juditta* coniux Ducis *Polonorum*, filia *Wratislai* Ducis, & Regis *Boemorum*, hec a ſancto *Egidio* de provincia facto voto, & miſſis muneribus, cum eſſet ſterilis, filium optinuit, tercio die vitam finivit.

Quod ſub Henrico tercio Imperatore in concilio & ſynodo Moguntina Boemorum Ducum ſolium fit regale &c.

Anno Domini *Milleſimo octogeſimo vj.* jubente glorioſo Imperatore *Henrico tercio* ſemper auguſto, celebrata eſt magna ſynodus in urbe *Moguntina*, preſidente Sereniſſimo predicto *Henrico* Imperatore, ſimul cum quatuor Archiepiſcopis, & duodecim Epiſcopis, Abbatibus & Prelatis mul-

Digitized by Google

multis, ac eciam Satrapis, Ducibus, Marchionibus, & aliis multis omni conſenſu, Imperator *Henricus tercius* magnificus ſemper auguſtus *Wratislaum* tam *Boemie*, quam *Polonie* prefecit in Regem, & manu ſua imponens ei aureum circulum, omnibus collaudantibus juſſit *Egiberto Treverensi* Archiepiſcopo, ut in Sede ſua *Pragenſi* inungat eum in *Boemie* & *Polonie* Regem, & in capite eius ponat regium dyadema. Qui Archipreſul juſſis obtemperans venit ad metropolim *Pragam*, & *XVI. Kalendas Julii* inter ſacra miſſarum ſolempnia regalibus faſtibus indutum *Wratislaum* unxit in Regem, & coniugem eius *Cunegundem* cum eodem regali dyademate coronavit, cunctis acclamantibus, *Wratislao*, tam *Boemico*, quam *Polonico* victorioſiſſimo, magnifico, & pacifico Regi a Deo coronato vita, ſalus, & victoria. Facta ſunt autem tribus diebus convivia permagnifica, & datis donis Archipreſul ad propria remeavit cum magna gloria & honore.

Quomodo Saxones invaſerunt Boemos, filio Regis in aqua natante.

Anno autem Domini *milleſimo LXXXVII.* Rex collecto exercitu intrat *Zrybiam*, quam Imperator *Henricus* ſibi in perpetuum donaverat poſſidendam, & dum quoddam caſtrum nomine *Buozdec* (a) reedificat, mittit filium *Wratislaum* cum armata manu militum ad judicandum injuriam, quam receperat, alias revertens de curia Imperatoris.

Duo enim nobiles, & probiſſimi milites eius, inter primates preclari filii cuiusdam comitis occiſi fuerunt in quadam villa a villanis, cuius ville nomen *Kileb*. Filius autem Regis cum ſuis predictam villam ſpoliant, comburunt, & ſubvertunt totaliter, & cum preda maxima revertuntur. Dum autem feliciter meridie cum ſpoliis, & preda maxima ad propria remearent, pre nimio calore filius Regis volens aliquantulum recreari, jubet cum preda ſcutarios precedere, ipſo cum nobilioribus & fercioribus remanente, poſt prandium eciam balneari deſiderans, natat in flumine, cui *Allexius* Comes mandat; non hic ut in *Wltawa*, aut in *Egra* natas. Cui juvenis; condicio ſenum eſt ad motum folii trepidare, cui Comes, Deus faxit, ut ſit nunc inevitabilis fortune occaſio, & videbitur, qui plus trepident, juvenes, vel ſenes. Et dum hec loquitur, ecce ſubito, plus quam viginti apparent equites, eos provocantes ad bellum, *Boemi*

(a) alii vocant Guozdecz.

autem plus audaces, quam perſpicaces, prohibente Comite ſtatim ruunt in hoſtes, quos ſtatim ferrea legio militum *Saxonum*, que latebat in inſidiis, proſtravit, ita quod nullus de *Boemis* evaſit, qui autem erant in caſtris contra *Saxones* velut leonum catuli feroces irruunt vigoroſe, & hinc inde viriliter pugnantes, tandem *Saxones* defecerunt, ſed cum multo dampno *Boemorum*, quod cruentam victoriam habuerunt, & multi plures nobiles, qui erant cum Duce, quam milites, qui preceſſerant, perierunt, filius eciam Ducis perdidiſſet manum, niſi enſis capulum reſtitiſſet, & tunc apparuit, utrum juvenes, vel ſenes magis ſint ſapientes. Facta eſt autem hec ſtrages anno Domini *milleſimo octogeſimo, ſeptimo Nonas Julii.*

De probitate cuiusdam militis.

Eiſdem temporibus miles quidam nomine *Beneda* probiſſimus animum Regis offenderat, & quamvis pluries reconciliari probaſſet, nec obtinere valeret per amicos. Tandem accidit, quod Rex intravit in *Zrib*…, & cum cognovit Rex, quod *Beneda* erat in urbe *Miſe*, mittit, quod veniat ad eum, ſub fidei juramento vel pacto, quem ſtatim, ut venientem Rex vidit, qualiter eum capere poſſet, procurat in dolo, & videns aureum capulum enſis ejus, doloſe adjurans, quanti valeret perſcrutatur, petens ut ſibi oſtendat enſem, miles nihil mali ſuſpicatus, porrigit Regi extractum gladium de vagina. Rex autem vibrans contra eum gladium dicens, ubi es nunc fili meretricis, & precepit camerario, qui ſolus cum eo erat, ut militem caperet, & ligaret, camerarius autem homo peior erat peſſimo, & crudelis. Miles autem imperterritus rapuit enſem de femore camerarii, & per medium ſcindit eum, Regem autem leviter ter percuſſit. Rex autem perterritus clamare cepit, ad cuius clamorem ruunt de caſtris milites, & inperterritum militem volentem fugere, trucidarunt, quem jam mortuum iuſſit Rex per pedes ligatum per tribulos ſtraynari, (*b*) quaſi poſſet ulciſci in jam defunctum, anno Domini *milleſimo octogeſimo nono.* Item anno Domini *milleſimo nonageſimo primo Coſmas* eligitur *Pragenſis* Epiſcopus poſt *Jaromir*, qui dictus fuit *Gebebardus.* Eodem anno combuſta eſt Eccleſia Sanctorum *Viti, Wenceslai,* & *Adalberti* in civitate *Pragenſi.*

De

(*b*) Veroſimillime: *Straſcinari*, id eſt trahi, raptari ut explicat Dufreſne.

Digitized by Google

De imperio facto filio Regis, & eius vindicta &c.

Iſte Rex contra fratrem ſuum *Conradum* multum iraſcitur, quia filios fratris defunctorum defendebat potenter, & quia vidit eum ſolum, conatur expellere de terra, ſicut nepotes expulerat, dans partes hereditatis [illegible] filio ſuo, & congregato exercitu contra fratrem ſuum *Conradum* obſedit urbem *Brunn.* (c) Cumque per circuitum caſtra locanda diſponeret, *Zderac* villicus Regis ſicut erat homo verſipellis & peſſimus, qui jocoſe, ſi, inquit, placet O Rex tue Maieſtati, filium tuum colloca in parte fluminis, ut poſſit ſe aliquando recreare natando. Ad quod improperium filius Regis quaſi gladio cor eius vel lancea perforaſſet, [illegible] triſtis, & incenatus iſto ſero (d) permanſit. Eadem nocte mittit nuncium fidum ad conſulendum patruum ſuum *Conradum,* quid facto opus ſit. Qui reſpondit, ſi te quaſſus agnoſcis, ignem non minus te, quam parentem extingvere non pigriteris. Qua relacione patefacta ſuis, omnes laudant, ut tantum dedecus & improperium, quoad occiſionem ſocium, quando natabat in aqua, in qua exprobravit adoleſcenti, non dimittat inultum. Ille autem ordinatis militibus dedit ſignum, quando videritis villicum meum, & quod cirotecam proiciam in faciem eius, facite, quod eſtis facturi, neminem timeatis. Mane autem mittit pro illo peſſimo villico proditore, quaſi aliquid tractatum cum eo, qui nichil ſuſpicatus mali; ſtultus enim, dicit *Salomon,* quaſi per riſum operatur ſcelus, & ſolo comite ſociatus occurrit filio Regis. Adoleſcens autem apprehenſa eius dextra, ſeduxit in partem, & multa ei inproperans, tandem concluſit dicens, ammodo renunccio omni amicicie tue, proiciens in eius faciem cyrotecam. Tunc tres probiſſimi ſecuntur eum, & levant eum viriliter ſuper haſtas proſternentes ad terram pedibus eorum conculcantibus eum, & ſic infixum lanceis derelinguunt in terra. Socius, qui cum ipſo venerat, pallidus fugit, & nuncciat hoc in caſtris cunctis letantibus, ſolus Rex plorat eum. Filius autem Regis non longe ſua caſtra ſemovit, quem major pars electorum militum eſt ſecuta, ſcilicet plus quam tria milia electorum pugnatorum, & mittit nunccium ad patrem; quod facturus es hodie, incipe, parati enim erant bellum committere contra Regem. Cumque Rex territus, quid ageret, ignoraret, nurus ſua, coniunx *Conradi,* nomine *Virpirk* una de prudentibus mulierum, inſcio viro ſuo, venit ad Regem, & adoravit eum, quam Rex benigne ſu-

(c) Brünn. (d) veſpere.

Digitized by Google

ſuſcepit, & in medio procerum fecit ſedere eam, que vultu lacrimabili ſic incepit loqui. Ego iam non digna dici tua nurus pie Rex, ſupplex ad tua genua venire preſumo, in Deum vadit, qui ſuos invadit, oſtendam tibi, ubi magis ditaberis, in ſuburbio, *Prage*, & *Wyſſegradi*, ſi tibi placet videre, qualiter arſerit *Troya*, non melius videbis, quam ſi utramque comburas urbem, ac ſi tua fulmina iactas ſolum in iugulum fratris, abſit, ut alter *Caym* habearis, patet *Grecia*, patet *Polonia*, patet *Dalmacia*, ipſe enim mavult peregrinari, quam te fratricidio terminare (c) terram, que tua eſt, cui mavis, commenda. Que verba pungebant animum Regis, & omnium in tantum, quod omnes reſolverentur in lacrimas. Rex autem juſſit, ut ad latus eius ſedeat, & oſculatus eſt eam, que iterum ait, unam aliam parvulam poſtulo, ſi placet Regi, faſſionem, pro magno peccato filii parum ſupplicii nimis eſt patri, tunc Rex, video, inquit, quo pergis, vade, reduc fratrem meum & filium meum, timuit enim Rex valde, ne amborum fieret conſpiracio contra eum. Qui cum veniſſent cum Domina, Rex oſculatus eſt fratrem, & dixit ad filium, ſi bene egiſti, fili mi, nulli melius, quam tibi erit, ſi autem male, ſtatim in fletibus peccatum tuum aderit. Interea filius intelligens patrem non ex corde, ſed ex neceſſitate pacem feciſſe cum ſuis, ſeceſſit in partes urbis *Hradek*, expectans exitum rei. Congregati ſunt autem ad eum plus quam *tria milia* militum. Rex autem callida ſimulacione revocat fratrem ſuum *Conradum*, ne foveret partes filii, & adiurat comites, quod poſt ſuam mortem non filium, ſed fratrem *Conradum* eligant Ducem.

De pace facta inter patrem & filium meritis beatorum patronorum Wenceſlai & Adalberti.

Igitur dum pater contra filium, & filius contra patrem armantur in prelium, erant enim cum Rege Epiſcopus *Coſmas*, & proceres, & maior pars populi, cum filio autem par etas iuvenum, maior pars procerum manu forciores, & probiores, & tria millia electorum militum erant, unde magna ſtrages imminebat *Boemie*, ſi non divina miſericordia ſubveniſſet. Nam eadem nocte ſancti patroni *Boemorum Wenceslaus* & *Adalbertus* apparuerunt, carceres fregerunt, vinctos eduxerunt, precipientes, ut ad Eccleſiam properarent, dicere omnibus, quod Deus actenus erat *Boemis* turbatus propter gverram *Polonie*, nunc miſertus eorum miſit

ſit

(c) Lege: *taminare* id eſt contaminare.

Digitized by Google

ſic eos ad predicta operanda, & quod pacem factam inter patrem & filium nunciarent, quod & factum eſt, Deo autem miſerante, ut Sancti promiſerant, mediante Duce *Conrado*, inter patrem Regem & filium pax firmata eſt, & filius receptus a patre in graciam. Tunc miſit ad eum exercitus eius, & ſocii, ſi pacem feciſti cum patre tuo, ſcias tamen, quia nunquam confidemus de ipſo, cognoſcimus enim cor felleum eius. Quibus auditis, juvenis in corde ait, ſicut miles ſine armis, ſic nec Dux valet ſine ſuis militibus, ergo melius mihi eſt querere cum meis militibus panem, quam cum patre converſari. Poſt paucos quoque dies ad ſuos rediens, collecta omnium ſubſtancia eorum cum infinita multitudine animalium vadit ad *Pannonicum* Regem, a quo benigne colligitur, & ſecum nutrit inter regales delicias, populo autem, qui cum eo venit, aſſignavit Rex locum gratiſſimum, & amenum ad habitandum, nomine *Banow*, juxta caſtrum nomine *Trenem*, qui locus eſt eciam venacionibus aptus. Cetera autem neceſſaria precepto Regis circumſtancium regionum populi miniſtrabant.

De eleccione Epiſcoporum Coſme & Andree Pragenſis & Olomucenſis Eccleſiarum.

Eodem anno procurante *Wratiſlao* Rege *Coſmas* ad *Pragenſem* Eccleſiam *Jaromir* defuncto, & *Andreas* ad *Olomucenſem* Epiſcopi eliguntur, & juſſu Regis *Wratiſlai* Imperatori preſentantur *Mantue* reſidenti. Et eodem anno Rex *Wratiſlaus* moritur, Epiſcopis non conſecratis. *Conradus* autem frater eius ſucceſſit in Ducatu, & vixit menſibus octo, poſt quos Regis filius *Wratiſlaus* (*f*) de Ungaria rediens in ſolium ſublimatur, anno Domini *milleſimo nonageſimo*, tempore *Henrici tercii* Imperatoris.

De inſtitucione Wratislai & geſtis eius, Capitulum,

Wratislaus ergo iunior filius Regis defuncti poſt *Conradum* defunctum, qui Ducatum tenuit menſibus octo, de *Ungaria* rediens, proceſſionaliter cunctis letantibus eſt receptus, & in Eccleſia beate *Marie* paterno ſolio ſublimatus. Hic erat Princeps ſpectabilis, Deum timebat, & populum ſumma diligencia gubernabat, in principio ſui Ducatus feſtum ſancti *Wenceslai* ſolempniter celebravit, & per tres dies cunctis Principibus ma-

(*f*) Braczislaus.

Digitized by Google

magnificum convivium preparavit, & ſolius Dei gerens fiduciam, [illegible] eciam, que ad laudem Dei & Eccleſie proficua erant, & populi [illegible]tem in ſui Ducatus principio ordinavit. Hic primo omnes magos, [illegible]los, ſortilegos, incantatores eliminavit de terra, lucos, quos colebant ruſtici, & omnes ritus demonum, ac vanas obſervancias, & ſepult[illegible] ſilvis, larvas, & omnes jocos peſſimos exſtirpavit. Hic victorioſus Princeps pluries invaſit *Poloniam*, & ſemper victoriam reportavit, nam primo ſui Ducatus videlicet anno Domini *milleſimo nonageſimo tercio* ita crebris incurſionibus demolitus eſt eam, ut ex iſta parte fluminis *Odre*, a caſtro *Recen*, (g) uſque ad urbem *Glogow* preter ſolum *Nempci* oppidum nullus omnino remaneret habitator, nec ceſſabat, donec Dux *Polonie* cenſum ſolvit anni preteriti, & preſentis, & ſic pax facta eſt inter Duces &c. Anno, ſcilicet ſequenti, *milleſimo nonageſimo quarto* generalis ſynodus tocius *Romani* Imperi in *Maguncia* eſt indicta, in qua ſynodo *Coſmas* & *Andreas* electi *Boemorum* dudum per *Henricum tercium* Imperatorem inveſtiti per annulum & baculum *iiij. Ydus Marcii* a *Maguntinenſi* Preſule conſecrantur. Et eodem anno tanta fuit mortalitas, ut revertentes de *Maguncia* civitates vel villas ingredi non preſumerent, ſed pernoctarent in campo.

Quod Dux Wratislaus duxit uxorem de Bavaria nomine Lucardam.

Eodem anno Dux *Wratislaus* menſe Septembri duxit uxorem de *Bavaria* nomine *Lucardam Alberti* Comitis ſororem. Eodem eciam anno ipſo iubente *Coſmas* Epiſcopus *Pragenſis* conſecravit altare ſancti *Wenceslai, Viti*, & *Adalberti*. Et anno Domini *milleſimo nonageſimo ſexto XVIII. Kalendas Maij*, templum ſanctorum *Wenceſlai, Viti*, & *Adalberti Coſmas* Epiſcopus conſecravit. Eodem anno facta fuit commocio maxima peregrinancium ad terram ſanctam *Theutonicorum*, & de *Francia*, peregrini autem innumeri tranſeuntes per *Boemiam* perterritos judeos metu mortis conſencientes vi innumeros baptizant, quorum major pars ad vomitum ſunt reverſi. Cumque occulte ſuos theſauros tranſmitterent ad circumpoſita regna, ut fugerent, Dux fecit eos bonis omnibus ſpoliari, improperans eis, quid portaſſent, quando adducti fuiſſent patres eorum de Jeroſolymis, & vendebantur eorum triginta pro denario uno, ſolum frumen-

(g) Grecen, Regino Hradecio.

Digitized by Google

partem pro victu dimiſit eis. Hic in *Polonia* deſtruxit caſtrum eorum nomine *Brido*, & in eadem ripa fluminis aliud reedificat ſuper altum ſcopulum, unde nomen traxit *Kamene*. Hic pius fuit, unde *Mutinam* filium Boſſi ſuum collateralem & ſecretarium amovit a ſe dicens, ſi Deum non timerem, tibi oculos eruerem, ſed grande malum eſt deſtruere creaturam Dei. Juſſit confiſcari omnia bona ejus, & cognati eius nomine *Czek*, qui fugerunt in *Poloniam*, quos Dux *Polonie* benigne tractavit usque ad mortem *Boemici* Ducis. Eodem anno *Coſmas* Epiſcopus migrat ad *Chriſtum iiij. Ydus Decembris.* Eodem anno ſagaci conſilio patrui ſui prudentiſſimi conſiliarii electus eſt *Hermannus* in Epiſcopum *Pragenſem*.

Quomodo honorifice eſt receptus ab Imperatore Dux Boemie & honoratus.

Imperator eciam *Henricus tercius* anno eodem *Ratiſpone Paſca* celebraturus erat. Dux autem *Wratislaus* premiſſis muneribus poſt *Paſca* celebratum in *Wyſſegrad* venit ad eum, & ab Imperatore benigne cum ſuo electo *Hermanno* ſuſcipitur occurrente ſibi Imperatore quaſi miliaria tria, cuius precibus electus virgam paſtoralem, & annulum obtinuit. Rogabat eciam Imperatorem, ut fratri ſuo *Borziwoy* vexillum Ducale concederet, & eidem *Boemie* ſolium aſſignaret poſt mortem. Imperator autem ſibi vexillum pro fratre conceſſit, eleccionem tamen Ducis *Boemis*, ut moris eſt, dereliquit. Hic *Wratislaus* caſtrum *Podiwin* in *Moravia* reedificat, & Epiſcopo *Hermanno* reſignat, ibique in villa *Zluninica* feſto *Pentheco-ſten* celebrato occurrit *Pannonico* Regi *Colomanno* in campo, qui dicitur *Linko*, ubi datis muneribus eidem invicem pace, & amicicia juramento confirmatis ad propria remearunt. Dux autem caſtra metatus eſt iuxta urbem *Brune*, ut expelleret filios fratris ſui *Conradi*, qui timentes tradiderunt ei ceteras civitates, ne hoſtiliter devaſtaret terram, quas Dux tradidit fratri ſuo *Borziwoy*, & reverſus eſt in *Boemiam*. Filii autem *Ottonis* cum matre ſua valde obedientes erant, & fideles. Item eodem anno *Wratislaum* nepotem ſuum per ſortem in nativitate Domini Dux conſencientibus fecit enſiferum avunculi ſui, & pro tali dignitate ex tributo, quod pater ejus *Wratislaus* ſolvebat annuatim centum marcas, & decem talenta auri, ſibi pro ſallario ſuo donavit.

Quod

Digitized by Google

Quod Borziwoy frater Wratiſlai duxit, nomine He...

Eodem anno *XV. Kalendas Novembris Borziwoy* frater Ducis *Wra-tiſlai* in urbe *Znogem* duxit uxorem *Hewir* Orientalis Marchionis *Li-poldi* ſororem. Eodem anno filius *Conradi*, *Lutoldus* magnas injurias in-ferebat, caſtra *Borziwoy* germani Ducis & villas eius devaſtans & ſpolians, refugium habens in caſtro *Rokow*, per conceſſionem *Gotfridi* Domini ca-ſtri, de qua re turbatus Dux *Wratiſlaus* mittit ad *Gotfridum*, ut ſibi vin-ctum mittat *Lutoldum*, qui preſenciens, familia Domini caſtri expulſa, contra Dominum pro ſe tenuit caſtrum, Dominus autem caſtri excluſus invocat auxilium Ducis, & per ſex ebdomadas obſidet caſtrum, do... fame vincens municionem, expulit deceptorem, quo fugiente per noc... ſocii caſtrum & ipſos reddiderunt, prius tamen commiſſa pugna. P... filius pedagogi Ducis ſagittis interficitur, *Liztimir* occiditur, urbs ... cta *Gotfrido* Domino reſignatur, Dux victor in *Boemiam* revertitur c... victoria & honore.

Quomodo Wratiſlaus predixit inevitabile fatum ſue terribilis mortis.

Jam appropinquante nativitate *Chriſti Wratiſlaus* Dux cauſa ven-cionis declinat ad villam *Stribena*, cum quadam die ſederet in menſa, fertur cuidam venatori dixiſſe, heu non longe eſt, qui me debet occidere, tunc venator, cui nomen *Cukata*, clamat, procul hoc Deus avertat, ... tuus oculus parcat, quin ſtatim occidatur, qui talia machinatur. Cui D... ait, ach bone vir, nulli poſſibile eſt evitare inevitabile fatum. Sequenti die audita miſſa, dum revertitur de venacione, iam opaca nocte, occur-rit de latibulo filius dyaboli, & lancea infixa in femur Ducis fugit, & ca-dens in quandam ciſternam cum equo, gladio infixo in femore eius iace-bat, quem miles quidam reperiens amputato capite Lucifero in exenium (*b*) deſtinavit. Dux autem biduo ſupervixit, confeſſionem puriſſimam fe-cit, & Sacramentis perceptis reddidit animam Deo, ſepultus eſt autem cum maximo planctu in poliandro (*i*) ſancti *Wenceſlai*, ſicut ordinaverat, ubi ſoror eius conſtrueret arcuatam capellam in honore ſancti *Thome* Apo-ſtoli, & conſtituit, ut ibi cottidie celebraretur miſſa pro remedio anime eius.

Nec

(*b*) Idem quod xenium. *Dufreſne in Gloſſ.* (*i*) id eſt: *coemeterio.*

Digitized by Google

Nec pretermittendum puto heulogium (*k*) predicti Ducis, dum enim ferretur ad predictam ſepulturam, unus ex clero feretrum eius ſequens, omnes ſuis elegiacis metris ad lacrimas commovit, dicens; *Anima Wratislai Sabaoth, Adonay, vivat expers chanaton Wratislaus, Yskyrot.* Mira res, ſic clerum commovit & omnem populum, ut cum flebat, magis commovebatur ad lacrimas & lamenta.

De inſtitucione iunioris fratris in Ducatu, Capitulum.

Et quam ſtatim vox increbuit, quod proditores *Mutina* & *Boſey*, quorum ſuperbam generacionem Dux ipſe oderat, hec procuraſſent. Epiſcopus *Coſmas* & Comes ſtatim mittunt in *Moraviam* ad *Borziwoy*, ut acceleret ſibi a Ceſare donatum occupare ducatum, qui ipſa die nativitatis *Chriſti* veniens ſtatim intronizatur, non obſtante quantumcunque conſvetudine *Boemorum*, ut maior natu ſemper ſolio potiretur.

Anno autem Domini *milleſimo centeſimo primo Odalricus* & *Litoldus* filii *Conradi* expellunt de *Moravia* cuſtodes, quos ſtatuerat *Borziwoy*, & recipiunt civitates ſuas. Similiter *Boſey* & *Mutina* redeunt de *Polonia*, quibus Dux *Borziwoy* non ex corde, ſed ex neceſſitate conceſſit graciam ſuam, & ipſi recipiunt civitates, quas a Duce habuerant, *Boſey* recepit civitatem *Zaacz*, *Mutina Lutomierzicz*. *Odalricus* conqueritur Imperatori, quod iunior eius frater ſibi preripuit Ducatum *Boemie*, ſed nichil profecit, quamvis ſociarentur ſibi *Sygradus* Comes de oppido, & *Sala*, & eius frater *Friſienſis* (*l*) Epiſcopus, & eius gener nomine *Fredericus*, quibus promiſit aureos montes in *Boemia*, & iacere theſauros in plathea, qui gregata multitudine *Theutonicorum* intrat menſe *Auguſto Boemiam*, quibus congregatis in unum occurrit *Borziwoy*, paratus in craſtinum committere bellum, quem videntes vocati, & nullus, ut promiſerant, occurrebat in eius ſubſidium. Dixerunt *Odalrico*, ubi ſunt natu minores, qui te expectant, nos omnes, & te decepiſti, & recte es mentitus in caput tuum. Fugere querunt, ſed neſciunt, quia eadem via, qua venerant, eciam opus erat reverti. *Swatoplic* cum fratre ſuo *Ottone* ducens exercitum veniebat in auxilium *Borziwoy*, nocte illa Epiſcopus fugiens perdidit capellam ſuam, & alia multa, que in craſtinum reperiunt *Boemi*, & omnia alia, nullo cuſtodiente, que proiecerant propter leviorem fugam. Erant enim

(*k*) Idem quod eulogium ſeu elogium. (*l*) Friſingenſis.

Digitized by Google

enim tunc *Boemi* cum *Swatopluc* concordes, poſtea nata eſt diſc[illegible] in-ter eos, & cauſa fuit iſta, ut ſubſcribitur.

De diſcordia orta inter Duces Borziwoy & Swatopluk.

Anno quidem Domini *milleſimo cent[illegible]mo ſecundo Wratislaus* Dux [illegible] *nie* habens duos filios, unum ex *Juditta* filia Regis *Wratislai*, [illegible] ex concubina. Inter quos pariter diviſit ſuum regnum. Quo def[illegible] ſtatim *Baſtardus* (*m*) contra filium *Juditte* bellum parat, & convocat [illegible] ſuum auxilium *Borziwoy*, qui miſit pro *Swatopluc* in *Moraviam*, ut ju[illegible] ret partem *Baſtardi*, & convenientes caſtra metati ſunt juxta op[illegible] *Recen*, quod audiens *Boleslaus* legittimus filius *Juditte*, mittit pe[illegible] gum ſuum ad *Borziwoy* rogans, ut ſit memor affinitatis ſue, quia [illegible] eius erat, quia natus de *Juditta* ſorore ſua. Inſuper offert ſibi ad[illegible] num decem marſupia cum mille marcis, qua peccunia corruptus tam [illegible] quam duo conſiliarii ſui ſtatim revertitur ad propria, alteri nulla[illegible] ſervans fidem. Verum quia *Swatopluc* de tanta pecunia non dedit ob[illegible] ille indignatus dixit, incendium meum ruina tua extinguam.

Incidens quoddam notabile.

Anno Domini *milleſimo centeſimo quarto Johannes* electus eſt in Ep[illegible] pum *Moravie*. Eodem anno *Swatopluc* quod promiſit, effecit, [illegible] cepit dolorem, quia non eſt ſibi data pecunia, peperit iniquitatem, [illegible] quod per ſuos ſatellites promiſit, ſeminavit diſcordiam, ut deſtru[illegible] *Boemiam*, ſed mentita eſt iniquitas ſibi. Miſit enim in *Boemiam* ſemi[illegible] tores diſcordie, omnium malarum arcium inventores, qui circumeunte[illegible] *Boemiam*, alios promiſſa pecunia corrumpunt, alios promiſſionibus attr[illegible] hunt, alios in muneribus inficiunt, & quos ſciebant novitatum avidos [illegible] vel dignitatibus privatos, omnes trahunt ad partem *Swatopluc*. Quo fa-cto *Swatopluc* de *Moravia* cum ſex legionibus militum venit ad urbem *Pragam*, expectans, ut apertis januis reciperent eum, quam urbem di[illegible] precedenti muniverat *Borziwoy* & ordinaverat, & *Hermanno* Epiſcopo commendaverat eam, & ipſe tranſivit in *Wyſſegrad* civitatem. *Swato-pluc* videns, quod nullus ſibi occurrebat, ymo a quadam ancilla de mu-

10

(*m*) nothus, ſpurius, illegitimus.

ro turpiter confuſus, videns ſe fruſtratum omnino, convocat ſuos, & ſari cepit; quamvis non ſit tempus loquendi, tamen paucis moneo, ne quis ſit victima inimicis, & ne cruenta detur hoſti victoria, & ſtatim iter vertit verſus *Moraviam*, & ad comitem *Wako* dixit, O miſerabilis fortune condicio! cogor nunc domi reſidere, ut noctua, que conſuevit nubes aſcendere, ut aquila. Cui comes; Domine mi, non te terreat iſta adverſitas, quia poſt ſequetur felix proſperitas, talis enim eſt mundana proſperitas, & fugiunt verſus *Moraviam*, quos cum fugientes Dux *Borziwoy* cerneret, caute, vel plane prudenter, & valde ſapienter a longe perſequitur, nolens appropinguare, quamvis ſepcies pluries milites haberet, ne victoriam committeret ludo fortune, timebat enim, ne quidam ſe verterent ad inimicos de ſuis, perſecutus eſt autem eos usque ad introitum ſilve.

De rebellione Henrici Imperatoris filii contra patrem Auguſtum.

Anno Domini *milleſimo centeſimo ſexto Henricus quartus* contra patrem movet ſedicionem, qui fugit ad urbem *Ratisponam*, ubi filius obſidet eum, Imperator autem miſit pro amicis, & maxime pro *Borziwoy*, qui venit prope urbem *Ratiſponam*. Cumque autem omnes amici Imperatoris vel fugerent, vel ad caſtra filii ſe transferrent, Dux *Boemie* videns ſe omni auxilio deſtitutum, & ipſe reverſus eſt in *Boemiam*. Quo viſo Imperator fugiens ſecutus eſt eum, quem Dux in *Boemia* plurimum honoravit, & conduxit in *Saxoniam*, unde tranſiit usque *Leodium*, ubi non poſt multos dies cum vita dimiſit imperium ſeptimo *Ydus Auguſti*, & *Henricus quartus* poſt patrem ſumpſit imperium.

De verſucia cuiusdam nomine Budiwoy, & ſimplicitate Ducis Borziwoy.

Anno Domini *milleſimo centeſimo quarto*, *Johannes* electus eſt in Epiſcopum *Moravie* (n) Anno ſequenti *Swatopluc* confuſus ſemel iterum vocat *Boemos*, qui ſecum fugerant, & quid opus facto, ſic interrogat. Tunc *Budiwoy* quidam *Boemus* homo ſagax, & verſipellis, inter dicta rethorice multa concluſit; Nos fratres, nondum usque ad ſangvinem pugnavi-

 vi-

(n) hæc jam ſupra iisdem verbis commemorata habentur.

vimus, nondum facimus capitibus noſtris pontem, quo itur ad ſolium ſed non ſemper armis pugnandum eſt, ergo nunc armis dimiſſis, utamur dolis; talibus enim armis capta eſt *Troya*, unde dicit *Prudencius*: *Nil diſtat armis, contingat palma doliſve*; ſepe enim dolis venitur ad palmam honoris. Tunc ſine mora mittitur in *Boemiam* homo verſipellis, quaſi alter *Jaſon*, (o) qui fraude equum cum incluſis militibus introduxit in *Troyam*, ita iſte, Ducem *Swatopluc*, fraude introduxit in *Boemiam*. Hic enim ficta & ſimulata fuga venit ad innocentem Ducem *Borziwoy*, & fictis lacrimis rigat pedes Ducis, & altis ſingultibus juſſus ſurgere, ſic ait: O, me miſerum, vix delituiſſe fuga a facie ſceleſti & impii *Swatopluc*, in quo quoniam aliter me ulciſci nequeo, ſaltem eius detegam fatalitatem, & complices eius proditores *Boemie* ſimul pandam. O Deus, ſi michi ſit phas, omnes eius complices, ſecretaque eius detegam, ſicque miſcens verba falſis, multis criminatur flagiciis *Swatopluc*, & complices eius, & ut ſibi magis credatur, confirmatur & ſacramentis.

Innocens autem *Borziwoy* parum cautus non attendens illud dictum *Salomonis*: *qui cito credit, levis eſt corde*, ita iſte multum mendaciis credulus, firmos ramos, quibus eius ſolium tegebatur, proſcidit, & ab alto cecidit in profundum. Fecit enim ille proditor omnes Principes & fideles amicos ſuſpectos, vel inimicos fideles eciam conſiliarios, ſibi omnino reddidit proditores, fratrem eius minorem armavit, quantum potuit contra eum. Cumque inſenſati *Wratiſlaus* frater minor Ducis, & ceteri comites palam lupum, ſcilicet *Swatoplic*, inter agnos vorare preſumunt, *Borziwoy* mitis, ut agnus, a regno pellitur, & *Swatoplic* ſevior tigride, proch dolor, intronizatur. Tercius autem germanus *Sobieslaus* in *Poloniam* ſecutus eſt fratrem ſuum, gaudent ergo vicini de tanta diſcordia *Boemorum*, filii proditoris *Caſſandri* pannonici exultant, & gratulantur *Poloni*, nam in iſtorum ruina pax conſtitit eorum. Multi tamen comites, quos ipſe ex proſelitis creaverat, & eius germanus *Sobieslaus* in *Poloniam* ſecuti ſunt eum.

Quomodo Borziwoy fuit in gracia Regis, & fecit capi fratrem ſuum Swatopluc, & poſtea perdidit graciam.

Rebus ſic ſe habentibus *Borziwoy* conqueritur *Henrico quarto* Imperatori, promittens immenſa pondera auri & argenti, ſi reſtituatur ipſi Ducatus. Tunc cupidus pecunie Imperator, mittit ad *Swatopluc* ſic; per

co-

(o) Lege: Sinon.

coronam capitis mei mando tibi, ut ſine dilacione ad me venire non tardes. Qui convocat proceres *Boemie*, & proponit eis *Ottonem* fratrem ſuum in preſidem ſeu rectorem, & ipſe cum paucis vadit ad Imperatorem, quem ſine omni audiencia Rex miſit in carcerem, & Ducem *Borziwoy* ſociis illius aſſignavit, ut eum in ſolio reponerent, ut prius. *Otto* autem cum ſuo exercitu paravit preoccupare iter *Borziwoy*, ſed quidam fugiens de caſtris *Ottonis* noctu, indicavit *Borziwoy*, qui ſtatim ſuis dimiſſis fuga delituit, irruit tamen *Otto* in caſtris *Borziwoy*. Epiſcopus autem *Hermannus* incertus futurorum, noluit ad partem aliam declinare, ſed ſeceſſit ad amicum ſuum *Rabienſem* (p) Epiſcopum, donec videret finem. *Borziwoy* autem, licet quod pecierat, non obtinuerat, tamen perſolvit Regi pecuniam, quam promiſit.

Quomodo Swatopluc rediit a Rege dimiſſus, & eccleſias & monaſteria ſpoliavit.

Dux autem magni nominis *Swatopluc* poſitus in cuſtodia timet per juſſum hominis juſſa, & a minus dignis laceratur opprobriis. Verum quia per varios modos temptat flectere iram regis, infinita promittens, verum quia manu vacua fruſtra pulſat, tandem tot promiſſionibus Rex fractus, accipiens ab eo fidei ſacramenta, & germanum eius *Ottonem* obſidem, dimiſit eum, & dans ei clientem ſocium, cum quo venit *Pragam*, & breviter expoliat omnibus ornamentis Eccleſias, monaſteria, mercatores, judeos, & breviter non Abbas, non Prepoſitus, non clericus, non laycus, nec ruſticus, nec cytariſta, qui non conferret Duci aliquid. *Otto* autem fuga lapſus venit *Pragam*, quod Regi valde diſplicuit. Natus eſt autem *Swatopluc* de coniuge filius, pro quo ſtatim Rex miſit, adoptaret filium in baptiſmo, vocavitque eum nomine ſuo *Henricus*, quod & factum eſt, & compatri ſuo *Swatopluc* omne debitum dimiſit, ſcilicet, tria milia talentorum, precipiens, ut ſecum paratus ſit cum *Boemis* ire contra *Ungaros* in expedicionem, quia ulciſci voluit crudelitatem eorum, quia peregrinos Jeroſolimitanos crudeliter occiderant. Dux autem *Swatopluc Vachet* & *Mutinam* comites pro municione terre reliquit in *Boemia* loco ſui, ipſe vero in *Pannonia* morabatur cum rege juxta urbem *Poſſen*.

(p) Jaurinenſem.

Digitized by Google

De prodicione Mutine, & crudeli vindicta. Capitulum.

Interea *Borziwoy* menſe *Septembri* cum *Polonorum* exercitu intrat *Boemiam*, *Vacbone* & *Mutina* in fugam verſis, dimiſſa municione, que fuit firmiter poſita verſus terminos *Polonie*. Cumque *Vacbet* vidiſſet, quod *Mutina* ſuper municione non acriter pugnaret, putans quod ex conſilio *Boemiam* intraret, ſecrete nuncciat *Swatopluc*; tunc Imperator fertur dixiſſe, alga ero vilior, ſi non ulciſcar iſtam injuriam in *Polonis*. *Swatopluc* autem frendebat dentibus in *Mutinam* in occulto, verum quia ſecum habebat milites de genere illius, ylarem faciem oſtendebat. *Vacbet* eciam alium militem miſit in dolo ad caſtra *Polonorum*, dicens ſe de caſtris fugiſſe, *Swatopluc* Ducis *Boemie*, qui reverſus erat ſequenti die cum *Polonis* firmiter pugnaturus, & hoc ſacramento confirmat. Quo audito *Poloni* decepti mendacio illa nocte in *Poloniam* redierunt.

Qualiter Dux Swatopluc de antiquo peccato Mutine & ſuorum omnium fecit alteram & novam vindictam &c.

Swatopluc Dux de *Ungaria* rediens, quaſi leo fremebat in *Mutinam*, & in ſuos, cui *Mutine* dictum fuit ter illo die, quod fugeret iram Ducis, que dicta ſibi ſompnia videbantur, quia ſua mala fata eum ducebant ad mortem, ymo ſimul cum *Vacbet*, revertenti Duci occurrit ad introitum ſilve, & ſimul intraverunt caſtrum *Wratislaw*. Poſtera die ſummo mane *Swatopluc* Dux convocat proceres omnes in ſtubam, & ſuper truncum fornacis reſidens, ira ſuccenſus nimium pluſquam fornax, circumſpectis omnibus, curvis oculis reſpiciens *Mutinum*, taliter indignancia ſolvit ora. O gens inviſa, propago Diis odioſa, O nequam filii verſuti, noſtri generis ſemper familiares inimici, nunquam michi excidit de memoria, quod ſuper attavum *Jaromir* in monte *Weliz*, nobis quidem lubrica, an immemor ero, quod fratrem meum *Wratislaum* quaſi eximium ſydus in toto orbe Ducum, tu & frater tuus *Boſey* fraude maligna necaſtis. Quid autem meruit frater meus *Borziwoy*, qui ſub veſtra poteſtate regnabat, & vobis ut proprius ſervus empticius parebat, ac qui per innatam vobis ſuperbiam Ducis illius non ſuſtinuiſtis modeſtiam, & me tantum ſolitis verſuciis inquietaſtis, donec veſtris pravis acquieſcens conſiliis peccans peccavi in fratrem meum *Borziwoy*, quia ſolio privavi eum, & hoc eſt,

quod

quod dolet, & dolebit in eternum. Adhuc O mei proceres audite, quid filius iniquitatis fecerit iſte *Mucius*, quem ego reliqueram huius terre preſidem, & preceptorem. Ille autem fingens ſe ire venatum, non pertimuit nocti ire in *Poloniam* ad oppidum *Zewum*, ut cum ſuo patruo ageret conſilio, quo me pelleret ſolio. Ad hec fit murmur confuſum, & Ducis iram magis magisque accendunt per ſuum conſenſum. Tunc omnibus tacentibus Dux innuens oculo ſuo lictori, exit foras, qui ſtatim ſuper *Mutinam* nichil tale metuentem irruit. O mira paciencia comitis, ad duos ictus ſedit immobilis, ad tercium vero, cum ſurgere conaretur, capite plectitur. Eadem hora, & in eadem ſtuba, duo filii *Mutine*, & duo alii trucidantur, & eciam unus alterius nacionis, qui fugiſſet, niſi rubea tunica inter arbuſta notabilem reddidiſſet, oculis eſt privatus. Dux autem *Swatopluc* occiſo *Mutina* magis accenſus exarſit in iram, & iuſſit, ut omnis illa nacio absque diſcrecione ſexus, etatis, vel perſonarum omnino deleatur de medio, & aſtante agmine comitum dixit, qui non abhorret implere mea iuſſa, dabitur ei auri graſſa maſſa, qui autem *Boſey* & filium ſuum interficiet, dabitur ei centuplum, & eius hereditatem accipiet. Quo dicto volant undique ſatellites, & inproviſos omnes eiusdem generis, ſcilicet magnos & parvos, & ſugentes ubera laniant, & iugulant ſine miſericordia, & interficiunt omnes, & omnium eorum diripiunt gazas, in platea parvuli mammam clamantes crudeli ſpectaculo perforantur, *Boſey* & eius filius in foſſam nudi, quaſi aſinorum cadavera ſunt precipitati, & ſic tota illa generacio de *Boemia* eſt deleta, niſi forte aliqui incogniti evaſiſſent. Ecce qualis retribucio mundanorum.

Quomodo Swatopluc triumphat contra Ungaros, & quomodo oculum perdidit.

Eodem tempore cum *Swatopluc* audiſſet, quod Rex *Ungarie* invaſiſſet *Moraviam* iniuriarum, & infinitorum dampnorum, que ſibi & ſuis fecerat *Swatopluc*, non immemor, & quod plus quam mille viros armatos latentes in palude in inſidiis, quaſi unum cepiſſet, ac exceptis paucis pecunia liberatis alios ſuſpendiſſet, & predam infinitam de *Ungaria* tuliſſet, & infinitis modis aliis *Ungaros* aſſlixiſſet, pro quo *Colomannus* Rex *Moraviam* invaſiſſet. Dux *Swatopluc* congregato utroque exercitu *Boemie* & *Moravie* contra *Colomannum* progreditur quaſi leo, volens in craſtinum committere pugnam. Cumque nocte opaca per ſilvam iter ageret, truncus preſciſi rami ita oculum eius tam violenter intravit, quod eius oculum eruit,

Digitized by Google

eruit, & quaſi ſemiviventem Ducem proſtravit, quare exercitus in Boemiam, & Rex in Ungariam ſunt reverſi, pridie *Idus Novembris*.

Quomodo Swatopluc ſanato oculo iterum invaſit Ungariam.

Anno vero Domini *milleſimo centeſimo nono* menſe *Februarii* ſubito *Swatopluc* ſanato vulnere oculi ingreſſus eſt *Ungariam* cum exercitu magno, & depopulato territorio urbis *Nitre*, dum reverteretur, ſucceſſo eius ſuburbio occurrit multitudo fugiencium cum equis, cum bobus, & omnium rerum copia de villis ad civitatem, quos *Swatopluc* & eius exercitus rapiunt, quaſi manipulum unum. Eodem tempore cum Imperator *Henricus* promiſerat compatri ſuo *Swatopluc*, dum iret contra *Ungariam*, congregato exercitu *Poloniam* devaſtaſſet, & *Swatopluc* in craſtrinum verſus ad propria, eodem ſero ſe licenciaſſet a Rege, dum domum rediret, quidam miles, ut dicitur, miſſus ad *Johannem* de gente Vorſewnia, (q) qui aut morti ſuccumbere talem occidendo, aut ſupervivere glorioſe decreverat, revertentem de curia in primo noctis crepuſculo circumdatus caterva militum inter alios ſe immiſcuit, & tam valido innixu lanceam infixit inter ſcapulas eius, ut ſtatim ſpiritum exalaret, & ſtatim fugit invaſor, fit tumultus in caſtris, donec miſſus a Rege *Burchardus*, qui compeſcuit motus plebis. Mane facto venit Rex ad exequias compatris ſui, & conceſſit petentibus, ut frater eius *Otto* ſederet in ſolio Ducis, quod *Boemis* non placuit. Svadente autem *Hermanno* Epiſcopo, & *Fabiano Wyſſegradenſi* comite, ut ſacramenta ſervarentur illeſa, quibus iuraverant, quo poſt *Swatopluc*, ſi ſuperſtes eſſet *Wratislaus* (*r*) ſolio potiretur, & ſic factum eſt *Ottone* reprobato.

De iſtitucione Wlatislai Ducis poſt mortem Swatopluc & invaſionem Borziwoy.

Swatopluc Duce *Boemorum* in *Poloniam* interempto ſolium obtinuit *Wlatislaus* procurante *Hermanno* Epiſcopo, & comite *Wyſſegradenſi*. *Conradus* autem Dux *Moravie* adductus *Pragam* a ſolio repudiatus eſt. *Borziwoy* autem frater antiquior *Wlatislai*, ut audivit, quod frater ſuus junior *Boemorum* ſolio potiretur, a *Polonia* diſcedens venit *Pragam*, conſilio

(q) Wrſſovecia. (*r*) Wladislaus.

Digitized by Google

[illegible] & auxilio *Wigberti* cognati ſui ex ſorore, & mane nativitatis [illegible]ine reſiſtente ingreſſus eſt *Pragam.* Ad cuius adventum in[illegible]bati ſunt omnes. *Hermannus* autem Epiſcopus fugere voluit, [illegible]te cuſtoditur. *Wyſſegradenſis* comes poſt lugubrem trayediam [illegible] urbe relicta per villulas latitabat, multi, quo diverterent, igno[illegible], multi domos, & familias relinquentes latebras querunt, *Borzi*[illegible]fert ſe ad *Wyſſegradum.* In die autem nativitatis Domini *Pra*[illegible]titur, ubi cum proceſſione ſuſcipitur, & audita miſſa iterum [illegible]*gradum* eſt reverſus.

De victoria Wlatislai contra filium Wigberti.

[illegible] autem *Wlatislaus* auditis rumoribus urbis *Prage*, pretermiſſo iti[illegible]re, quo ibat ad Regem, audiens, quod in *Wyſſegrado* eſſet *Bor*[illegible], caſtra poſuit circa urbem *Wyſſegradenſem*, & venit ad menia ur[illegible]*ge*, & aſtantibus armatis ſuper muros clara voce dixit. Pacificus [illegible]ventus meus, aperite portas veſtro pacifico Duci; quibus pugnare [illegible]ibus, cominatus eſt eis, & receſſit a muris. Et ecce in campo [illegible]it filius *Wigberti*, qui veniebat in auxilium *Borziwoy*, quos Dux [illegible]ter preterire volebat, niſi ſeminator diſcordie filius *Buſa* eum in[illegible]ſſet ad prelium, tunc Dux *Wlatislaus*; non gracie ſed ignavie aſcri[illegible], quod eos preterire volebam, videbitur, quid valeat enſis meus, [illegible] arrepto clipeo in hoſtes potentiſſime irruit, quaſi leo, & potitus glo[illegible] victoria, uno ſolo comite perdito, redit ad ſua caſtra. Filius au[illegible] *Wigberti* triſtis cum predictis ſuis ingreſſus eſt urbem *Pragam*, nul[illegible]que de ſuis vulneratis evaſit mortem. Turbatur ergo tota patria, ra[illegible], & ſpolia ſunt ubique.

Quomodo adiutorio Imperatoris Wlatislaus triumphat.

Wlatislaus autem videns ſe non poſſe proficere, conqueſtus Regi, qui venit in *Boemiam*, & convocat *Hermannum* Epiſcopum, *Wlatis*[illegible], *Borziwoy*, *Ottonem* & omnes *Boemorum* proceres, mandans, ut occurrant ſibi ad curiam Epiſcopi in *Rotenſteyn*, quo cum conveniſſent ſine omni audiencia, *Borziwoy* & filius *Wicperti* capti ſunt, & omnes fautores *Borziwoy*, naſo & oculis privantur, & aliis fugientibus in *Moraviam*. *Johannes* eciam, de quo ſupra, de gente *Wrſſowinci* privatus eſt oculis

atque naſo. Quidam eciam civis *Pragenſis* nomine *Prigitan*, q
tur caput fuiſſe ſedicionis, comprehenſus eſt, alligatoque ſuper
eius maximo cane ſcabioſo, heſterno brodio potato, ter circa fo
ctus eſt, cane reboante, & ſuum baiulum demerdante, tandem
barba amputata in exilium miſſus eſt, precone clamante; talem ho
reportat, qui Duci *Wlatislao* rebellat, nec tamen defuerunt infidel
minatores diſcordie inter *Wlatislaum* & *Ottonem* germanos, unde
invitatus a fratre, venire pertimuit.. Tandem ad terciam vocacione
fratrem veniens in *Wyſſegrado*, capitur, & incarceratur, qui ludens
cri vultu dixit, hoc michi non frater, ſed conſiliarii ſui faciunt,
ſi vixero, non plus dictabo, (*s*) ſuadentibus autem ſuis, quod Dux *W*
tislaus germanum privaret oculis, qui reſpondit, nolo germanum
confundere, ſed corrigere, ut diſcant poſteri noſtri, ut Dux *Mor*
ſub poteſtate Ducis *Boemie* debet eſſe, ſicut avus noſter ordinavit,
eam ſuo dominio ſubiugavit. Hic luſit mirabiliter cum fortuna, nam
mo ſolio Ducatus eſt ſublimatus, poſtea ſex annis fuit in carcere, ite
adductus, ſublimatus iterum in *Ungariam* eſt fugatus, ubi in exilio vi
ſimul cum Ducatu amiſit. Anno Domini *milleſimo centeſimo xxiiij.* ſe
tus eſt autem in *Praga* in Eccleſia ſanctorum *Viti, Wenceslai* & *Adalb*
in cripta ſancti *Martini* Epiſcopi & confeſſoris.

De ſtrage Boemorum facta a Duce Polonie, Capitulum.

Eodem anno Duce *Boemorum* cum ſuo populo celebrante feſtum patr
ni ſui ſancti *Wenceslai* venit nunccius, qui dixit Ducem *Polonie* c
exercitu & fratrem eiusdem veniſſe cum eo ad devaſtandum *Boemiam*,
continuo ſurgens de convivio, collecto celeriter exercitu occurrit
nis ex iſta parte fluminis *Celima*. (*t*) *Poloni* autem ex altera parte flu
nis, incedebant pacifice ſine ſpoliis, & ſine rapina, & mittunt ad Duc
Wlatislaum Boemie, in dolo dicentes, pacifice venimus, inter te & ge
manum tuum pacem reformare. Cui Dux; non eſt modus, venire cu
exercitu ad pacis federa pertractanda, ideo iſto anno non erit pax ſi
ſanguine magno; Flumen tranſibis, ſed non impune redibis. Et ſtati
nocte illa vadantes fluvium, ante ortum ſolis applicuerunt longe ad r
pam aliam, cum ſumma fatigacione & labore decepti valde. Quod vi
den-

(*s*) id eſt: ultra diem vitæ concedam. (*t*) Cidlina.

[illegible] *Poloni* recentes, ſtatim intrant terram *Boemie*. Videns autem [illegible] ſuos fatigatos & fagidos (*u*) ad pugnandum, ſic fari cepit. O *Boemi*, olim fama incliti, virtutibus eximii & triumphis, quid vobis adhuc [illegible] ecce tributarii noſtri nobis inſultant, ecce lares veſtri, usque ad [illegible] fumigant, veſtre carceres (*x*) comburuntur, & tamen corda veſtra frigidiora ſunt glacie, an non movet vos femineus planctus, la[illegible] ſingultus, gemitus, uxores veſtre capte a paganis, quis tempe[illegible] a lacrimis, cum infantes ſuos quaſi teneros agnos extractos ab ube[illegible] matrum videbit interfici, certe ſi tria tantum habeam ſcuta, non [illegible]ermittam hodie experiri fortunam. Mox ipſe & totus exercitus, ſi[illegible]erant in ripa fluminis tranſvadantes optant mori pro patria, vires da[illegible] dolor, & illata iniuria eis. Dux eciam *Polonorum* pro defenſione ſuo[illegible]abat repugnare paratus. Tunc Dux *Boemie* ſic ſecedens cum ſuis [illegible], fratres mei, & commilitones, qui timidam habet mentem, neceſſe [illegible]t a nobis diſcedat, nam vilior eſt alga, qui neſcit, quam dulce ſit [illegible]nis pro patria mori. Cumque vidiſſet ſuos alacres ad pugnandum, [illegible] tigris, ex improviſo irruit in hoſtes, & a dextris, & a ſiniſtris in[illegible]ciens, ipſe tandem corruit ſuper cumulos occiſorum, ubi a centum [illegible], mille adverſariis interfectis *Boemi* fugierunt, Duce Polonorum in[illegible] potitus victoria, cum preda multa in *Poloniam* remeavit. Facta eſt autem hec ſtrages *octavo Ydus Octobris*, in qua *Boemi* nobiles plurimi ceciderunt.

Qualiter Wlatislaus Dux Boemie revocat de Polonia fratrem ſuum Sobieslaum.

Anno Domini *Milleſimo centeſimo xj.* Regina *Suataua* ſatagente & *Hermanno* Epiſcopo, & *Vnatek* palatino comite contra ſalutem faciente. *Wlatislaus* Dux *Boemie* fratrem ſuum *Sobieslaum* revocat de *Polonia*, & condonavit ei urbem *Sace*, cum omni circumſtante provincia. Anno vero Domini *milleſimo centeſimo xij.* iuxta ſtatutum regum antiquorum ad [illegible]tum Regis *Henrici quarti* Dux *Boemie Wlatislaus* nepotem ſuum equivocum miſit cum armatis *Romam*. In *Auguſto* autem menſe intravit Rex *Henricus Romam* cum ingenti multitudine diverſarum nacionum. Verum quia idem Rex olim inſurrexerat contra patrem, *Paſchalis* Papa indicans infamem, eum coronare noluit, qui Pape iugulo appoſito gladio minabatur

(*u*) barbarum, a germanico fag id eſt effoeminatos. (*x*) mendum.

tur mortem; quare timens Papa ipſum die tercia coronavit &c. autem die datis infinitis donis Pape, & aliis, novus Imperat… riam eſt reverſus.

De falſa relacione quorundam facta Sobieslao ſuper comitem Wnatek.

Anno Dominice Incarnacionis *milleſimo centeſimo xiij.* quibusdam … dioſe referentibus falſa & vana, dictum eſt eciam *Sobieslao*, … frater ſuus vellet eum capere, comite *Wnatek* procurante. … itaque hora venit nunccius, qui vocat eum ad fratrem ſuum dicens, … ipſum ſequeretur ad *Wyſſegradum.* Tunc *Sobieslaus* mittit, & rogat … mitem *Wnatek*, ut per viam ſimul incedentes ſermocinarentur, tunc … latim ſocii *Sobieslai* circumveniunt comitem, & conflictu nubili (y) … centi auferunt vitam menſe *Quintili*, ſcilicet nunc *Julii*, & fug… *Poloniam*, timuit enim fratris ſui preſenciam. Cumque tranſiſſet … occurrit ei *Enkebertus* de caſtro *Donin*, & dolis invitat eum ad … cum paucis, erat autem tunc ſub Ceſaris poteſtate predictum caſ… qui deceptus intrat cum eo pranſurus, & ſtatim capitur, & verſus *Sa… niam* ad quoddam firmiſſimum caſtrum ducitur, & vinculatus cuidam … rico cuſtodiendus commendatur. Predictus autem Clericus quodam … ctis tempore ordinatis prius equis extra portam poſtmodum per funem … mittit Ducem, & per eundem funiculum ſecutus eſt eum, & ſimul fuge… runt cum quodam alio milite in *Poloniam*.

Quomodo Dux Sobieslaus revocatur in graciam.

Eodem anno menſe *Decembris* Dux *Wlatislaus* ſolvit a vinculis fratrem ſuum *Ottonem*, & reddit ei mediam *Moraviam*, que fuerat *Svato… pluc* fratris ſui. Eodem eciam anno Dux *Boemorum Wlatislaus* co… tus literis & precibus Ducis *Polonorum* fratrem ſuum *Sobieslaum* revocat in graciam, & dat ei civitatem *Hradec*, & totam circumiacentem … vinciam cum quatuor caſtellis. Anno eciam Domini *milleſimo cent… xiiij. Sobieslaus* veniens de *Polonia* temptat intrare caſtrum *Cla…* cumque eum non reciperent, miſſo igne in pallacio iuxta murum, … civitas penitus eſt combuſta, & vix ſe tradentes cives evaſerunt. Eo… dem

(y) forte: *nobili.*

Digitized by Google

Eodem anno menſe *Julio* iuxta fluenta *Ruzan* conveniunt Duces *Boemorum* & *Polonorum* & ſacramentis & donis pacis federa firmant. Eodem iterum anno *Wlatislaus* dat fratri ſuo *Sobieslao* provinciam totam, quam *Conradus* habuerat.

De pugna inter Ungaros & Boemos frivola occaſione commiſſa.

Anno Domini *milleſimo centeſimo XVIII. Colomanno Ungarorum* Rege defuncto *Stephanus* regnum ſuſcepit *Pannonicum*, cuius Principes mittunt ad *Wlatislaum* Ducem *Boemie*, ut cum novo Rege conveniat antiquam amiciciam renovare, quod Dux *Boemie* libenti animo ſe facturum promiſit, & *Ungaros* ex parte una iuxta rivulum *Olzanam*, qui eſt in finibus *Pannonie* & *Moravie* caſtra metatus in multitudine infinita in [illegible] *Linko*, Dux *Boemie* cum ſuis ex altera parte fluminis ſuum exercitum collocavit. Verum ſicut dicit ſcriptura, ve terre, cuius Rex puer eſt, & cuius Principes mane ſurgeunt ad miſcendam ebrietatem, quantumcumque *Boemi* pacifice loquerentur, illi *Ungari* per innatam eis ſuperbiam magis provocantia reſpondebant, quare Dux mane ſequenti ad placitum diſtulit ire. Illi autem indigne ferentes *Ungari* tres legiones, quas vocant hoſpitum, iubent pro ſua defenſione ſtare ex adverſa parte fluminis ſupradicti. Dux autem putans eos precedere ad bellandum, iuſſit ſuos arma capere, & ut cicius dico, terminalem fluvium tranſeunt. Moxque inopinata conſeritur pugna, in qua Prefectus urbis *Sace* cum pluribus aliis acriter pugnando occubuit, quod videntes *Otto* & *Sobieslaus* fratres Ducis accepto robore militum circuiverunt monticulum, qui eos dirimebat, & ſuper *Ungaros* ignorantes de pugna epulantes, forti impetu irruentes tantam ſtragem fecerunt, quanta nec tempore *Odalrici* nec alias facta refertur, & niſi Archiepiſcopus *Laurencius* cum ſuo Rege cicius fugiſſet, nec ipſi aufugiſſent, evaſiſſent periculum mortis. Ille autem hoſpitum legiones, que primo Ducem & *Boemos* debellaverant, videntes ſtragem eorum turpiſſimam iniverunt fugam. *Boemi* autem intrantes caſtra, que *Ungari* reliquerant, plena diviciis, & omnibus bonis, illam noctem cum tripudio finientes vaſtaverunt. Ille autem legiones, que iam fugerant ultra pontem videntes caſtra ſui Regis preoccupata, putaverunt eſſe inimicos, ſed ulterius proſequentes & preoccupantes tranſire fluvium in maxima multitudine ſunt ſubmerſi, *Boemi* autem gazas rapiunt in-

infinitas, & ſic cum tali victoria revertuntur. Eodem anno come*ta* (z) obiit.

Qualiter Wlatislaus revocat fratrem ſuum Bor... de exilio, Capitulum.

Eodem anno *Wlatislaus* recordatus eſt humilitatis germani ſui *Bor...* conſilio *Hermanni* Epiſcopi revocat eum de exilio, & ſatisfaciens & ſemetipſum eius ſubmittens Dominio, iterum collocat eum in ... principali. O mira benignitas Ducis, ſed magis admiranda equanimi... quem nec ſecularis delectat dignitas, nec contriſtat depoſita honoris ... limitas. Utinam hec audiret *Colomannus* Rex *Pannonicus* ſi viveret, timens, ne germanus eius poſt eum regnaret, mentulam & oculos, & filio preripuit. *Borziwoy* autem non immemor beneficii fratris d... dimidiam ſui ducatus partem, que eſt ultra fluvium *Labe*. Erat qu... fratri ſuo licet iuniori in omnibus obediens, & ſemper eum honore ... veniens, nihil ſine ſuo conſilio geſſit.

Incidencia eiusdem Borziwoy temporibus.

Anno Domini *milleſimo centeſimo decimo nono* menſe *Septembris* ... fuit inundacio aquarum, quantam poſt diluvium nullus vidit in ...bus *Boemorum*, nam ſupra tabulatum pontis *Prage* decem ulnis exc... aqua, que alias vix aliquando tabulatum aſcendit, multa dampna ... eccleſias & edificia multa deſtruxit, & in *Lombardia* dicitur fuiſſe ... maior inundacio. Anno Domini *milleſimo C. XIX*, feria quinta te... *Kalendas Auguſti* in ſero, tanta fuit tempeſtas ventorum ab *Auſtrali* p... irruens, quod antiquum & firmiſſimum murum pallacii Ducalis funditus ...vertit, & quod magis mirandum fuit, ex utraque parte anteriori & poſte...riori integra, & inconcuſſa manente, medietas pallacii ſoletenus eſt ſubver...ſa, & trabes quaſi feſtuca palee ſunt confracte. Fuit autem adeo valida ... tempeſtas; ut quantumcunque ingentes fuerunt arbores, penitus evulſ... confregitque, ubi fuit impetus venti, in ſignum malum; nam eodem anno *Borziwoy* iterum de ſolii culmine pulſus eſt, ſed neſcio modum. Eodem anno ſcilicet *milleſimo centeſimo XX. Wlatislaus* caſtrum *Donin* reedi-

(z) Hic magnoopere hallucinatus Marignola cum Bozethetam pro Comite habuit, ea enim Coſmæ erat conjux, de qua ille: *Rerum cunctarum comes indimota mearum. Bis Februi quinis obiit Boſeteta Kalendis.* Perperam itaque vocem *comes* intellexit, acceptitque.

Digitized by Google

dificat, & *Podin* in *Moravia*. Eodem anno quidam ex *Theutonicis* edificat caſtrum in prerupta rupe intra terminos *Boemorum* in ſilva, per quam itur ad villam *Bela*, (*a*) quod audiens Dux *Boleslaus*, ſubito irruit cum allecto exercitu, & cepit caſtrum, & quia duo in primo congreſſu de *Boemis* vulnerati fuerunt, Dux illos de caſtro omnes ſuſpendiſſet in ſilva, niſi quia comes *Albertus* ſuperveniens liberavit eos. Eodem anno *Hermannus* Epiſcopus moritur, ſedit autem annis viginti duobus, menſibus ſex, diebus viginti ſeptem, poſt quem *Meynhardus* ordine denus eligitur in Epiſcopum *Boemorum*. Eodem eciam tempore *Wlatislaus* & *Otto* iuſſu Imperatoris armantur contra *Saxones* in adiutorium *Moguntini* Preſulis & *Vicperti* & contra eos poſuerunt ſua caſtra, *Saxones* autem nec cedere loco voluerunt *Boemis*, nec contra eos dimicare, dicentes, fraude *Moguntini Boemos* deceptos, & *Vicperti* fraude circumventos, mittentes eos ad prelium, quo nolebant ipſi interire, ut *Boemiam* exſpoliatam protinus facilius devorarent. Quo audito *Boemi* ad prōpria ſunt reverſi cum multis ſpoliis, & magna preda.

Qualiter Wlatislaus expulit fratrem ſuum Sobieslaum de Moravia.

Seminatore diſcordie inter fratres ſeminante diſcordias *Wlatislaus* Dux *Boemie* contra germanum ſuum movet arma menſe *Marcio*, & expulit eum de *Moravia*. *Sobieslaus* autem fugiens adiit Imperatorem, & conqueſtus eſt, ſed parum profecit ſine pecunia, ideo rediit ad *Vicpertum*, uxorem eciam ſuam Regi *Stephano Pannonico* recommendans, erat enim cognata eius. Dehinc miſit ad *Polonie* Principem *Stephanum* comitem, qui cum tranſiret ſilvam, que eſt inter *Saxoniam* & *Poloniam*, incidit in armatas latronum manus, qui a longe ſtantes dixerunt, parcimus vobis, equos & arma dimittite, & ite in pace, quibus *Stephanus* comes, date nobis parum ſpacii, & convocatis ſociis dixit. O commilitones & ſocii, iam ultima nos fortuna vocat, quis nobis verſis in fugam franget panem, quis tribuet neceſſaria vite, & utrum hanc nobis barbari concedant, ignoramus, heu nos penitebit, non viriliter occubuiſſe, alio oculis, alio naribus privatis, factis in contumeliam, & in opprobrium, at illi unanimiter clamant, arma, arma, moriamur cum illis, videamus tamen, ne inulti mo-

(*a*) Nempe caſtrum poſtea maxime memoratum *Bezdiez*, cui dein ſub Ottocaro ſubſtrata urbs ejusdem nominis; diploma autographum urbis hujus erectæ ſervatur in archivo Zderaſienſi.

Digitized by Google

moriamur. Quos ut viderunt pagani magis ad pugnam, quam [illegible] paratos, repente irruunt ſuper eos, fitque monſtruoſa pugna [illegible] que & quinquaginta ſcuta. Presbiter autem, qui erat cum eis, [illegible] habens animarum illorum fugit, & nunciat in urbem *Glogow*, qu[illegible] fuerant. Prefectus autem urbis illius accelerans, invenit comit[illegible] *phanum* ſemivivum in fluvio, & ſocios, & collegit eos, & portavit [illegible] ad civitatem, ubi poſt duos dies mortui ſunt. *Sobieslaus* autem cum [illegible] *perti* filio morabatur, *Wlatislaus* autem filiam ſuam cuidam nobili [illegible] *ro* nomine *Fredericus* deſponſavit. Hic Dux *Wlatislaus* zelo Dei [illegible] ſus quemdam filium dyaboli pſevdo *Chriſtianum judeum* nacione [illegible] *Jacobis*, cum quo viſibiliter, ut dicitur *Sathanas* loquebatur, [illegible] clauſit ſub arta cuſtodia. Hic enim poſt baptismum factus apoſtata, [illegible] re conſecratum in ſynagoga eorum deſtruxit, & pixidem reliquiar[illegible] cloacam projecit, erat enim maleficus, & ſacrilegus, tamen ſua [illegible] eum in tantum extulit cum fallaciis & pecunia, quod erat ſecundus [illegible] Ducem, quem Dux domo eius cum infinitis theſauris eius in fiſcum [illegible] ctis dedit in interitum in feſto beatiſſime *Magdalene*, & ſic eſt a tam [illegible] lerato homine hec patria liberata. Eodem anno, tercio *Ydus Auguſti* [illegible] decima hora diei eclipſis ſolis fuit, quam boum & omnium animalium [illegible] ſtilencia eſt ſecuta, & perierunt ſegetes autumpnales, & fuit penuri[illegible] mellis. Eodem anno Dux *Wlatislaus* natale Domini & Epiphaniam [illegible] villa *Stebna* celebravit. Deinde transfert ſe in *Wyſſegradum*, qui infi[illegible] mabatur, & manſit ibi uſque mortem ſuam.

De mira prudencia & pietate materna & clemenci[illegible] nobilis Ducis Wlatislai.

Anno Domini *milleſimo centeſimo viceſimo quinto Sobieslaus* audiens, quod frater eius infirmabatur ſalubri conſilio rediit de *Saxonia* cum ſuis, & circa urbem *Pragam* in ſilva, que eſt circa *Brunow* (*b*) morabatur, n[illegible] infeſtus, ſed ſemper fratri ſui queritans graciam. Omnes eciam *Boem*[illegible] primi & ſecundi ordines, milites eum diligebant, & favebant parti illius, pauci autem favebant *Ottoni*. Inter hec primates terre turbantur, Ducis eciam morbus invaleſcebat magis. *Swatawa* autem Regina mater Ducis inſtructa ab amicis *Sobieslai*, venit ad filium, & ſic ait. Mater ego tua cum ſim, & Regina, ſupplex & timida jam tremulis procumbo genibus, qui-

(*b*) Przewnow.

quibus te tenerum excepi; nec enim ea, que jure poſſunt negari, peto, ſed que Deo & hominibus grata ſunt, precor, ne confundas faciem meam pro tuo germano, quem tibi natura fecit propinquiorem, quam illum, quem tibi fratrem facis, cui prolem committis, & coniugem, fiet enim tibi in laqueum, ruinam, & ſcandalum. Iſte autem, quem a te repellis, propinquior erit nepotibus ſuis, quam extraneus; dixerat, & flebat, natum cogens eciam ad plorandum. Quem ut lacrimantem vidit, addidit pia mater; non tantum fili mi ploro tuum factum, ſed fratris tui miſerabiliorem morte deploro vitam, qui profugus mallet nunc mori, quam vivere. Interim Epiſcopus *Bambergenſis* revertitur deſtructis Ydolis *Pomeranorum*, & viſitat Ducem, qui audita eciam eius confeſſione, non eum aliter abſolvit, niſi reconciliet ſibi fratrem ſuum, qui fratri ſuo pacificatus fuit induccione *Maynardi* Epiſcopi, & *Otto* triſtis revertitur in *Moraviam*, quia vidit, que non ſperabat. Pacificatus eſt autem *Wlatislaus* feria *iiij.* maioris ebdomade. Poſt octavas autem *Paſche*, quod eſt *Ydus Aprilis*, Dominica quando cantatur; *Miſericordia Domini*, *Wlatislaus* migravit ad Dominum. Sepultus eſt autem in Eccleſia beate *Marie* Virginis, quam ipſe edificavit, cui nomen eſt *Cladruby*, cuius epitaphium tale eſt. Dux fuit hic quantus, rexit dum ſpiritus artus, ex ſenis geſtis iam ſcriptis ſcire poteſtis, qua dignus laude, quo recolendus honore.

De inſtitucione Sobieslai germani minoris.

Sobieslaus tertius frater poſt mortem fratris ſui, ſolio ſublimatur, hic etate minor, virtutibus maior fuit, manu largus, civibus gratus, omnibus faventibus ſublimatus ſolio, iure hereditario ſibi debito, non obſtante, quod frater eius *Otto* juraverat, quod aut capite truncaretur, aut ſolio potiretur, ſed Deus aliter ordinavit, de quo primum virtutis memoriale habetur, quod nunquam predone mentis labia ſua polluit, ſcilicet potu inebriato. Eodem menſe Junii fuit maxima nix & frigus deſiccans radicitus arbores, congelavit aquas, & minores amnes. Eodem anno eadem ſeptimana Imperator *Henricus quartus* obiit, & ideo progenies eius defecit tam in maſculina linea, quam ſterilitate feminei ſexus. (*c*)

(*c*) Hucuſque in pleriſque paſſim Marignola ducem ſecutus Coſmam, qui cum iſthic deſinat, jam alios quoſque exſcripſit; atque ut legenti planum fiet, multa iſthic deprehendet a nemine alio, quorum hodie copiam habemus, tractata.

Qualiter Sobieslaus Dux reſtituit Wratislaum filium Odalrici in ſedem ſuam priſtinam.

Anno Domini *milleſimo centeſimo viceſimo ſexto Sobieslaus* Dux Boemie audiens, quod *Otto* Dux *Moravie* privaverat *Wratislaum* filium *Odalrici* patrimonio ſuo, venit in *Moraviam*, & reſtituit ſpoliatum in propriam ſedem. *Otto* autem ivit *Ratisponam*, & Regis auxilium implorabat, tunc *Sobieslaus* vaſtavit in *Moravia* partem *Ottonis*. Eodem anno ſignum fulguris circa *Nativitatis Domini* viſum eſt. *Luterus* (*d*) Rex *Saxonum* ſeductus ab *Ottone* Duce *Moravie*, inflatus magna ſuperbia & avaricia pecunie atque malicia cum ſuo exercitu venit contra *Boemos* iuxta oppidum, cui nomen *Climerot*, cui occurrens Dux *Sobieslaus* cum ſuo exercitu, in ipſo occurſu proſtravit quingentos *Saxones* exceptis ſcutiferis, inter quos eciam fuit *Otto*, & tres tantum *Sclavi* perierunt. Erat tunc in exercitu *Boemorum* contra *Saxones* haſta Sancti *Wenceslai* Martiris, quam geſtabat Presbiter *Vitus* nomine, armatus, vallatus exercitu armatorum militum quaſi centum, requirentes eciam vexillum pontificis *Adalberti* appenderunt. In ipſo eciam congreſſu vidit capellanus predictus in aere contra Saxones equitem album cum albo equo haſta ſua contra *Saxones* dimicantem ſuper *Boemos*, & ſuo clamore, Sa (*e*) deterrentem, qui omnes in fugam verſi ſunt, & proſtrati, ſed *Boemi* Regi *Saxonum* pepercerunt, quia permiſerunt ei abire. Eodem anno *Dico* eligitur Epiſcopus *Olomucenſis*, & a *Moguntino* conſecratur, mutato nomine Barbaro (*f*) vocatus eſt *Henricus*.

Qualiter Sobieslaus miſit Wratislaum in carcerem.

Anno Domini *milleſimo centeſimo viceſimo ſexto Stephanus Ungarie* Rex, & *Boemie* Dux *Sobieslaus* facta pace, & muneribus invicem ſibi datis, ad propria redierunt. *Sobieslaus* cepit *Wratislaum*, & miſit in carcerem. *Sobieslaus* eciam *Lothario* Regi *Theutonicorum* reconciliatus cum magna gracia & dileccione eius inductus, caſtrum *Nornbergk* obſedit, *Bavariam* vaſtavit fere uſque ad *Danubium*, & glorioſe reverſus eſt in *Boemiam*. *Bavari* vero & *Suevi* in furorem verſi, *Conradum* ſibi in Regem conſtituerunt, & fuit error poſterior peior priore.

An-

(*d*) Lotharius Saxo. (*e*) Supple: *Saxones*. (*f*) Zdyk.

Digitized by Google

Anno Dominice Incarnacionis *milleſimo centeſimo viceſimo octavo Lucretus* (g) Rex in die Paſche filium *Sobieslai* de ſacro fonte levavit, factique ſunt perfecti amici, cui parvulo poſt confirmacionem filius *Vigberti* prodidit totum fevdum ſuum in exitu vite ſue aſtantibus multis. Eodem anno expedicio facta eſt a *Sobieslao* in auxilium compatris ſui *Luteri* Regis contra Regem *Conradum*. Eodem anno multi primates *Boemorum* capti, & catenati ſunt a *Sobieslao*. Anno Domini *milleſimo centeſimo xxx.* in nativitate Domini ſurgente aurora *Lucifer* viſus eſt, quod alias nunquam eſt auditum. Eodem tempore Dominus *Maynbardus* pragenſis Epiſcopus profectus eſt *Jheroſolimam*.

De prodicione contra Ducem, quomodo fuit cognita, & poſtmodum punita &c.

Quia nichil-opertum, quod non reveletur tempeſtive vel tarde, juxta ſentenciam veritatis; Inſidie facte contra predictum Ducem, Deo prodente reperte ſunt iſto modo. In proxima enim Dominica VIII. *XVIII. Kalendas Julii* Dux vocat in ipſo itinere comites duos, & ait illis; ſub oculis ſunt duo vite mee inſidiatores, & interemptores, quos caute uſque ad noſtram preſenciam deducatis, ut cognoſcamus plenius veritatem, quorum alter cum haſta ſua toxicata repertus, & comprehenſus eſt, alter fuga cum lapſus eſſet, Dux prudentiſſimus vocatis quibusdam venatoribus ſuis, & diſſimulans cauſam dixit. Cuiusdam mei armigeri ſublata furtive eſt mantica, mittite inveſtigatores canes quantocius, ut proſequantur veſtigia fugientis, qui ſtatim juſſa Domini adimplentes, fugientem in quadam villa comprehenderunt, & ad Dominum perduxerunt, qui eciam gladium habuit infectum veneno. His itaque geſtis Dux proficiſcitur in Metropolim *Pragam* nudis pedibus, factaque ibi oracione revertitur in *Wyſſegrad*. Altera autem die convocat nobiles, & ignobiles laycos & clericos ad placitum pene tria milia, & ſtans in medio reverenter ſubortis lacrimis fari cepit. *O Boemienſes* proceres, & ſcutum *Boemice* terre, non laudo, neque extollo me, ſed veritatem dico, fui enim profugus, ſed Dei gracia ubique felix, & habui neceſſaria, nunc autem flens dico, vivente fratre meo Duce *Wlatislao* neque ſcuto, neque lancea iſtum Ducatum ſuſcepi, Dei autem miſericordia, veſtrique omnium, fratrisque mei beneplacito hunc honorem ſuſcepi, ideo totaliter me arbi-

(g) Lotharius.

Digitized by Google

bitror poſſediſſe iuſticia mediante. Quidam autem inſtinctu *Sathane*, proh dolor! ex nobilioribus provincie me occidere voluerunt, ſicut tui anteceſſores occiderunt fratrem meum *Wlatislaum* Ducem prudentiſſimum, *Swatopluc* eciam occiderunt. Non videtis, quanta duricia, quanta impietas in corde eorum fuit, quibus enim uberiora dona mee gracie imperciebar, atqui lateri meo aſſidere faciebam, horum maligna voluntas michi exicium molita eſt. Ceterum ne vel ambicioſe, vel pro odio dampnare videar quempiam, proprii oris alloquio dignitati veſtre audire complaceat. Poſt hoc iniquitatis filii preſentati ſunt Principi, ſimulque diſcumbentibus illi *Mirolaum* filium *Johannis* dominum ſuum conſtanter accuſant, cuius juſſu omnia faciebant. *Mirclaus* autem in conſpectu Principis aſtare juſſus interrogatus, quis magiſter huius coniuracionis eſſet, aut ipſe excogitaſſet; reſpondit, quod unus miles *Wratislaus* nomine *Boleſa* primo ſollicitaſſet eum, cui, inquit, nolui dare conſenſum, poſt veſter capellanus presbiter nomine *Buſic* taliter me eſt aggreſſus, nonne fili cariſſime patre tuo in hac provincia nullus nobilior, tu autem pro nihilo reputaris. Inſuper germanum tuum in vinculis eſſe inſenſibiliter ſuſtines, nonne ergo melius eſt, ut hoc Duce ſuperbiſſimo interempto talem intronizemus, qui ſine dubio pareat votis noſtris, ac ſi non credis dictis meis, ego ad talem te ducam de quo non poteris dubitare, & duxit me ad Epiſcopum *Meynardum*, ibique totum huius coniuracionis initium factum eſt, nam Epiſcopus duos digitos ſuper reliquias poſuit, & dixit; ſi vitam Ducis perdideris, quod volueris, a me, & *Wratislao* habebis; quo dicto de concilio eſt eductus, ſequente die cum fratre, & quodam medico in foro omnibus membris privati ſunt. Duo autem predicti filii *Sathane* in rotha conſtricti, & truncati miſeram vitam finierunt, alii complices capite ceſi ſunt cum ſecuri. Capellanus, qui diu abſconſus fuerat, divino judicio ſpectaculo ſe preſentavit, & comprehenſus nec in verbo a dictis dampnatorum minimo diſcordavit, qui catena ferrea conſtrictus perpetuo carceri eſt dampnatus, *Wratislaus* autem lumine eſt privatus. Epiſcopus autem *Meynardus* a duobus Epiſcopis & Abbatibus pluribus projectus in terram *Stol*, hic & in ſynodo *Moguncie* taliter qualiter eſt purgatus, ſi purgacio dici poteſt, ubi tot teſtimonia concurrerunt, valeat, quantum poteſt, maxima tamen ex hoc oſtenditur pietas & paciencia pii Ducis. Verum Preſul *Babienſis* (*b*) & Epiſcopus *Olomucenſis* cum ſeptem Abbatibus per depoſicionem ſuarum ſtolarum pronuncia-

(*b*) Bambergenſis.

Digitized by Google

caverunt *Meynardum* Preſulem nichil adverſi contra Ducem feciſſe, ipſo Duce preſente, ſed tantum procuraſſe, quod *Wratislaus* poſſet liberari, ſed cauſe ad concilium eſt remiſſa. Civitas *Ratiſpona* & multe alie pene igne conſumpte ſunt, & ignis in multis locis iſto anno fecit multa dampna. Dux *Sobieslaus* eodem anno trecentos milites *Lotario* in adiutorium miſit *Romam.*

De concilio Maguntino, in quo interfuit Innocencius Papa profugus.

Eodem tempore concilium *Maguncie* celebratur, in qua ſynodo interfuit *Innocencius* Papa profugus cum Epiſcopis quinquaginta preter Abbates, & excommunicaverunt *Petrum Leonis*, qui Papatum uſurpaverat, *Romanam*que tenebat Eccleſiam, preter *Latranum*, nec non & *Conradum* Regem excommunicaverunt extinquendo candelas, *Meynardus* autem coram ſuo Metropolitano ſe decenter excuſavit, & accuſatoribus ſuis omnem iniuriam condonavit, ſicut in tractatu Pontificum plenius continetur. Eodem anno *Boemorum* Dux *Sobieslaus* in XL. levirum ſuum Regem *Ungarie*, patrem ſcilicet uxoris ſue, vocavit, & ſimul *Paſcha* celebraverunt in *Olomuz*. Egregia Duciſſa *Alleyd* ivit in *Ungariam* in feſto ſancti *Stephani* Regis & Confeſſoris, ubi a fratre ſuo diu detenta eſt, donec patrem ſuum *Almum* ſepelivit, quia per decennium remanſerat inſepultus, nam *Colomannus* frater eius fugaverat eum, & luminibus privatum fugitivum fecerat. *Bela* eciam filius eius ab eodem patruo ſuo oculis privatus, poſt mortem eius aſſumpto Regno reportaverat corpus patris, quo facto Duciſſa *Alleyd* rediens feſtum ſancti *Wenceslai Olomuz* celebravit. Imperator *Lotarius* Duci *Boemie* compaternitate coniunctus in caſtello *Norburk* moritur, & in caſtello, cui nomen *Brunſwig* ſepelitur. Anno Domini *milleſimo centeſimo xxxviij, iiij. Kalendas Marcii.* quodam ſero per totam Boemiam ad modum ſerpentis volare viſum eſt quoddam monſtrum, quod poſtmodum evanuit.

Qualiter Dux Ratisponenſis noluit obedire ſtatuto Principum.

Anno Domini *milleſimo centeſimo XXXVIII., iiij. Kalendas Marcii Conradus* poſt *Ottonem* eligitur, ſtatutumque eſt, quod omnes Principes in ſequenti *Pentecoſtis* convenirent in *Bamberg*. *Ratisponenſis* tamen

Digitized by Google

men Dux nec inſignia regalia reddere, nec concilio voluit intereſſe, unde omnes ad propria redierant. *Sobieslaus* tamen infra idem annum adiit eum, & receptus in graciam optinuit, quod filius eius *Wladiſlaus* ei ſuccederet in Ducatu, quod eciam impetravit. Cui eciam filio, adhuc tamen puero, contulit Rex vexillum, & cum reverteretur, omnes *Boemie* proceres congregat, ut poſt eius mortem, filio ſuo fidelitatem ſervent, quod omnium ſacramento firmatum eſt. Eodem anno circa feſtum ſancti *Wenceslai Sobieslaus* filiam ſuam nomine *Mariam*, filio *Lupoldi Orientalis Marchionis* jungit in matrimonio, dotans eam marcis quingentis. Anno Domini *milleſimo centeſimo triceſimo nono* Dux *Sobieslaus* ab uxore *Vigperti* quoddam caſtrum redemit marcis ſeptingentis, addidit eciam tercium denarium in caſtro *Dedyn*. Eodem anno tanta vis ventorum fuit in ſilva, quod arbores maximas radicitus evertit, & redeunti *Sobieslao* ſeptem eius milites occidit, hoc eodem anno ipſa die reſurrectionis Dominice, ſcilicet *nono Kalendas May* occurrit feſtum *Georgii*, & *Adalberti*, quod raro accidit. Eodem anno Rex *Bela Pannonicus Sobieslao* procurante filiam ſuam tradidit filio *Conradi* Regis *Theutonicorum*. Eodem anno *XIIII. Kalendas Auguſti* obſcuritas aeris, fumusque teter & horridus, fetorque intollerabilis de terra ſurrexit, & aeris emiſperium obfuſcavit.

De piis operibus Sobjeslai, & morte eius &c.

Otto ergo electus in Regem, videns *Saxones* omnino ſibi rebelles parat exercitum, & in ſuum adiutorium vocat Ducem *Boemie Sobieslaum*. Cumque ſimul intraſſent provinciam *Saxones* durum imperium non ferentes, Duce predicto mediante iugo Imperii ſua colla ſubmittunt, mandatis Ceſaris per omnia pārituri, ſicque Dux *Boemie* Regi cum pace victoriam reportavit. Eodem tempore poſt multa glorioſe patrata Dux *Sobieslaus* divino compunctus ſpiritu, timens futurum judicium cum ſua coniuge *Alleyta* filia Regis *Pannonici* diſpoſuit faciem Domini prevenire in operibus pietatis. Primo namque quaſi pater omnium indigencium curam habere cepit paratiſſimus mori pro amore patrie *Boemorum*, ſecundo laſciviam carnis omnino deſeruit, elemoſine largus donator, pauperum conſolator, memorans illud dictum; quod das jacenti, donas in celo ſedenti, quia quod uni ex minimis meis feciſtis, michi feciſtis. Ante ergo diem obitus ſui vocari fecit Canonicos *Pragenſes*, & *Wyſſegradenſes*, moniales & monachos, & alios clericos religioſos, & in die omnium Sanctorum,

Digitized by Google

nim, ut ſicut officium defunctorum pro eo & conjuge, ut moris eſt, peragerent, rogat, ut ſic continuarent per annum pro anima eius. Anno autem revoluto in die anniverſarii cum omni clero refeccionem habuit in divite apparatu oſtendens divitem voluntatem. Hic eciam Dux *Bavaros*, *Saxones*, & ceteros rebelles Imperio ſubiugavit, & tandem infirmari cepit, proxima Dominica ante nativitatis Domini, *XVI. Kalendas Marcii* migravit ad Dominum, pro tot bonis operibus a juſto iudice premia recepturus. Cui ſucceſſit *Wlatislaus*.

De Duce Wlatislaó, & morte Alleyde, Capitulum.

Wlatislaus poſt eius mortem ivit ad Regem *Conradum* levirum ſuum, a quo ſtatim recepit vexillum Ducatus in *Bamberg*. Eodem anno poſt mortem *Sobeslai Alleyta* uxor ſua vita & moribus preclara ſecuta eſt eum menſe ſeptimo. Fluvius *Zazawa* juxta monaſterium eiusdem nominis ſubito a terra abſorbetur longitudine ſtadiorum viginti, & in ſicco ceperunt piſces, & molendinum omnino ſtetit in ſicco, & duravit interrupcio aquarum a prima hora uſque ad ſextam, tandem alveus recepit curſum ſuum. Anno Domini *milleſimo centeſimo XLI. Wlatislaus* Dux habuit feſtum nativitatis *Chriſti* in villa, que vocatur *Smoboſe*. Puer *Wlatislaus* eadem nocte ad avunculum ſuum *Belam* Regem *Ungarorum* fugit, qui *Bela* Rex eodem anno mortuus eſt, & *Boemi* de *Ungaria* receſſerunt. Eodem anno multi ſuſpenſi ſunt latrones. *Heynricus* Epiſcopus *Moravie* ſumpta cruce de altari cantans, qui vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, & ſequatur me; iter arripuit, ut converteret infideles, qui *Rugi* vocantur, ſed parum profecit, tamen remeavit incolumis.

De diſſenſione orta inter Wlatislaum Boemie & Conradum Moravie Duces, &c.

Anno Domini *milleſimo centeſimo XLII. Conrado* regnante, nondum tamen *Rome* coronato Principe, intronizat Boemorum *Wlatislaum*, qui patruo ſucceſſerat *Sobeslao* illuſtri, oritur diſſenſio inter *Wlatislaum* Boemie, & *Conradum Moravie* de Ducatu, maioribus *Boemorum* faventibus Duci *Conrado* contra *Wlatislaum*. Conſerto itaque prelio *Boemi* fugerunt, & *Pragam* civitatem ingreſſi cum *Theobaldo* civitatem municionibus firmaverunt, & *Wlatislaum* ad Regem pro auxilio direxerunt. Interim *Conradus Pragam* obſidet, igneque immiſſo non parcit monaſteriis,

nec

Digitized by Google

nec Eccleſiis, omnia ſacra habitacula ſunt combuſta. Moni ſancti *Georgii* vix incendium evadentes invento exitu fugiunt num montem, & in Eccleſia ſancti *Johannis* Baptiſte ſe flebiles runt. Evolutis autem paucis diebus rumor inſonuit, *Conradum* *Sdiconem* Epiſcopum, *Wlatislaum* Ducem cum forti manu adeſſe ge ab urbe *Praga*. Quo audito predictus invaſor *Conradus* fugit in *raviam* terram ſuam, *Conradus* autem Rex firma pace Ducem *Wlatis* reſtituit in Ducatum. Cum autem expulſis tenebris lux ſplendeſcere piſſet populo *Boemorum*, & moniales ut muliercule pigritarent, noc pluribus cuſtodes murorum, piſcatores, & pauperes vigilantes vide flammam ignis de ſancti *Georgii* tecto combuſto proſilire, & penet celos. Quod cum relatum eſſet ſororibus, ille pre gaudio leva manus ad celum, accerſito quodam lapicida magiſtro murorum no *Varnerio* vadunt ſui monaſterii diruta revidere. Cumque inter rui incendia ſepulcrum ſancte *Ludmille* quereret *Varnerus*, reperit in buſtum, & incorruptum, & cum iterum retrocederent ad Eccleſiam *Johannis*, nullus patuit eis aditus, nam portam invenerunt firmiter ob ratam, quo viſo miraculo in ſancto *Georgio* remanſerunt, in craſtinum gant Epiſcopum *Ottonem*, ut dignaretur aperire ſepulcrum, qui ab licencia Summi Pontificis, reſpondit, nullatenus ſe facturum, idem *Olomucenſis*. Tunc aviditate feminea quieſcere non valentes, con Prepoſiti & Decani & aliorum, vocato predicto *Varnerio* lapicida ſa fagum relevant, venerantur ſacras Reliquias, & juxta altare recon *Varnerius* autem furatus eſt de reliquiis ſacris partem cum quatuor di pulis ſuis, quos ulcio divina ſtatim reddidit manifeſtos, nam prima duo mortui ſunt, ſequenti die alii duo, tercia die ipſe *Varnerius* eſt functus. Quo viſo miraculo nepos eius habito conſilio ſacras reliqui reportavit glorificante Domino glorioſam Martirem *Ludmillam*, qui benedictus in ſecula ſeculorum, Amen. (*i*)

De introduccione ordinis Premonſtratenſium, Capitulum.

Regnante in Regno *Romanorum* Rege, & in *Boemia* Duce *Sobieslao*, qui & *Henricus Olomucenſis Epiſcopus* de *Jheroſolimis* rediens, novum ordinem, quaſi novum hominem, abdicato eſu carnium, & aliis vite ille-ce-

(*i*) Hoc in nemine alio legeris.

Digitized by Google

cebris reportavit, quo Duce in brevi defunčto ſucceſſor illius *Wlatislaus*, & eius uxor nobiliſſima *Getrudis*, predičti Regis *Conradi* ſoror novo ordini novam ſolempniſſimam Eccleſiam erexerant in loco dičto *Strabowium* vel *Strabovia*, mutato nomine montis, quem montem Syon vocaverunt, anno Domini *milleſimo centeſimo XL.* (*k*) conventum eciam clericorum eiusdem ordinis *Premonſtratenſis* cum Abbate nomine *Geſo* in montem *Syon* adduxerunt. Iſte Abbas *Geſo* primo fuerat Canonicus *Colonienſis* cuſtos majoris Eccleſie, vir dives, & delicatus, quadam nočte per ſompnium vidit Canonicos in gyro, ſedere quaſi in Capitulo, & ecce Vir aſpečtu terribilis in medio ſtans, virga quam manu tenebat, percuſſit primum, & per ordinem plures, cumque & iſtum percutere vellet, iſte declinans ſtatim excitatus eſt ſtatim, omnes autem, ſicut percuſſi fuerant per ordinem obierunt. Videns autem hoc predičtus Abbas abrenuncciavit mundo, & predičtum ordinem *Premonſtratenſem*, qui noviter ſurrexerat, eſt ingreſſus. Hinc fuit primus Abbas predičti monaſterii montis *Syon*, a quo poſtmodum multa monaſteria per Boemiam deſcenderunt. Hic zelator diſcipline predičtum monaſterium regulari diſciplina adhuc non ſolum dum viveret, verum eciam poſt mortem gubernare non ceſſat ſanctis inſtitucionibus quas reliquit. Anno Domini *milleſimo centeſimo LIIII.* Rex *Conradus* moritur, pro quo patruelis eius *Fredericus* Dux *Suevie* in Regem elegitur, a quo Dux *Boemie Wlatislaus* in graciam magnam recipitur, filii autem *Sobieslai* exules a Rege & a Principibus in honore habentur.

Quod Fridericus Rex ivit Romam pro coronacione ad Imperium.

Anno autem Dominice Incarnacionis *Milleſimo centeſimo LVI.* (*l*) Rex Fredericus collečto nobili exercitu cum Duce *Saxonie*, & filio Regis *Conradi* aliisque Principibus pro corona Imperii *Romam* vadit, veniens autem in loco dičto *Allagardia*, tranſitum prohibent, dicentes eis, pecuniam dare debere pro tranſitu, quia nondum erat in Ceſarem coronatus, ipſe autem prudenti uſus conſilio, promittit pecuniam, & libere tranſit, mandans, ut pro pecunia mittant. Predičti ergò nobiliores cum eo mittun-

(*k*) Item tandem verum annum Canoniæ Strahovienſis. (*l*) Ex his liquet Marignolam Vincentium a nobis Tomo I. editum præ manibus non habuiſſe, ſecus ab anno 1142. usque 1156. non tantam lacunam in hiſtoria patria reliquiſſet.

Digitized by Google

tuntur, quos omnes fecit ſuſpendi patibulis. Verum cum quid diceret, ſe cognatum, altius ſuſpendi mandavit, poſteris r exemplum, ne talia contra ſuos Dominos attemptare preſumant.

De prelio Romanorum contra Fridericum Impe rem coronatum, Capitulum.

Coronato ergo Imperatore a Papa *Adriano*, dum in pratis extra pranderet, *Romani* inſultum fecerunt, quaſi contra eorum vo tem fuerit coronatus, tunc Imperator armata milicia irruit ſuper eo ſtrage magna facta de eis, quadringentos nobiliores cepit, quos p cto urbis *Petro* de *Vico* tradidit puniendos, quorum plurimos ſuſpe quosdam pecunia liberavit, pro eo, quod ſua pallacia, que *Roma* ſtruxerant, in odium Imperatoris repararet. Poſt hec Imperator Papa *Adriano* fide data firmavit, quod nec Regem *Sicilie*, nec *Me nenſes*, nec *Romanos* rebelles, Imperio ſine utriuſque voluntate rec ad graciam, & ſic urbe *Spoletana* deleta revertitur in *Lombardiam* preteritas injurias vindicaret. Anno autem Domini *milleſimo cent lvij*, Imperator generalem curiam tenet in feſto *Pentecoſtes in W burg*, ubi *Beatricem* pulcherrimam filiam Ducis *Burgundie* deſponſa Hys nuptiis inter alios Principes Dux *Wlatislaus Boemie* cum *Da Pragenſi* Epiſcopo interfuit, in quo loco *Mediolanenſes* tanquam ho Imperii condempnantur. *Polonenſes* autem in graciam recipiuntur D *Wlatislao* mediante, iſto pacto, quod primo Ducem ſuum *Wlatisl* exulem recipiant, & venerentur, ſecundo trecentos milites mittant c tra *Mediolanum*, tercio, quod nudatis enſibus ſuper colla exeant co Imperatore *Polonie* Principes, miſericordiam poſtulantes, quod factum Duce *Boemie* mediante.

De coronacione Regis Boemie &c.

Anno Domini *milleſimo centeſimo lviij*. in *nativitate* Domini ſolemp curiam celebrat Imperator in *Meydeburg*, in qua ſolempnitate *Boemie* coronatur in Regem. Expedicio contra *Mediolanum* mittitur, perator & Rex *Boemie*, Dux *Auſtrie*, cum Principibus, Archiepiſcop & cunctis exercitibus obſident *Mediolanum*, diebus pluribus pugnatur, tandem *Mediolanenſes* videntes innumerabilem exercitum tam *Theutonico rum*, quam *Lombardorum*, Principum & Prelatorum, exierunt, ut pa cem

Digitized by Google

cem cum Imperatore tractarent, ſed de malo conſilio ſemper malum ſequitur, quos Imperator & Principes libenter ſuſcepiſſent, niſi Archiepiſcopus *Ravenas (m)* ſurgens in conſilio contradixiſſet, quo loquente clamatur, arma, arma, & contra *Mediolanum* cruentiſſimum bellum geritur a veſpertina hora uſque ad crepuſculum noctis, Rex *Boemorum* cum ſuo exercitu prima milicia *Mediolanum* aggreditur ipſum Principem eorum cum vexillo media lancea perforat, qui Princeps ibi occubuit, tandem *Mediolanenſes* cum magno dampno inter muros ſe receperunt. Imperator tamen ſingulis diebus, interfectis, & conſumptis civibus, quos interius timor, foris gladius devaſtare non ceſſat, donec unusquisque ad propria remeavit. Anno Domini *milleſimo centeſimo lxxij. Wlatislaus* Rex *Poloniam* intravit cum Ceſare. Anno Domini *milleſimo centeſimo lxxiiij. Sobieslaus* a vinculis dimittitur, & Dux conſtituitur. Ipſo anno *Wratislaus* Rex fundator *Strabovie*, id eſt montis *Syon* obiit. Anno Domini *milleſimo centeſimo lxxvij. Odalricus* Dux a fratre *Sobieslao* capitur, ipſe *Sobieslaus* de ſolio pellitur. *Fredericus* filius Regis *Wlatislai* intronizatur, *Sobieslaus* in exilio moritur. *Fredericus* Epiſcopus obiit, cui *Valentinus* XV. ſucceſſit. Anno Domini *milleſimo ducenteſimo xvij.* fratres ſancti *Adalberti* portati ſunt *Pragam (n)*

De coronacione Regis Wenceslai, &c.

Wenceslaus poſt patrem in Regem eligitur, & coronatur cum uxore ſua *Gunegunde* Regina. Hic ſtatim muniri fecit civitatem *Pragenſem* anno Domini *milleſimo ducenteſimo xlix.* & plures eciam alias villas munivit, quas civitates vocant. Hic eciam exterminavit latrones, & omnes iniquos, & quos cepit, capite punivit. Quare tunc *Boemia* pace fruebatur, plures Religioſorum domos tam *Prage*, quam per *Boemiam* ſunt conſtructe, ipſe autem Rex, quaſi ſolitariam, & delicioſam vitam annis pluribus egit, & morabatur cum paucis in ſuis municionibus & caſtellis pace bona ubique durante. Anno vero Domini *milleſimo ducenteſimo lix.* Proceres Regni pacis temporis inimici ſedicionem contra Regem excitantes, filium eiusdem *Wenceslai* Regis *Premysl* ſeduxerunt, & in clauſtro Eccleſie ſancti *Viti* levaverunt in Regem, & ſibi fidelitatem, ut ſuo Domino juraverunt, patre penitus ignorante, quod cum pater audivit, inge-

(m) Ravenatenſis. (n) Videlicet Vetero-Boleslavia. Hic multa omittit author, quæ poſterius narrat.

Digitized by Google

gemuit, & innata ſibi prudencia diſſimulavit, ne impetus fie... eum, filius autem cepit regni negocia pertractare. Rex aut... fugiens de *Boemia*, primo a Domino Papa, ſecundo ab Imperator... legia impetravit, ſcilicet, quod omnes, maxime clerici ſub pena pri... nis ſibi faverent realiter in omnibus, tanquam Regi. Secundo re... in *Boemiam*, maximum exercitum congregavit, tam de *Ungaria*, qu... *Auſtria*, & aliis, & forti manu intrat *Boemiam* & caſtrum *Wyſſegrad* ... ſtim cepit menſe *Februario*. Octavo autem die *Wltawam* flumen t... ſiens in monaſterio montis *Syon* & *Strabovie* cum ſuo exercitu reſide... multas civitates & villas vaſtavit. Filius autem in caſtro *Pragenſi* vide... ſe non poſſe reſiſtere, tractavit concordiam, quam pater libenter ... eſt acceptare, & facta pace ex pacto filii dimiſit *Boemiam* ipſe pater ... fectus eſt in *Moraviam*, ſimulans ſe in *Ungariam* profecturum, ubi c... gregato copioſo exercitu, filio *Prage* commorante ſecure, immine... feſto aſſumpcionis *Marie nonis Auguſti* miſſis exercitibus, ſubito ur... cepit, quibusdam civibus ſibi tradentibus eam, filius fugit ad caſtr... ipſe eodem die victor urbem intravit. Cui Epiſcopus *Nicolaus* cum ... tribus Minoribus tantum proceſſionaliter occurrerunt, & pulſantibus ca... panis occurrentibus turbis cum magno gaudio ad Eccleſiam fratrum Mi... rum ſancti *Franciſci* proceſſionaliter eſt deductus. Quo audito filius co... miſſa cuſtodia caſtri ſuis, ſe tranſtulit ad loca alia magis tuta. Cuſtod... eciam poſuit ſibi fideliores ad turrim pontis, & ut curiam Epiſcopi cuſto... dirent, qui timentes ſe non poſſe reſiſtere, eadem nocte turrim & cu... riam Epiſcopi incenderunt, & ipſi honuſti multis ſpoliis receſſerunt. Rex autem turrim & curiam Epiſcopi cepit, & fidelibus cuſtodibus comme... davit, caſtrum autem ex omni parte obſedit, in quo erat aque penuri... & pabuli pro jumentis, Dominas autem ſancti *Georgii* de clauſtro exi... mandavit, nulli de caſtro licenciam exeundi, vel intrandi conceſſa eſt. Veniente autem feſto Aſſumpcionis *Virginis glorioſe* Rex per omnia fo... preconari fecit pro reverencia tanti feſti, ut nulli moleſtia inferretur, ſed omnes diem illam cum pace & leticia celebrarent.

Quod Rex Wenceslaus filium invitat ad convivium.

Rex vero invitatis proceribus Regni & nobilibus ut ſibi cultu Regio miniſtrarent, mane eiusdem feſti fecit convivium Regium preparari, precipiens filio per internunccium, ut cum ſuis proceribus ad convivium conveniret. Ipſe autem Rex indutus cultu Regio cum ſceptro & pomo

au-

aureo coronatus corona regali ſibi impoſita per manus *Pragenſis* & *Olomucenſis* Epiſcoporum proceſſionaliter ſtipatus militibus ad Eccleſiam ſancti *Franciſci* ſolempniter eſt deductus, ubi *Olomucenſe* celebrante miſſam ſolempniter occurrit filius, neceſſitate compulſus, patri ſe per omnia ſubdidit, caſtrum *Pragenſe* cum aliis reſignavit, pater autem videns humilitatem, eum ad pacis oſculum lacrimans cum omnibus ſuis in graciam recepit, & ſic ad convivium ventum eſt, ubi Epiſcopis cum Prelatis & proceribus reſidentibus juxta Regem a dextris, & a ſiniſtris officiales *Boemie* magnificum illud convivium ornaverunt. Tandem habito in craſtino tractatu cum ſuis, filio conceſſit *Moraviam*, moneta media ſibi retenta, & ſic cum gracia Regis filius in *Moraviam* eſt profectus. Anno Domini *milleſimo ducenteſimo lvij. xviij. Kalendas Februarii* Dominus Papa *Allexander quartus* miſit ſolempnes reliquias ſorori *Agneti* germanę Regis *Wenceslai*, que erat monialis in monaſterio ſancti *Franciſci*, que tocius quaſi populi concurſu extra muros civitatis ſimul cum aliis, quas fratres *Minores* tulerant, ſolempniter ſunt recepte & delate ad ſanctum *Franciſcum*. Eodem anno mortalitas, tempeſtas, grando indiſſolubilis per dies ſeptem, inundacio pluviarum, vineas, campos, & quaſi totam *Boemiam* vaſtaverunt. Rex collectam impoſuit per totam *Boemiam*.

Eodem anno tranſeunte comite *Bertoldo* per pontem, duo corvi in ſummo turris moverunt lapidem, qui cadens tranſeuntem militem interfecit. Eodem anno Rex vaſtavit quaſi totam *Bavariam*, ſecundo filius ejus poſt patrem ad tantum reduxit *Bavaros*, quod miſericordiam petere ſunt compulſi, *Boemi* &c. revertentes infinita pecora traxerunt de *Bavaria* maxime *Plznenſes*. In purificacione beate *Marie* fuit obſcuritas maxima Epiſcopo predicante, qualem nullus hominum vidit ante. *Nicolaus* Epiſcopus electum *Patavienſem* Diaconum ordinavit, & menſe *Aprilis* idem Epiſcopus in Eccleſia ſancti *Franciſci* ordines celebravit, ubi *Salzburgenſem* electum in Diaconum, & *Patavienſem* in Presbiterum ordinavit *Ydus Aprilis*. In die *Palmarum* idem electus *Patavienſis* in Eccleſia *Pragenſi* fuit in Epiſcopum conſecratus a quinque Epiſcopis, & uno electo, quorum quilibet dedit indulgenciam unius anni & XL. dierum. Eodem anno Papa exegit a clero *Boemie* mille marcas argenti, que fuerunt Domino *Wratislavienſi* Epiſcopo aſſignate. Eodem anno *undecimo Kalendas Decembris Auſtria* ſubdidit ſe Regi *Boemie Wenceslao*, *Premysl* autem filius Regis miſſus eſt ad capiendam poſſeſſionem, & intravit *Viennam*, & civitates alias & caſtella, & obtinuit ea. Eodem anno idem Dux *Premysl* filius Regis celebravit nupcias in *Heymburk*, iij. *Ydus Februarii* ducens in

Digitized by Google

matrimonium *Margaretham* filiam *Lupoldi* Ducis *Auſtrie* jam Frater *Hugo* Presbiter Cardinalis Apoſtolice Sedis legatus recep *mannia* procuracionem a *Boemis*. Frigus magnum fuit in vigilia *coſtes*. Eodem anno *xij. Kalendas Julii* fundatum eſt hoſpitale ſanc ritus a *Stelliferis Prage* in pede pontis. Eodem eciam anno mo compulſe ſunt juſſu Regis exire monaſterium ſancti *Georgii*, quia in rumor de adventu *Cumanorum*, & infidelium *Tartarorum*, quare munire voluit caſtrum & Eccleſiam ſancti *Georgii* pro conſervandis vi libus aſſignavit, plures eciam Epiſcopi convenerunt ad Regem, quos honoravit magnifice, & pavit diebus quampluribus, quid autem eger ignoratur. *Bertoldus Neapolitanus* electus Apoſtolice Sedis Leg *Prage* cum ſolempni proceſſione recipitur. Eodem anno murata eſt vitas *Praga*, ab aquilone & occidente, & curia Epiſcopi in pede po poſita alienata eſt ab Epiſcopo, & munita eſt propugnaculis, & eciam, quia timor *Cumanorum* invaſit omnes. *Sexto decimo Kal Julii Cumani*, & alii infideles erumpentes de *Ungaria* multa millia C *ſtianorum* occiderunt in *Moravia* circa *Olomucz*, & infiniti ſunt ſub fugientes a facie predictorum. Rex eciam *Ungarie* ſuperveniens in titudine gravi totam pene *Moraviam* devaſtavit incendiis, occiſio & rapinis, combuſſit Eccleſias, campanas, & aſportavit ornamenta, cramenta Eccleſie prophanantes, plures homines crucifixerunt. Eo anno Legatus Pape Regem *Ungarie* ad propria redire coegit. Eo eciam anno Rex *Wenceslaus* obiit *decimo Kalendas Octobris*, anno regni ſui xxiiij., & menſe octavo, cuius filius unicus nomine *Pre* rediens de *Auſtria* in paterno ſolio cum maximis ſolempniis colloc Eodem anno *Nicolao* Epiſcopo procurante allate ſunt reliquie ſancti *nislai* Martiris de *Cracovia*. *Premysl* filius Regis *Wenceslai* reddidit cap lam ſancti *Bartholomei* Eccleſie Pragenſi, ſicut ordinaverat pater eius.

Incidencia plura ſubſcripta.

Eodem anno pax reformata eſt inter Regem *Ungarie*, & *Premysl* Prin cipem *Boemie*, filium *Wenceslai* Regis defuncti. Hic Princeps re diens de *Auſtria* quandam arcam adduxit, quam dicunt *archam Noe*, in qua oblaciones ſervantur. *Premysl* vero ſimul cum Marchione *Brande burgenſi* profectus contra Paganos, & in *Wratislavia* a Ducibus *Polonie* cum exercitibus honorati Nativitatem Domini celebraverunt ibidem. Et anno Domini *milleſimo ducenteſimo LV*. Princeps *Boemie* & ſocii ſui in

tran-

[illegible] *Pruſſiam* cede incredibili vaſtaverunt, Principes autem terre il-
[illegible] divino forte timore compuncti occurrerunt Principi *Boemie*, ſe & ſua
[illegible] ſibi ſubdentes, quos ille benigne recipiens ad graciam baptiſ-
[illegible], primum de ſacro fonte levavit, & induit ſua joba, & no-
[illegible] eum cenſuit nominari. Eodem modo fecit Marchio & alii Ba-
[illegible] ſimile peregerunt. Inde ad quendam montem venientes, & caſtrum
[illegible] ſtatuentes, & *montem regalem* (o) vocavit, commendavit
[illegible] de domo *Theutonica* pro firmitate *Chriſtianorum*, & ſic *Pre-*
grediens honorifice eſt receptus. *Margareta* eciam uxor illius Re-
[illegible] exiſtens in finibus *Auſtrie* intravit *Boemiam* cum leticia & gaudio &
[illegible]ſſione ſolempni.

Eodem tempore *Petrus de ponte curvo* venit *Pragam*, & procura-
[illegible] recepit, & terram ſuppoſuit interdicto, & omnes clericorum vel
[illegible]ſorum deceptores excommunicavit propter quendam monachum
[illegible]tum turpiter, & expoliatum precipiens, quod omni ſero in veſpe-
[illegible] pulſarentur campane cum extinccione candelarum, contra tales,
[illegible]avit interdictum uſque ad ſatisfaccionem condignam *Pragenſium* ci-
[illegible], quam fecerant *ſexto Kalendas Auguſti*. Eodem anno Archiepi-
[illegible] *Colonienſis* venit *Pragam* ad Regem, de Imperio tractaturus, &
[illegible] in monte *Syon*, tandem bene a Rege remuneratus receſſit, viſitatis
[illegible]cleſiis & ſanctis Martiribus non proceſſionaliter, ſed humiliter. Anno
[illegible]mini *milleſimo ducenteſimo lxij*. *Premysl* Dux *Boemie* filius Regis *Wen-*
[illegible] tercio anno ſui ducatus expulit *Boemos* de ſuburbio, & locavit ibi
[illegible]genas. Eodem anno Dominus *Pragenſis* Epiſcopus renovavit ta-
[illegible], quod celum vulgariter nominatur. Eodem anno Princeps *Boe-*
[illegible] cum exercitu aggreditur *Bavariam*, vaſtat Eccleſias, comburit villas,
& rapit omnia, ſed tandem cum maximo ſuo dedecore & dampno ſuorum
perditis equis & rebus & plurimis hominibus & militibus peditando re-
verſus eſt in *Boemiam* cum maxima paupertate. Anno ergo *milleſimo*
ducenteſimo lviij. *Nicolaus* Epiſcopus obiit *XVI. Kalendas Februarii*, ele-
ctus eſt *Johannes* in Epiſcopum *Pragenſem*, & per Dominum *Brunonem*
Olomucenſem confirmatus ex commiſſo *Maguntini* Archiepiſcopi, ſed ta-
men *Wienne* in *Auſtria* conſecratus fuit in feſto *Pentecoſtes* ex commiſſo
ejusdem Archiepiſcopi *Maguntini*, & rediens ad ſedem propriam cum
gaudio eſt receptus, & die vite ſue *Prage* plura altaria conſecravit, &
Juditam Abbatiſſam ſancti Georgii benedixit. Eodem anno monaſterium
mon-

(o) Königs-Berg.

Digitized by Google

montis *Syon* cum Eccleſia & ambitu quaſi totum eſt combuſtum caſu cuiusdam, ſed valentiſſime *Johannis* Abbatis ſollicitudine con omnem in meliorem diſpoſicionem omnium eſt quaſi a fundamentis ter reformatum in ſpacio annorum quinque, & iterum conſecratum, conſecracionem illuſtrem reddidit idem Abbas, qui in priori dedica predicaverat, dicens, congregacio illius monaſterii, quam primo mus, en rebus pauper fuit habundans virtutibus, nunc rebus crevit diviciis, virtutibus autem valde decrevit.

De actis tempore Primysl filii Regis Boemorum Wenceslai &c.

Innocencius Papa celebrat concilium *Luduni* in civitate *Galliarum* maximum, in quo concilio multa ſunt ordinata memoria digna ſtatu Eccleſiaſtico, & multa fidei dubia declarata, ubi inter alia Papa diffinitivam ſentenciam *Fredericum* Imperatorem depoſuit de auguſto perio, & omni dignitate privavit, & a communione fidelium ſepar propter hereſim & inobedienciam probatam contra eum. In eodem concilio *Lantgravie Thuringie* electus eſt in Regem *Romanorum*, & eodem concilio multi Prelati ſunt privati propter Simoniacam pravitat inter quos *Olomucenſis* Epiſcopus depoſitus eſt nomine *Conradus*, qui laicalem potenciam fuerat intruſus. Anno Domini *milleſimo ducente xlvi. Fredericus* Dux *Auſtrie* in bello occiſus eſt ab *Ungaris*, & Ne eius filia *Henrici* quondam Ducis *Auſtrie* data eſt in matrimonium *Wla lao* filio Regis Boemie, propter quam habuit ducatum *Auſtrie*. Mor autem *Mezcone* Duce *Polonie* ſine liberis, proceres terre eundem *Wla tislaum* ſibi elegerunt in Ducem, & tamen anno Domini *milleſimo duce teſimo xlvii.* obiit. Anno eciam Domini *milleſimo ducenteſimo xx Wenceslaus* conſecratus, & coronatus Rex in Eccleſia Pragenſi cum uxo ſua *Gunegunde* Regina, a Venerabili Archiepiſcopo *Maguntino*. Hic vitatem *Pragenſem* murari fecit, & alias villas plures, quas civitates vo cant, & coegit clericos & religioſos ad municiones & foſſata facien da. Hic exterminavit latrones & predones juxta poſſe, & truncabat, quos capere poterat, & pacem bonam ſub eo habuit provincia multis nis, & plures domos religioſorum erecte ſunt tempore pacis, ſub cuius Dominio *Minorum, Predicatorum, Stellariorum* (*p*) & ſancte *Clare*, ipſe quaſi ſolitariam vel magis delicioſam vitam eligens in caſtellis cum pau-

cis

(*p*) Id eſt Cruciferorum cum rubea ſtella.

Digitized by Google

[illegible]abatur. Proceres autem Regni *Boemie* pacem temporis odientes [illegible] patre filium eius nomine *Primisl* in clauſtro *Pragenſi* levave[illegible] in Regem, fidelitatem ſibi & homagium facientes, quod audiens pa[illegible], & diſſimulavit. Facta eſt autem hec coniuracio anno Re[illegible]xx. *pridie Kalendas Auguſti.* Rex autem dimiſſa *Boemia* impe[illegible] Papa ſub pena privacionis beneficiorum, quod omnes clerici fa[illegible] Regi. Idem ſcripſit Imperator, & litere lecte fuerunt in Eccleſia Cathedrali *Pragenſi* publice & manifeſte. Anno ergo viceſimo primo Rex [illegible]iter intrat *Boemiam,* & cepit urbem *Wyſſegradenſem.* Octavo autem [illegible] tranſit flumen, & in monaſterio montis *Syon* reſidet cum ſuo exercitu circumquaque. Interim pax tractatur, & pater cum filio concordatur. [illegible] vero verſus *Moraviam* in *Litomisl* ire cepit, filius in *Praga* remanſit. [illegible]im Rex congregato exercitu fecit pacem proclamari per omnia fora, [illegible]ens ſe velle ire in *Ungariam,* & ſubito venit *Pragam,* & cepit eam. [illegible] autem timens, caſtrum fidelibus ſuis ad cuſtodiam dereliquit, ipſe [illegible]tuciora loca ſe tranſtulit. Rex in montem *Syon* tranſivit, & caſtrum [illegible]*genſe* obſedit, ita quod nec egrediendi, nec ingrediendi daretur co[illegible], in quo tamen erat defectus victualium, & aque penuria. Superve[illegible]te autem feſto *Aſſumpcionis beate Virginis* Rex trevgas mandari pre[illegible]it, ita tamen, quod nulli de caſtro eſſet data libertas egrediendi. In [illegible]to autem *Virginis glorioſe* ab Epiſcopo & fratribus Minoribus cum ſo[illegible]pni proceſſione receptus, omnibus regalibus ornamentis indutus cum proceribus regni ivit ad proceſſionem cum aureo pomo & ſceptro, duobus Epiſcopis coronam ſibi imponentibus, videlicet *Pragenſis* & *Olomu[illegible]enſis,* & ſic in Eccleſiam ſancti *Franciſci* proceſſionaliter intrat & audit miſſam, & mandat filio, quod cum ſuis omnibus veniat ad regale convivium. Filius habito conſilio neceſſitate compulſus venit cum maxima humilitate, patri ſe per omnia ſubdens, municiones & caſtra omnia reſignavit, & pro ſe, & ſuis graciam poſtulavit, quem pater cum ſuis recepit ad graciam, & oſculum pacis, & in craſtino aſſignata ſibi porcione abire permiſit, ipſe ut prius ad ſua caſtella pro ſolacio remeavit. Poſt quartam ebdomadam filius cum ſuis venit ad eum, ut ipſe mandaverat, ampliorem graciam petiturus, in quodam caſtro, qui ſtatim fecit filium capi, & ſocios graviſſimis carceribus mancipari. *Premisl* deſponſat (q) filiam Ducis *Auſtrie* per quam habuit ducatum. Eodem anno mortuus eſt Rex *Wenceslaus X. Kalendas Octobris,* regni ſui anno XXIIII. *Premisl* filius

(q) omiſſum: *ſibi.*

filius eius unicus rediens de *Auſtria* receptus eſt a *Nicolao* E[illegible] clero ſolempniter, & in primo ſolio reſedit anno Domini *milleſim*[illegible] *teſimo liiij.* Eodem anno pax reformata eſt inter Ducem *Boemie* [illegible] & Reges *Ungarie.* Hic profectus eſt in *Pruſiam* contra infideles, [illegible] eo *Brandenburgenſis* Marchio, & multi nobiles, & ſtrage magna va[illegible] runt provinciam, tandem eorum Principes fidem receperunt, & p[illegible] ſunt baptizati, quorum primum Dux de ſacro baptismo levavit, no[illegible] ſuum imponens ei, & ſimiliter alii nobiles fecerunt de aliis, tandem [illegible] ſtrum edificaverunt fortiſſimum, nomine *Mons regalis*, & cruciferis co[illegible] tulerant, & ſic reintravit *Boemiam*, & Regina *Margaretha* uxor eius [illegible] Epiſcopo, & univerſo clero & populo ſolempniter eſt recepta. (r).

Qualiter Primisl filius Wenceslai movit exercitu[illegible] contra Reges Ungarie, qui pacem infregerant.

Anno Domini *milleſimo ducenteſimo liiij.* *Primisl* filius *Wenceslai* Re[illegible] *Boemie* collecto magno exercitu proceſſit contra *Belam* & *Stepha*[illegible] filium eius, Reges *Ungarie*, qui contra ſacramenta ſua pacem promi[illegible] violaverant firmatam multis inſtrumentis & ſacramentis. Eodem eci[illegible] anno, quo predicta compoſicio facta fuerat, idem Rex *Bela* cum filio *Ste*-*phano Moraviam*, *Auſtriam*, & partem *Stirie*, que per compoſicione[illegible] dictam in partem nepotis ſui Principis *Boemie* ceſſerant, viſus eſt pertu[illegible] bare. Sed & *Stephanus* contra conſobrinos predicti Ducis *Boemie*, ſci[illegible] licet Ducem *Ulricum*, & fratrem eius incluſos in pace predicta *Cuma*-*rum*, & inhumanorum hominum exercitum quaſi infinitum producens, com-buſſit Eccleſias, prophanavit altaria, moniales, viduas & virgines cor-ruperunt, nulli etati, vel ſexui parcentes, partem eciam *Karinthie* ni-miis flagiciis prophanantes. Predictus eciam Rex quaſi totam *Auſtriam* occupabat, & *Ungari* civitatum omnium municiones tenebant. *Primisl* autem divino adjutorio confortatus contra ſpem multorum, quaſi omnes *Ungaros* expulit, civitates & caſtra viriliter capientes, *Pretonia* tamen caſtrum cum civitate, & quibusdam aliis caſtris remanſerunt *Ungaris*, quia uxor Regis *Stephani Cumana* nacione, licet baptizata in predicto caſtro remanſit. Quare inter Principes *Boemie* & *Ungarie* fuerunt aper-te inimicieie publicate, & ſacro quadrageſimali tempore, uterque con-tra ſe exercitus produxerunt. Verum quia vite neceſſaria, & maxime equo-

(r) Pleraque ex his jam ſupra locupltius perſecutus eſt author.

Digitized by Google

ſtorum pabula defecerunt, coacti ſunt Principes trevgas componere uſque ad feſtum beati *Johannis Baptiſte*, & quidam ſperaverunt de pace.

De precipiti audacia Boemorum contra inſidias Ungarorum, & ſtrage doloroſa.

Appropinquante fine termini trevgarum Rex *Stephanus* proditorie ſe preparat, ſi poſſet primos occurrentes invadere caſtra Venerabilis Epiſcopi *Brunonis Olomucenſis*, & *Henrici Sleſie*, & *Wlatislai Opolienſis* Ducum illuſtrium, & feciſſet, niſi quod tota nocte errabunde diſcurrit per aliam viam in obſcuritate & pluvia ipſius eciam conductoribus excecatis. Devenit autem per errorem nocturnum in mane ad locum, ubi Rex *Boemie* cum ſuo exercitu debuit congregari contra preſidium quod *Laba* (ſ) nominatur in pratis, in quo loco jam erant primi incliti genere, magnifici dignitate, ſpectabiles opere, fratres uterini *Otto* & *Conradus* comites de *Ardek*, quibus cum ſvaderetur, quod usque ad adventum exercitus *Boemorum* ſe juxta *Lauenſem* civitatem recolligerent, ne forte per inſidias jacturam aliquam paterentur, illi tanquam animo feroces, ultra quam expedit audaces facere noluerunt, ymo pauci extenſis tentoriis in campo manſerunt. Interim dum exercitus Dominorum *Olomucenſium* & *Boemorum* procerum convenirent, inſonuit vox in caſtris *Cumanos* prope eſſe. Facto ergo tumultu *Boemi* feſſi armis, & laboribus fatigati per ordinatas acies in campum exeunt pugnaturi, tunc iterum venit vox, paucos inimicos, qui inſultum fecerant, in fugam eſſe converſos, quare *Boemi* revertuntur ad caſtra. Predicti autem heroes comites *Otto* & *Catoldus* cognomine *Orphanus* cum paucis retro pro cuſtodia remanſerunt.

Quomodo per inſidias ſunt decepti & confuſi populi Criſtiani, Capitulum.

Cumque vidiſſent pauciſſimos adverſarios ſimulantes fugam, predicti comites noſtri non cogitantes inſidias *Cumanorum* perſecuti ſunt eos. *Cumani* autem latentes perſecuti ſunt noſtros in inſidiis, & concluſerunt eos nemine evadente de noſtris. Cumque hec fuiſſent in caſtris nuncciata, ſurgunt a menſis Princeps & Epiſcopus, & communiter omnes in arma ruunt ad hoſtes viriliter proſequendos. Cumque predictos inclitos bellatores *Catoldum* & duos comites & alios inveniſſent jacentes in via mor-

(ſ) In margine poſterior manus adnotavit *Lawa*.

Digitized by Google

tuos & nudatos, pavore concuſſi *Boemi* obriguerunt, & facti ſu[illegible] quaſi lapis. Nichilominus Dux *Bóemie* quaſi leo, & Epiſcopus *O[illegible] ſis* quaſi leena, & Marchio *Brandenburgenſis* cum ſuis animo fer[illegible] ceſſant perſequi adverſarios fugientes. Cumque hoſtes ſubſiſter[illegible] acies ordinarent, tanta ſubito facta eſt obſcuritas aeris, grando, ful[illegible] & tonitrua, quod verſi ſunt hoſtes in fugam, nemine proſequente, [illegible] enim equi *Criſtianorum* nimium fatigati. Cumque flumina *Moravie*, q[illegible] apertis celi caracteribus inundaſſent, plurimi hoſtium ſunt ſubmerſi, [illegible] chilominus tamen propter lugubrem caſum, & inopinatum eventum uſq[illegible] ad deſperacionem deicitur exercitus *Chriſtianus*, & nihil agitur, niſi [illegible] ſepultura. O quantus luctus omnium, o quanta lamenta maxime fratr[illegible] Minorum, (*t*) quando cum luctu & planctu deferuntur ad eos paſſim fu[illegible] ra occiſorum. Fuit ergo dies hec doloroſa, & amara valde.

Quomodo Deus convertit ruinam Chriſtianorum [illegible] gloriam & honorem.

Predictus ergo *Boemorum* Dux & Princeps exercitus *Chriſtianorum* [illegible] rore concuſſus libenter ad propria remeaſſet, niſi vilitatis notam [illegible] currere timuiſſet, ſuſpirans ergo & eiulans convocat Principes, & q[illegible] facto opus ſit, ſagaciter inveſtigans, aliis autem hinc inde loquentib[illegible] ut moris eſt afflictorum, oritur per occaſionem cauſa ſalutis, nam c[illegible] imponeretur *Henrico* Duci *Slezie* & *Opolienſi*, quod ipſi diſponerent [illegible] ſtra relinquere, & confuſibiliter exercitum Domini ſolvere, (*u*) ipſi [illegible] riliter crimen inficiantur, & hujus dicti radicem in *Brandeburgenſem* [illegible] ferunt Marchionem, & divina inſpiracione omnium controverſia ceſſ[illegible] eligunt unanimi conſilio primo converti ad Deum per penitenciam & [illegible] vota. Secundo contra infideles exponere pro populo animas ſuas, e[illegible] in Dominica die in aurora infra octavas Apoſtolorum *Petri & Pauli* co[illegible] feſſione premiſſa facto voto corrigendi errata, adiuvantibus oracioni[illegible] que fiebant pro ipſis, audita miſſa devote concurrentibus Domino *Phil[illegible]* quondam *Salvienſium* electo, & fratri ſuo illuſtri Duce *Karinthie*, & D[illegible] *Stirienſi* ex communi condicto Principis *Boemie*, & aliorum acies or[illegible] nantur, & ſub vexillo Martiris *Wenceslai* Dux inclitus vallatus exerci[illegible]

mon-

(*t*) Ex his conjicere licet in urbe Laab ſeu illius vicinia olim fuiſſe monaſterium ordinis M[illegible] norum. Hæc autem cum multo pluribus circumſtantiis narrat Marignola pr[illegible] Pul[illegible] kava. (*u*) Lege: *ſalvare*.

Digitized by Google

[illegible] contra hoſtes aſcendit. Cumque *Manaym*, id eſt caſtra Domini [illegible] preſidio angelorum infideles ſubito aſpexiſſent, timore nimio con-[illegible] fugiſſent, niſi remedium chaos, id eſt fluminis intermedii [illegible], nichilominus tamen tantam dedit Deus victoriam populo *Cri-*[illegible] quod melius, quam per ſcripturam intelligetur ex epiſtola ſubſe-quenti.

Epiſtola miſſa Domino Pape Alexandro IIII.

Sanctiſſimo in *Criſto* Patri & Domino Domino *Allexandro* Dei gracia Pape quarto, ſancte *Romane* Eccleſie Summo Pontifici. N. eadem gracia Dominus Regni *Boemie*, Dux *Auſtrie* & *Stirie*, & Marchio *Moravie*. Quia pium paſtorem ſuarum a lupis liberacio ovium delectat, & benignum patrem jocundum reddit, cum ſalute proſperitas filiorum gravis belli, quod adverſus *Belam*, & natum eius *Stephanum Ungarie* Reges illuſtres, & *Danielem* Regem *Ruſſie* & filios eius, & ceteros *Rutenos* ac *Tartaros*, qui ei in adjutorium venerant, & *Boleslaum* Cracovienſem, & *Leſkonem* juvenem *Luſicie* Duces, & innumeram multitudinem inhumanorum hominum *Cumanorum*, *Ungarorum* & diverſorum *Sclavorum*, *Siculorum*, & *Vnalaorum*, *Vezzeriniinorum*, & *Ysmabelitarum*, ſciſmaticorum eciam, utpote *Grecorum*, *Bulgarorum*, *Ruſcienſium*, *Boſnenſium* hereticorum autore Deo geſſimus, & victorie nobis date celitus, & poſt victoriam inter nos ex parte una, & dictos Reges ex altera concordie reformare proceſſum, non ab re decrevimus Paternitati veſtre declarandum. Sane cum ad flumen, quod *Morava* dicitur, veniſſemus, *Ungarie*, *Auſtrie*que confinia terminans cum noſtris veniſſemus exercitibus, dictos Reges, & eorum exercitus caſtra metatos ex altera rippa fluminis vidimus ex adverſo. Dedimus autem eis eleccionem, aut ipſi nobis loco cederent, ut tranſiremus, aut nos eis libenti animo cederemus, ipſi autem ſolita fraude nobiſcum trevgas componentes ad deliberandum per totam diem ſancte *Margarethe* inducias poſtularunt. Videntes autem nos confidentes, quia nec decima pars noſtrorum nobiſcum erant, nocte tranſeunt ſuper nos improviſos, & in modum ſemicirculi nos cingentes, niſi Dominus adjuviſſet nos, forſitan vivos deglutiſſent nos. Igitur in tam inevitabili articulo conſtituti, totam in adjutorium Altiſſimi ſpem ponentes; commilitones noſtros primitus adhortati, in eos irruimus confidenter, quos Deus perterruit, & proſtravit, & in fugam convertit, ita quod predictus fluvius *Morawa* iuxta ſui nominis ethymologiam, fieret eis via mor-

 tis,

Digitized by Google

tis, tot enim in flumine ſunt ſubmerſi, ut ſuper occiſorum cadavera noſtris eſſet tranſitus, & via ad eorum caſtra, & tentoria ſpolianda. Quamvis ergo poſt tantam victoriam celitus nobis datam regnum *Ungarie* noſtro potuerimus Dominio ſubiugare, penſantes eciam, quod melius eſt habere bonum vicinum, quam exterminare rebellem, & ut ait *Conſtantinus Auguſtus* crebro ſvaviores amicicie poſt inimiciciarum cauſas ad concordiam reſtitute; ideoque nobis pace oblata a proximis noſtris alii ſanguinis noſtri *Ungarie* Regibus, & Domina Regina & juvene Rege *Bela*, a comite *Rolando*, maluimus pacis federa reformare, quam vaſtando magnum regnum *Ungarie* viam Tartaris aperire. Prenotate itaque compoſicionis formam veſtro apoſtolatui ſub eorum ſigillis petimus a Sede Apoſtolica communiri, & in ewum apoſtolico patrocinio roborari.

Capitulum, in quo ſeptem miracula per ordinem deſcribuntur divinitus oſtenſa a Deo.

Talis ergo, ac tanta victoria ſoli Deo, ſanctorum patronorum precibus aſcribenda ſeptem teſtimoniis comprobatur. Primo namque viri, qui ex more exercitum ſequebantur a tergo, viderunt aquilam albiſſimam, cuius caput aureum erat, volantem, & ſuis maximis alis cooperientem totum exercitum *Boemorum*, ymo magis *Criſtianorum*, & ſequentem vexillum beati Martiris *Wenceslai*. Eodem die circa horam terciam devotus miles *Johannes* filius *Sucyslai* in domo propria jacens egrotans, in extaſi poſitus, vidit ſe in campo cum parvo exercitu, & incompoſito, & ecce in campo lucido primo videt principem *Boemie* ſanctiſſimum *Wenceslaum* militaribus armis ſuis indutum, precedentem cum ſacro ſuo vexillo in dextra manu, quem ſequebatur in pontificalibus ſanctus Pontifex *Adalbertus*, juxta quem e veſtigio ſanctus Abbas cum ſuo baculo *Procopius*, & poſtmodum ſancti monachali habitu: Quinque Fratres. Tunc idem miles audivit clara voce ſanctum *Wenceslaum* dicentem conſortibus glorie ſue: Modicus eſt noſter exercitus, ad Dei preſenciam mox tendamus, & extendit vexillum proprium contra hoſtes, qui ſtatim territi, univerſaliter, & turpiter in fugam ſunt converſi. Exterioribus oraculis interior conſolacio fidem facit, nam ſicut communiter omnes pariter retulerunt, quamvis paulo ante omnes eſſent quaſi mortui, & quaſi viribus deſtituti, ipſa tamen hora conflictus cum inexperta ſpiritus leticia, tantam a Deo leticiam receperunt, ut non ſolum audacter in hoſtes irruerent, ſed eciam parati eſſent muros ferreos penetrare. *Jaroſius* eciam Burgravius *Pragen-*

ſis

Digitized by Google

Vir fide dignus coram Epiſcopo retulit viva voce, quod exercitus eius in cuius medio vexillum ſancti Martiris ferebatur nullam in equis vel hominibus ſuſtinuit leſionem, ſed quocunque vertebatur vexillum Martiris, hoſtes vertebantur in fugam, &c. Ferrum eciam haſte ipſius, in quo vexillum ſancti Martiris pendebat, viſum eſt ſplendere pluribus ſicut ſol. Nuncii Regis *Ungarie* coram *Boemie* Principe recurrerunt, quod cum in hora congreſſionis *Boemi* ſonora voce ympnum ſancti *Adalberti; Hoſpodine pomiluy ny*; cantare ceperunt, invitis ſeſſoribus equi hoſtium terga verterunt, in fugam precipitem *Ungarorum*. Gaudeat ergo populus *Boemorum*, & ſuis patronis laudes referat inexhauſtas, quorum meritis victricia ſigna in *Boemiam* referentes non ſolum a malis preſentibus liberati fuerant ſtupendis miraculis, verum eciam pace glorioſa potiti ſunt pro libitu cum honore ſui ad laudem & gloriam ſummi Dei, Amen.

Anno vero Domini *milleſimo ducenteſimo lxj.* facta eſt concordia inter *Ungaros* & *Boemos*, & pax reformata, & appoſita pena undecim milium marcarum argenti contra violatores.

De deſponſacione Cunegundis cum Duce predicto, & coronacione eiusdem.

Volens eciam Dux predictus *Boemie* poſt triumphum ſue domui providere, *Cunegundym* filiam Ducis *Bulgarorum* in caſtello *Unga* nomine vulgari dicto *Poſſen (x)* deſponſavit, & cum ſolempni gloria ſuſcepta eſt in civitate *Pragenſi X. Kalendas Januarii*, id eſt X. die ante Kalendas *Januarii*, in feſto vero nativitatis Domini. Predictus Dux *Primisl* cum predicta uxore ſua, cum maximis, que longum foret enarrare ſolempniis in *Pragenſi* Eccleſia a Venerabili *Maguntino* Preſule, & aliis ſex Epiſcopis aſtantibus ſolempniter cum Regina coronatur in Regem aſtante Marchione *Brandenburgenſi* cum filiis & filiabus, & alia procerum turba *Boemorum*, quam eciam Ducibus *Polonie*, comitibus, Principibus, & aliis nobilibus infinitis. Convivia eciam permagnifica biduo in campo *Boemie* in locis ad hoc preparatis ſunt ſolempniſſime procurata, cum inenarrabili gloria & leticia populorum. Eodem anno ſata, arbores, & fructus tam ſiccitate, quam tempeſtate multipliciter perierunt, fames maxima, & mortalitas ſunt ſecute, cariſtia eciam inaudita in tantum, ut frumenta, & pabula pro equis vix reperirentur. Et anno ſequenti, ſcilicet *milleſimo du-*

(x) Hem veterem appellationem Poſſonii.

Digitized by Google

ducenteſimo-lxiij. in *Moravia* & in *Boemia* menſura regalis ſiliginis venderetur centum viginti denariis, tritici multo plus, piſorum centum quinquaginta, fames eciam coegerat villanos, dimiſſis agris cum uxoribus & filiis mendicare, rapere, & furari, jumenta & pecora propter pabuli defectum interierunt propter aſperitatem yemis ſubſecutam. Capella *Omnium Sanctorum* dedicata eſt. Anno eciam ſequenti vis ventorum tanta fuit, ut proſterneret campanarium Eccleſie *Pragenſis*, & multa alia edificia, & turres, & arbores ſine fine. Eciam fuit inundacio aquarum, & procelle, & tempeſtates permaxime.

De ſolempni deſponſacione facta per Regem Boemie inter Belam juniorem Regem Ungarie, & neptem Regis Boemie, ex ſorore filiam Marchionis Brandenburgenſis.

Volens autem Rex *Primisl*, qui aureus, vel *Ottakarus* (y) juxta magnificenciam regalem pacem perpetuam firmare cupiens cum *Ungaris*, neptem ſuam, filiam ſororis ſue, & Marchionis *Brandenburgenſis*, juveni Regi *Bele* procuravit matrimonio copulare, conſenſu ergo habito tam patris, quam filii Regum *Ungarie*, in die ſancti *Wenceslai* in Eccleſia ſanctorum *Viti* & *Wenceslai* tam clericorum quam laicorum oracionibus ſe commendans, ut ordinaverat, predictam puellam neptem ſuam cum ſuis genitoribus venientem in caſtrum *Pragenſe* cum ſolempnitate permaxima ſuſcepit, & magni convivii apparatu. Interim eciam pro nupciis juxta regiam magnificenciam fieri precepit maximum apparatum: Primo namque tentoria ſumptuoſiſſima extendenda in campis cum omnibus requiſitis premittens verſus *Poſonium*, ipſe Rex cum nepte parentibus, & Principibus tocius *Boemie*, *Moravie*, & *Auſtrie*, & tribus Epiſcopis ſubſecutus patri ſponſi Regis ſcilicet antiquioribus Epiſcopis ſociatam puellam predictam videndam occurrenti transmiſit. Cui Rex *Ungarus* optulit murenulas precioſas, & dote firmata in tentorio Regis *Boemie*, Rege *Ungaro* recedente *Bela* ſponſus venit Regis filiam deſponſare, & more gentis illius coronam auream capiti eius impoſuit, quam quidem miles illius gladio nudato dejecit. Eodem die Rex *Boemie* in quodam tentorio ſolempni ad modum Eccleſie pulcerrime preparato, audita miſſa fecit milites, Ducem *Polonie*, quatuor Marchiones, & nobiles plures, quibus eciam ludos militares exercuit. Tandem venitur ad menſam, Regeque primo ſeniore in ta-

(y) Mira vocis Ottakari per *aureus* explicatio.

Digitized by Google

tabernaculo tentorii nobiliter collocato Principibus confidentibus decentiſſime hinc & inde ipſo miniſtrante cum ſuis, tam venuſte & habundanter fuit omnibus miniſtratum, ut excedere videretur illud maximum convivium Imperatoris *Perſarum* maximi *Aſſveri*, quis enim non miretur iſtius Regis magnificenciam, qui ab ipſis cunabulis *Rex aureus* eſt vocatus, & qui diviciis & gloria inter omnes Reges & mundi Principes factus eſt glorioſus. Finito autem convivio puella navigio inponitur, & Rex *Ottakarus* in *Pragam* revertitur glorioſe.

Anno eciam Domini *milleſimo ducenteſimo lxv.* in die Purificacionis *Marie* Virginis convocatis tribus Epiſcopis *Pragenſi*, *Olomucenſi* & *Bambergenſi*, & omnibus *Auſtrie*, *Boemie*, & *Moravie* Rex coronatus venit ad proceſſionem, & fecit filiam baptizari predictis tribus Epiſcopis levantibus eam, & omnibus, tam Epiſcopis, quam Clericis, & aliis convivium per magnificum preparavit.

Anno Domini *milleſimo CC. lxix.* luporum tanta copia habundavit, quod Rex precepit fieri foveas, & imponi precepit anſerem vel porcellum ad capiendum eos. Rex itaque *Ottakarus* multas manſiones, & caſtella per regnum ſuum edificavit. Interim inter ipſum & *Bavaros* gravi orta diſcordia Rex *Boemie* congregatis diverſarum gencium exercitibus intrans *Bavariam* usque *Ratiſponam* vaſtavit eam ſpoliis, & incendiis, ac rapinis. Verum exercitus Regis diverſis vicibus in *Bavariam* tranſeuntes tanta dampna intulerunt villis *Boemie*, maxime villis Epiſcopi, clericorum & monachorum, quod dampna *Bavarie* quaſi ſuperaverunt.

Qualiter Rex Otakarus prudenter abrenuncciavit eleccionem Imperii prehabito conſilio &c.

Interea *Colonienſis* Archiepiſcopus ex parte ſua & omnium electorum venit *Pragam*, offerens ei eleccionem Imperii *Romanorum*, qui habito ſolempni conſilio ſuorum Principum, & maxime nobili viro *Andrea*, qui tunc erat camerarius Regni, racionabiliter diſſvadente, gracias referens Electoribus, venientem Archiepiſcopum ſummis honoribus, conviviis, verbis jocalibus, palafridis, (z) dextrariis, & clenodiis magnificentiſſime honoravit, & ſe nullo modo eleccioni Imperii velle ullatenus conſentire reſpondit, & Archiepiſcopum ſic honoratum magnifice cum graciarum accione ad Electores remiſit. Anno ergo Domini *milleſimo ducente-*

(z) Equis agminalibus. Dufreſne.

teſimo lxij. ſexto Kalendas Septembris Rudolphus electus eſt Imp[illegible] anno ſequenti tanta fuit *Prage* inundacio-aquarum, quod ponte[illegible] & infinita dampna intulit tam urbi, quam villis, & Eccleſias [illegible] molendina deſtruxit, plures homines ſunt ſubmerſi, & olera & [illegible] ſecavit, & pertigit aqua uſque ad Eccleſiam ſancti *Egidii*, & per [illegible] *Judeorum*, usque ad Eccleſiam ſancti *Franciſci.*

Qualiter Rudolphus Romanorum electus repetivit ab Otakaro Rege Boemie jura Imperii &c.

Juxta propheticum dictum; ſecundum gloriam ejus facta eſt ignominia ejus; ſic accidit populo *Boemorum* in iſto ſuo *Rege aureo* nominato, [illegible] videant mortales, quam inſtabilis eſt rota fortune. *Rudolphus* ergo *Romanorum* repetit ab *Otakaro* jura Imperii, ſcilicet *Auſtriam*, *Stiriam*, *Karinthiam*, *Portum Näonis*, *Fioletum*, & *Forum Julii*. Rex autem *Otakarus* ſpiritu elacionis, & malo conſilio fretus cum magna ſuperbia dedit electo *Romanorum* de omnibus negativam, dicens ſe quaſdam [illegible]ras nomine dotis, & quaſdam victrici gladio conquiſiſſe. Inſuper i[illegible] ludis & venacionibus vacans mittit exercitus ad paſſus cuſtodiendos, [illegible] tamen terris *Boemie*, maxime monaſteriis per predas, & rapinas per[illegible]xima dampna intulerunt. Interim *Romanorum* electus parat exercitum, & caſtra metatus eſt ex altera parte *Danubii* verſus *Auſtriam* cum exercitibus ſuis, ex oppoſito vero *Boemorum* exercitus iuxta *Danubium* cum Rege *Otakaro* in longitudine miliariorum quatuor caſtra fixit. Cumque uterque exercitus jam fame, & equi defectu pabuli debilitarentur omnino jam per ebdomadas ſeptem, nec illi, nec iſti tranſirent communi concordia treugas inierunt, & locum elegerunt in ſilva dicta *Kamber* pro compoſicione tractanda. Statuto itaque die ad predictum locum utroque cum paucis veniente, ad hoc finaliter devenerunt, ut filia Regis filio Electi, & e converſo filius Regis *Boemie* accipiat natam *Rudolphi*. Pactis ergo ſacramento firmatis, & inſtrumentis ſcriptis, & ſigillatis hinc inde.

Qualiter Otakarus reſignavit quinque vexilla, & fruſtratus eſt intencione ſua.

Otakarus eciam inducciones multorum facta conſideracione tali cum Principe *Romanorum* reſignavit electo quinque vexilla, ſperans ſe ſtatim inveſtiendum de ipſis, electus autem alto conſilio uſus, duo tantum, ſcili-

li-

Digitized by Google

Regni *Boemie* & *Moravie* reſignavit, nichilominus tamen pacifice ab invicem receſſerunt, quitquid enim *Otakarus* corde conceperat, non oſtendit, quia ſpem bonam de aliis ſibi fecit electus tempore ſuo reddendis. Illo tempore multitudo luporum ululancium apparuit usque ad portas *Prage*.

Qualiter Otakarus animo ſuperbo deſpexit Romanorum electum, & fregit omnia pacta prius ordinata.

Anno Domini *milleſimo ducenteſimo lxxix*. *Otakarus* ſpiritu ſuperbie agitatus, videns, ut electus *Romanorum* vexilla ſibi promiſſa non reddidit, & forte aliis ſtimulatus, omnia, que Regi *Romanorum* promiſerat, pacta fregit.

Primo namque *Agnetem* virginem, quam filio electi promiſerat in monaſterio ſancti *Franciſci* ſub ſancte *Clare* regula pauperum Dominarum cum decem aliis virginibus conſecravit, quod factum principium dolorum tam pauperum, quam divitum, magnorum & parvorum, deſtruccionisque Regni *Boemie* ſeminarium fuit, & quod majus eſt, Electo *Romanorum* literas dirigit magis provocativas ad bellum, quam ad pactum facti federis excuſandum. Inſuper armat miliciam in expedicionem contra *Romanorum* electum, convocat Ducem *Polonie* & amicos, terras, quas reſignaverat, invaſurus, & expectabat in *Brunna* exercitum amicorum. Cumque hec audiſſet Electus *Romanorum*, qui jam collegerat exercituum multitudinem copioſam, transfretato *Danubio* venit in occurſum eius. Cumque compertum ei foret, quod *Otakarus* nichil ſciret de adventu eius, & ſecurus amicorum exercitum expectaret, ſubito *Rudolphus* irruit ſuper inermes, & inproviſos, irruit eciam ſuper eos formido & pavor, & fuge preſidio ſe committunt. Facta eſt autem tanta ſtrages de exercitu *Boemorum*, quod melius eſt ſilere, quam ſcribere. Sic & gloria Regis *Otakari* converſa eſt in ignominiam eius, nec ſcitum fuit, utrum fuerit traditus ſepulture, ſive eciam ſubmerſus cum multitudine fugiencium ſubmerſorum, tanta eciam fuit multitudo nobilium captivorum, quod ſicut pecudes ſervabant, alios jugulabant, quia facti fuerant ſicut oves occiſionis. Preda eciam *Boemorum* innumerabili multitudine dextrariorum, veſtimentorum armorum, vaſorum aureorum & argenteorum, & ornatus capelle Regie cum teſauris datis in predam, omnem humanam eſtimacionem excedit, ut impleatur illud elogium; ſecundum gloriam multiplicata eſt ignominia eius.

Digitized by Google

De infinitis calamitatibus & miſeriis Boemorum.

Verum ſicut dicit *Valerius Maximus; Ira Dei lento gradu deſevit, tarditatemque judicii ſeveritate compenſat*, tanta enim ſeveritas divini judicii excanduit in populo *Boemorum*, quantam nec hyſtoria nec litera docet, eciam tempore *Machabeorum*, vel tempore paganorum, nam tunc fideles pro juſticia torquebantur ab inimicis, nam in fratrem frater, pater in filium, proximus exiliit in amicum. Sed iſtas ſub compendio malediciones demonſtremus. Totum namque regnum *Boemie* ſciſſum eſt in tres partes, nam *Brandenburgenſis* Marchio tenet caſtrum excluſis clericis & partem Regni, aliam partem concedit Regine & filio, aliam detinet Dux *Polonie Kazko*, preter alias particulares ſciſſiones *Moravie* eciam penitus, qui poteſt capere capiat. Secundo *Theutonici* muſcarum more intrantes *Boemiam* Eccleſias predantur, trahunt per capucia monachos, & eiciunt de clauſtris, clericos torquent, moniales vituperant, ſanctuaria prophanant, Eccleſias violant, omnia rapiunt, torquent ſimplices, cruciant innocentes, incendia ſine ceſſacione per villas committunt, alimenta rapiunt, nichil omnino poteſt ab aliquo cuſtodiri, & quod intollerabilius eſt, cum omnia penitus ſunt deſerta, torquentur pauperes non ſolum a calamitatibus, verum eciam, qui non habent aliquid, in tormentis prodere compelluntur, deſeruntur domus ſine habitatore, quia per nemora currendo ſe abſcondunt, fortis quoque timor & pavor, & mors, & calamitas, fames, & infirmitas opprimunt innocentes. Verum eciam, quia totus quaſi orbis terrarum viſus eſt contra *Boemiam* commoveri, nam eodem anno in Vigilia *Joannis Baptiſte* tanta fuit tempeſtas poſt meridiem, quod innumera edificia corruerunt. Eciam tempeſtas murum caſtri circa Eccleſiam ſancti *Georgii* funditus evulſit, & dejecit in rivulum *Bruſnicam*. (*a*) Impetus eciam pluviarum domos innumeras ſecum traxit. Vis eciam & impetus ventorum & aquarum arbores innumeras, montes & cavernas evertit, & ſecum traxit in campos. Blada omnia, que ſervabantur pro tempore neceſſitatis impetus aquarum penitus aſportavit. De ventorum tempeſtate non eſt ſilendum, nam in die beate *Barbare* virginis tres nobiliores turres ventus uno impetu deiecit, ſcilicet turrim, que dicitur ad maiorem portam caſtri *Pragenſis*, primum edificium. Secundam, que dicebatur antiquitus turris Epiſcopalis. Terciam in fronte caſtri, nam de alīis

(*a*) Ex his colligitur vetus curſus torrentis Bruſnicæ, quem ſupra profundum dixit, cum hodie modiciſſimus ſit.

Digitized by Google

mmeris ſcribere non poſſumus pre multitudine veritatum. Hoc argumentum, quod intra caſtra & muros Pragenſes xxiiij. turne corruerunt, & in aliis locis tot clades fuerunt, quod exon ſufficit calamis adſcribendi. Cariſtia tanta fuit, quantam minit, ita quod non niſi duo ova gallinarum pro L. denariis ven-r, cumque prius pro uno L. vendebantur, & de aliis ſimiliter eſt dum. Eciam ad maiorem calamitatem clericis Eccleſie *Pragenſis* itus interdictum, & ſancta conculcata per *Theutonicos*, & in ſoli- ſunt redacta.

liter Marchio Brandenburgenſis aliam Boemis intulit perſecucionem.

enburgenſis Marchio poſt debellacionem factam per *Romanorum* ctum ſub ſpecie tutele filii Regis defuncti, perſecucionem gra- excitat populis *Boemorum*, rapinis, ſpoliis, & tormentis, tandem euga cum proceribus, ſub ſpecie amicicie vocat canonicos quos- petit ſibi dari privilegia Regis, & mittens ſatellites in ſacriſtiam *Viti*, predictam ſacriſtiam & capellam ſanctorum *Coſme* & *Damiani*, infiniti theſauri civium ſervabantur, percuſſis canonicis & clericis tis omnibus theſauris, & depoſitis ſpoliat, & eciam ſepulcrum *Wenceslai*. Nec non & curiam Epiſcopalem cum omnibus ejus ra- civitatem, & plura alia ſuo dominio applicavit, &c. Ad mor- que & calamitatem *Boemorum* planctus *Rachelis* innovatus eſt, nam *nburgenſis* Marchio media nocte capi fecit Reginam cum unico filio, in obſcuro ad caſtrum *Bezdiez* firmiſſimum, curia eius diſperſa expulſis, & data ſub cuſtodia crudelium *Theutonicorum*. *Boemo-* tem proceres & Barones ex edicto Marchionis ad colloquium vo- licet inſtanter peterent, non tamen obtinuerunt, quod puer cum redirent in *Pragam*, micius tamen cum Domina agebatur, que ſimulacione exegit, ut vicinum monaſterium viſitaret, optinuit n. Secundo iterum, ut ſororem *Agnetem* in ſancto *Franciſco* viſi- Tercio, ut in *Moraviam* iret pro exequiis viri ſui. Que cum iſſet fugam, *Theutonicorum* minas evaſit. *Brandenburgenſis* autem hio *Brandenburgenſem* Epiſcopum prefecit *Boemico* regno, qui omni no crudelior fuit. Nam eo tempore ſpoliata ſunt omnia quaſi mo- ria omnium religioſorum, & fratrum Minorum, monialium, cano- um, ac eciam ruſticorum, facta eciam ſunt incendia uſque ad favil- lam.

Digitized by Google

lam. Eodem tempore *Pragenſis* Decanus cum Canonicis conqueritur Domino Epiſcopo *Brandenburgenſi* de dampno & Eccleſie & ſpoliis factis, qui Epiſcopus verbo tali conſolatur eos, quod eſt auditui terribile, diſandum, & more *Theutonico* furioſe reſpondit, non tantum *Gotfridi* depoſiti rapientur, verum eciam omnium clericorum, eciam antiſtitis hujus, non ſolum in rebus, ſed eciam in perſona. Nunquam tamen memini me tot calamitates legiſſe, ideo melius eſt dicere uno verbo; percuſſit eos Dominus percuſſione crudeli, ſed paratus eſt aliquando miſereri, nec poteſt in ira continere miſericordias ſuas, excelſerat Epiſcopi perſecucio perſecucionem *Dyocleciani* factam in *Criſtianos*. Tanta eciam fuit mortalitas, quod modus vel poſſibilitas ſepeliendi mortuos non erat, ideo facta ſunt in *Praga* duo magna ſepulcra, in quibus defunctorum cadavera jactabantur, tanta eciam fames, ut turmatim incederent mendicantes, domorum hoſpites occidebant, vicinam vicina occidebat, & manducabat, & cum furore rapiebant corpora occiſorum. Pudet ſcribere tot calamitates populi *Boemorum*.

Qualiter Deus poſt anguſtias placatus eſt populo Boemorum.

Ultimum; punita ſuperbia *Boemorum* miſertus eſt populo Dominus ſuo, & placatum ſe oſtendit ſenſibili ſigno, nam yris viſus eſt circumdare civitatem *Pragenſem* in die ſancti *Stephani*, bonum omen deſignans, eciam in cornu lune viſa eſt ſtella micans, que ducelli reditum figurabat. Eodem anno Marchio facta concordia cum *Boemis* recepta pecunia, quam petebat, committit Epiſcopo *Thobie*, & duobus judicibus regimen regni, & muſcas *Theutonicorum* ſub pena capitali exire compellit, remittit ducellum, & in *Saxoniam* eſt reverſus, novaque lux oriri viſa eſt populo *Boemorum*, quia miſertus eſt populo ſuo Dominus Deus noſter.

De ritu novi Ducis Wenceslai, & fine tutele Brandenburgenſis.

Anno Domini *milleſimo ducenteſimo lxxxiij. ſeptimo ydus Januarii* in die ſancti *Stephani* Prothomartiris nova lux apparuit populo *Boemorum*, yris enim mire pulcritudinis *Pragenſem* totam circumdedit civitatem, quod fuit bonum omen miſeracionis divine, quod preſagium finis calamitatum, & principium tranquillitatis & pacis, ſicut eciam alio ſigno oſtendit Deus, ap-

ap-

Digitized by Google

apparente ſtella pulcherrima ſuper cornua lune indicante felicem adventum noſtri Illuſtriſſimi Ducis, quem *Brandenburgenſis* Marchio detinebat, qui fuit tutor eiusdem. Cui juveni redeunti *Bavari* Principes, & omnes occurrunt, clericis proceſſionaliter cantantibus; adveniſti deſiderabilis; cum aliis ympnis & canticis, *Hoſpodyn* &c. populo decantante, occurrentibus etiam Venerabilis Prelatis, *Thobia* Epiſcopo cum canonicis Eccleſie Cathedralis, cum religioſis Abbatibus cum ſuis conventibus, & Minoribus, & Predicatoribus cum clero & populo univerſo clamantibus & dicentibus; *Benedictus, qui venit in nomine Domini*, & ſic eum ad Eccleſiam deducentes cum indicibili gloria in paterno ſolio locaverunt ad laudem Dei, & gloriam *Boemorum*, Amen.

Brandenburgenſis autem Marchio finita tutela cum debuiſſet reddere racionem, addidit malis ſuis rapinis exaccionem amplorum, marcarum xx. milium, & a Duce iterum undecim milium, pro quibus tenuit municiones firmiſſimas, donec ſumma predicte pecunie ſolveretur, qua ſoluta, eſt *Boemia* de voraci tyrannide predicti tutoris penitus liberata. Quomodo autem ipſe finierit, & a quo coronatus tam ipſe, quam ſequentes, quorum iſta ſunt nomina infraſcripta, liber non loquitur, nec valui reperire, ideo ſufficit nomina per ordinem deſcribere, ſicut in cronicis continentur. (b) Poſt predictum Ducem & Regem *Wenceslaum* filium magnifici Regis *Ottakari* occiſi in prelio iſti ſucceſſerunt, idem ſcilicet *Wenceslaus* Rex, *Primisl* Rex, (c) *Wenceslaus* Rex, *Wenceslaus Ungarie* & *Boemie* Rex, *Rodulphus* Dux filius *Alberti* electi Regis *Romanorum*, *Henricus* Dux *Karinthie*, ultimus *Johannes* Rex filius Imperatoris *Henrici* Illuſtriſſimi *Romanorum*. Deinde *Karolus quartus* eiusdem *Johannis* filius ex *Elizabeth* Regina & herede regni *Boemie*, nunc Sereniſſimus Rex & Imperator Auguſtus.

Capitulum ultimum.

Nunc in calce voluminis tanquam ad baſim omnia reducentes; nam *Imperator* greco nomine, ut ait beatus *Gregorius* libro Moralium, *Baſileos* appellatur, quaſi baſis terre, nam *leos* terra in *greco* dicitur, quaſi omnium fundamentum quere in *Karolo* de ſuis operibus, de quo michi ſcribe-

(b) Non igitur Marignola Petri Abbatis Aulæ-Regenſis aut Franciſci Chronica adhuc cognita ſibi habuit. (c) Rurſum ut ante hallucinatus Marignola, qui Przemislaum Ottocarum in prælio Rudolphi interfectum pro primo habuit, qui tamen fuit ordine ſecundus.

Digitized by Google

bere non videtur, ne eius laudi vel glorie aliquid videar decerpſiſſe, ſi eius opera magnifica ſtilo non heroico proſequerer, ut deceret. Verum ut in ipſo concludam volumine, quosdam verſus de eo conſcriptos antiquo, a qua tamen certitudinaliter non bene ſcio pro certo, preſenti pagine duxi penitus inſerendos, qui tales ſunt.

Heliſabeth filia Regis Wenceslai mundo refert gaudia juſſu Adonay, ut metrum, quod ſequitur, ſuper hoc teſtatur, & Libuſſe conditur, que ſic modulatur. (d)

Verſus.

Surculus eſt illa de qua Libuſſa Sibilla, Sagax (e) *prophetavit hec preſagioque beavit, Eliſabeth proles generabit, que quaſi ſoles, undique lucebunt, & plurima regna tenebunt, eius* (f) *& exarcha naſcetur, eritque monarcha. Ipſe reget mundum, ſapiens erit, & furibundum quemque ſibi ſtrabit, regnum ſuum bene ſtabit,* (g) *Criſticolis enſis urbes quas cyropolenſis* (h) *reddet, fraudabit, & milia multa necabit, quod nec Allexander potuit, nec fortis Evander, hic vincet totum Pharaonis habebit azotum. Vincet Soldanum, pelletque Plutonis ad amnum. Undique pace data celo ſibi ſede parata, eternum nomen ſibi nanciſcetur & omen, finis in urbe David eius erit quam ſuperabit, ad pedicas Criſti tumulus fabricabitur iſti, Amen.*

Incipit tercius liber Cronice Boemorum, qui Jeraticus, ſive Eccleſiaſticus nominatur.

Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter, ſapientiſſimi *Salomonis* in proverbiis verba preſcripta mea create *Trinitati* indicant, & oſtendunt, nullam rem omnino conſiſtere, niſi in numero Trinitatis. Omnia enim numero, pondere, & menſura creaſti Domine, ait ipſe, quod Theologice dicitur, modus, ſpes, & ordo, hoc eciam indicat ſcriptura in principio *Geneſis*, quia

(d) Hoc vaticinium reperi integrum in codice quoque chartaceo MS. ſeculi XIV. Bibliothecæ Parthenonis Doxanenſis. (e) Codex Doxanenſis rectius: *Saga.* (f) Codex Doxan: *Ipſius.* (g) Doxanenſis addit, *Spernet externos & diliget ipſe Boemos, hos peragrabit totum mundum ſuperabit.* Reliquos verſus vero alio ordine refert. (h) Doxanenſis: *Chriſticolis enſis ſuus erit, urbsque Pragenſis.*

Digitized by Google

[illegible] in principio creavit Pater verbum, quia dixit, Spiritum, qui ferebatur ſuper aquas. Hanc Trinitatem vidit *Abraham*, quia tres vidit, & unum adoravit. Et idem *Salomon* de Deo loquens in proverbiis, quod inquit, nomen eius, vel filii eius ſi noſti, illius ſcilicet, qui appendit tribus digitis molem terre. Hanc beatiſſimam creatricem *Trinitatem* nulla creata ymago ignorat, niſi ſit totaliter excecata, pro eo, quod anima mens cognoſcit in lumine concreato, quod habet in ſe memoriam, quaſi ſcienciam paternalem, intelligenciam filialem, que a prima procedit, & a noticia & memoria impoſſibile eſt, quod non procedat amor, vel ſui ipſius benevolencia, quod dicitur ſpiritus, vel nexus amborum, qui in Deo dicitur *Paraclitus*, vel *Spiritus Sanctus*, tercia in Trinitate perſona eternaliter a patre filioque procedens. In re enim quacunque minima eſt veſtigium Trinitatis, ſcilicet eſſe, poſſe, & operari, in perfectioribus, eſſe, vivere, & operari, in vere perfectis vivere, intelligere, & amare, ſine quibus racionalis creatura omnino eſſe non poteſt, quod ſacra *Theologia* lucidius declaratur. Unde eciam *Philoſophi* naturali lumine cognoverunt beatiſſimam *Trinitatem*, quam etſi quidam negaverunt, hoc fecit ſuperbia, que in eis racionis oculum excecavit. Nam *Ariſtoteles* ſummus *Philoſophorum*, *Platoni* tamen impar eloquio, ut dicit, *Auguſtinus*, in principio celi & mundi dicit, naturali racione coactus, vel prophetico ſpiritu raptus, omnia in numero conſiſtere *Trinitatis*, unde hunc *Trinitatis* numerum nos non invenimus, ſed a natura extraximus, per hunc enim honorare elegimus Deum Creatorem eminentem proprietatibus elementorum; & eorum, que creata ſunt, omnia enim in numero trino conſiſtunt. Ubi commentator eius *Anroys* peſſimus dicit, quod in lege *Ariſtotelis* tria erant ſacrificia, & *Ovidius* metrice libello de vetula, Deum trinum, & unum concludit *Ariſtotelem* ſcripſiſſe, & docuiſſe. Sed & *Plato* in Thymeo Deum habere genitam mentem, que ſine amore eſſe non poteſt omnino. Beatus eciam *Auguſtinus* recitat libro, quod quidam *Philoſophus*, quem alibi dicitur fuiſſe *Platonem*, ſcripſit, & ſecum ſepeliri fecit, quaſi totum *Johannis* Evangelium, quibusdam dimiſſis, vel paucis immutatis, & hoc ante *Criſtum*, ſic; *In principio erat logos*, id eſt, *verbum* &c. uſque, fuit homo; quod non ſic ſcripſit, ſed in iſtis verbis, & anima hominis perhibet teſtimonium de lumine, & in fine poſuit, verbum caro &c. Hec premiſimus, ut ad premiſſa verba veniamus. Ecce deſcripſi eam tripliciter, ſcilicet ſapienciam eterni luminis directivam, nam vapor eſt omnipotentis Dei, & ymago claritatis illius, & idcirco ut in anima quaſi a patre reluceat poteſtas, a filio veritas, a

Digitized by Google

Spiritu Sancto caritas attendantur. Et ſic in memoria ſit ſtimulus conſciencie, in intelligencia ſplendor noticie, vel radius noticie, in voluntate igniculus benevolencie ad noſtram creatam ymaginem reformandam per potenciam paternalem, illuſtrandam vel conformandam per noticiam filialem transformandam in amorem celeſtium per benivolenciam ſpiritualem, ille igitur ignis tripliciter exurens montes, & mentes contemplancium montibus eternis per lucem ſapiencie illuminans, & exſufflans radios igneos, trinam partem noſtre create ymaginis trino radio reaccendat in hac tercia parte noſtri opuſculi in amorem celeſtium, ut cum *Paulo* raptus usque ad tercium celum contemplari valeas *Seraph* illum cum *Yſaia*, tendentem labia tua ignito calculo ſacre ſcripture, quem forcipe tulerat de altari, ita quod cum viro induto lineis, Summo Sacerdote *Criſto* implere valeas primus altaris perfecte intelligencie manus ſacras, ut effundere valeas ſuper Domini civitatem Eccleſie militantis, ut tanquam vir deſideriorum cum *Daniele Gabrielem* volantem cognoſcas tempore ſacrificii ſeptimi. Ut indicet tibi virtutem ignei fluvii totaliter incendentis virtute ſedentis in trono, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

De Sacerdocio naturali.

In hac igitur tercia diſtinccione Eccleſiaſtica, ut premiſſum eſt, deſcribitur *Jerarchia*, que a primo ſacerdote vero poſt *Adam*, *Abel* inicio usque ad tempora noſtra decurrit. Fecit namque primum Sacerdocium naturale, nam primogenitus ſemper Rex & Sacerdos erat in lege nature, & duravit usque ad *Jacob*. Poſt fuit Sacerdocium legale ab *Aaron* usque ad verum Pontificem *Criſtum*, poſt quem fuit, & erit usque ad finem mundi ſacerdocium ſpirituale. Tu, inquit *David* es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem *Melchiſedech*, qui aſſimilatus eſt filio Dei, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia deſcribitur ſecundum Apoſtolum apud *Hebreos*, pro eo quod ſpirituale ſacerdocium a *Criſto* ſumpſit eoxordium, ſicut ſcribit *Johannes* in principio *Apocalipſis*; fecit eis regnum, & ſacerdotes, ſcilicet ſpirituales, non ut olim per carnalem ſucceſſionem, ſed per ſpiritualem unccionem in Eccleſia conferatur ordo ſacerdotalis.

De

Digitized by Google

De primo Sacerdote poſt Adam, Abel juſto, Capitulum.

Primus ergo Sacerdos poſt *Adam* a Sanctis deſcribitur *Abel* iuſtus, hic conſtructa ara cum fratre *Caym* reprobato eius ſacrificio, quia etſi recte obtulit, quia vero Deo, non tamen iuſte diviſit, quia Deo peiora, ſcilicet ſpicas putredas, & corroſas. *Abel* vero optima obtulit gregis ſui, ſuper quem, & eius munera Deus reſpexit, eum lumine illiuſtrando, & eius munera acceptando, igne miſſo de celo, qui conſumpſit viſibiliter ſacrificium eius. Unde frater eius iratus & confuſus, turbatusque, quamvis redargutus a Deo, ipſum fratrem ſuum *Abel* Deo primum martirem conſecravit, factus & ipſe vagus & profugus ſuper terram. Iſte *Abel* virgo dicitur deceſſiſſe ſine generacione carnali, cui ſucceſſit frater eius *Seth*, & *Seth* ſucceſſit filius eius *Enos*, qui cepit invocare nomen Domini per oraciones vocales, & ſacrificia, ut deducit doctor egregius *Auguſtinus*, ac eciam religionem inſtituit, qui dicuntur in genere filii Dei, precepto enim *Ade* generacio *Seth* & *Enos*, quia religioſe vivebant, & per oraciones & ſacrificia Deo ſerviebant, ſeparati a generacione *Caym* fratricide, filii Dei appellati ſunt, & uſque ad ſeptimam generacionem religioſe vixerunt. Defunctis autem patribus, & *Enoch* tranſlato in paradiſum, paulatim ceperunt ſe generacioni peſſime commiſcere, qui homines dicebantur, eo quod ſecundum hominem vivebant, & non ſecundum Deum, qui videntes filias hominum generacionis *Caym* eſſe pulcras, elegerunt ſibi uxores pro libitu voluntatis, id eſt, ſine omni ordine racionis, & in tantam luxuriam exarſerant, ſicut faciunt, quando prolabuntur communiter continentes, quod omnem nature ordinem pervertentes, nulla juſta connubia ſervabant. Unde Deus volens illorum effrenatam luxuriam demonſtrare, fecit generari gigantes, propter quorum rabiem puniendam fecit eciam diluvium, & ad purgandam luxuriam factus eſt cathacliſmus. Quod autem, ut quidam dicunt, ymo communiter eſt vulgatum, angelos incubos & ſuccubos, hic Dei filios appellatos, omnino michi videtur abſurdum, & hoc beatum *Auguſtinum* ſequendo, quod probo, multiplici racione. Primo, quod de bonis angelis omnino videtur abſurdum, quod ſcilicet tam nefandis operibus ſe immiſceant, qui ex natura diligunt puritatem, nec forte eſt poſſibile per ſeminum tranſlacionem, ut fingitur, generare gigantes, dato tamen, quod eſſet poſſibile, angeli tamen ſancti talibus nefandis operibus nullatenus ſe immiſcent.

 De

Digitized by Google

De malis eciam angelis non videtur, quia nunquam dampnati filii Dei vocantur in aliquo loco ſcripture. Filii ergo Dei non tantum per generacionem, ſed magis per religionem, vel profeſſionem, hic filii Seth appellantur, ſed tamen per apoſtaticam luxuriam viam Dei omnino dimiſerunt, in diluvio perierunt juſto Dei judicio, ſed quia omnis caro, ut dicitur, corruperat viam ſuam, quamvis ſatis pater Noe, Lamech videatur de peſſimorum operibus doluiſſe, dicens in nativitate Noe, iſte conſolabitur nos, & *Enoch* ſeptimus ab *Adam* propheta ſanctus translatus ſit in paradiſum, nullum tamen legimus de prima etate per decem capita deſcendendo usque ad *Noe*, expreſſe Domini ſacerdotem fuiſſe, niſi *Noe*, qui tamen *Nohe* juſtus obtulit holocauſtum poſt diluvium, & odoratus eſt Dominus odorem ſvavitatis ingentis.

De Sem Sacerdote primogenito Nohe.

Sem filius primogenitus *Nohe* poſt patrem factus eſt ſacerdos Dei Summi, & obtulit ſacrificium Deo in pane & vino, & fuit figura *Criſti*, qui *Criſtus* factus eſt eciam Sacerdos ſecundum ordinem *Melchiſedech*. *Melchi* idem eſt, quod *Rex*, *Sedech* idem eſt, quod *Scem*, lingua *Arabica*, & *Caldea*. Iſti *Scem* dedit *Abraham* decimas, ut deducit Apoſtolus ad hebreos in figura, nam qui decimas accipiebat in veteri lege, ſcilicet *Levi* & tribus eius, ſcilicet *Aaron* & *Levite*, in lumbis patris adhuc exiſtens decimatus eſt. Hic primo decime date ſunt, ſed de ſpoliis occiſorum infidelium per *Abraham*. Supervixit autem iſte ſacerdos poſt *Abraham*, ut dicitur annis XXXV. Sed *Abraham*, *Yſaac* & *Jacob* ſacerdocio functi ſunt, alii non leguntur ordinate ſacrificium obtuliſſe, niſi *Gedeon*, & *Samuel* ſimiliter, qui tamen erat de tribu *Levi*.

De Abraham Sacerdote &c.

Abraham poſt *Melchiſedech* ſacerdocio functus eſt in terra ſancta, ubi altari erecto obtulit holocauſtum, id eſt, incenſum totum, vaccam, capram, aves, ubi vidit clibanum fumigantem, & tunc habuit promiſſionem de terra ſancta. Item alias obtulit ſacrificium, & habuit viſionem trium angelorum, & ſubmerſionis *Sodome* & *Gomorre*, & aliarum trium civitatum. Item tercio obtulit ſacrificium, & habuit promiſſionem *Yſaac*, quem eciam dum precepto Dei vellet offerre in holocauſtum, & duxiſſet ad montem, ubi poſt fuit templum ſecundum *Joſephum*, dimiſſis pueris cum

Digitized by Google

cum filio, & *Yſaac* portaret ligna, & ipſe ignem & gladium, pater *Abraham* alloquitur filium piis verbis, dicens; O fili a Deo datus es michi preter ſpem, & contra curſum nature de vetula, & ſterili natus, quem Deus in juventute tam pulcrum erexit, per te meam ſenectutem conſolari putabam, & te ſuperſtitem relinquere mee religionis cultorem, & bonorum omnium meorum heredem, & tuis manibus ſepeliri ſperabam, nunc Deus, qui te michi dedit, plurimum te dilexit, nec vult te implicari [illegible], nec infirmare, tabeſcere, nec communi morte hominum vi[illegible]ſinare, ſed per oraciones in ſacrificium tuam animam recipere, & per manum tui genitoris, cui dulcior erat tua vita, ſuper omnia mundana temporalia vel terrena, ideo libens ſuſcipe mortem precepto Dei, qui te in meliorem ſtatum vite reſuſcitabit. Delectatus ergo *Yſaac* ſermonibus patris, alacri mente reſpondit, ſibi gratiſſimum fore ſermonem patris, & pro Dei mandato libenter ſubire mortem, & ad beneplacitum patris tam amabilis, eciamſi Deus non precepiſſet, & flexis genibus benediccione percepta paraverunt lapides pro altari per modum crucis ligna compoſuerunt, & ſubtus ignem.

Cumque veſtimenta deponeret, ut credunt hebrei, *Sathan* adverſus ſtans, dixit *Yſaac*, ut reſiſteret patri tamquam fatuo & deliro, cui *Yſaac* in faciem exſpuit, & nudatus in modum crucis brachiis cancellatis, a patre ligari ſe permiſit, & ſtans flexis genibus ſuper ſtruem lignorum, ictum gladii expectabat. Tunc *Abraham* factus in extaſym vidit filium Dei immolandum in ligno crucis, verius ſacrificium, quam *Yſaac*, ut dicit in evangelio *Johannis* idem filius Dei benedictus. *Abraham*, inquit, exultavit, ut videret diem meum, vidit tunc ſcilicet, & gaviſus eſt, tunc angelus clamans dixit, ne extendas manum ſuper puerum, & tamen tunc erat annorum viginti, & ſolvit eum, & inter vepres a Deo paratum invenit arietem, quem obtulit pro filio holocauſtum.

De Yſaac Sacerdote poſt Abraham.

Yſaac, qui promiſſione angeli natus eſt, & quia mater riſit in eius annunciacione, poſt *Abraham* ſacerdocio functus eſt, uxorem unam tantum habuit, de qua genuit duos uno concubitu, ut dicit beatus *Gregorius* libris moralium. Cumque colliderentur parvuli in utero, antequam naſcerentur, & mater ſentiret prelium, quod videre non poterat, ivit, ut conſuleret Dominum ad loca altaris *Abrahe* mediante, aut dubium marito ſuo *Yſaac*, cui dedit Deus reſponſum per eundem, due gentes, & duo

Digitized by Google

populi ſunt in utero tuo, & major ſerviet minori, & quod rei poſtmodum probat eventus. *Eſau* enim maior natu, quia primo egreſſus ex utero, primogenitus fuit, & in ſacerdocio debuit ſuccedere patri, verum omni religione poſtpoſita venacioni vacabat, & ſimul duas uxores habuit de ydolatris, fratre *Jacob* humili manente in diſciplina ſub matre, & in obſequium patris, merito reprobatus a Deo fuit *Eſau*.

Jacob vero ei ſubſtitutus in ſacerdocio conſilio Spiritus Sancti dato per matrem, non obſtante quod pater, quantum in eo fuit, vellet *Eſau* benedicere benediccione ſolempni, & in ſacerdocium ordinare, & induere veſtes ſacras, quas tamen fratri vendiderat, pro edulio lentis, que primogenita vocabantur. Cumque *Eſau* de mandato patris cum arcu & pharetra pergeret ad venandum, & tardaret redire, mater *Rebecca* paravit cibos & veſtes, & induit *Jacob* ſacris veſtibus, quas ſervabat, & miſit *Jacob* ad patrem, qui conſilio Spiritus Sancti benedixit eum benediccione ſolempni, & poſt ſe ordinavit in ſacerdotem alio reprobato, quam benediccionem iterum confirmavit, & ſic maior ſcilicet *Eſau* poſtmodum minori ſervivit, & populus *Jacob* ſcilicet *Iſrael* populum *Eſau* ſuperavit. *Jacob* igitur ſacerdos ordinatus a patre erexit lapidem in titulum, & benedixit in loco, ubi pater ſuus, ut tradicio docet, fuit ymmolatus. Dum dormiret autem, vidit ſcalam, & hoſtium celi apertum, & angelos aſcendentes & deſcendentes, & Deum innixum ſcale. Unde mane ſurgens, tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuper duos alios, qui in unum uniti ſunt, & unxit tres in tytulum altaris, & votum vovit eciam de decimis ſolvendis, & Dei cultu. Hoc fuit primum altare inunctum oleo materiali ad honorem Dei. Poſt *Jacob* qui deſcendit in *Egiptum*, non legimus ſacrificium factum Deo, usque ad *Moyſen*, qui juſſu Dei in exitu *Iſrael*, nocte illa ad veſperam *Paſce* ymmolaverunt phaſe, id eſt egnum aſſum, agniculum integrum cum lactucis agreſtibus, & edum, (i) ſimiliter & azimos panes comederunt, ſeptem diebus *Paſche*.

De Moyſe & exitu Iſrael de Egipto &c.

Moyſes eciam nocte illa *Paſche* juſſu Dei, & tranſito mari rubro perſequentibus *Egiptiis* in eodem mari ſubmerſis cum infinitis ſpoliis *Egipciorum* diviſis aquis tranſiit ſicco pede, precedente columpna ignis, & nubis, & cum perveniſſet ad litus, cecinit *Moyſes*, & filii *Iſrael* carmen hoc

(i) Id eſt: hœdum.

Digitized by Google

hoc Domino, & exierunt mare, cantando canticum leticie, *Cantemus Domino glorioſe enim* &c.

Maria autem ſoror eius cum tympano precedebat mulieres in corea, tunc ympnum vel canticum decantando, & venerunt ad montem Dei, & ibidem ſacrificium iterum obtulerunt. Elegit autem Deus ex nomine *Beſeleel* filium *Ur*, & *Marie* ſororis *Moyſi*, ut dicunt *hebrei*, quem implevit Deus ſpiritu ſapiencie ad faciendum opus tabernaculi & altaris, & omnium utenſilium eius, ſecundum exemplar ſibi a Deo demonſtratum in monte, cui & dedit ſocium, nomine *Eliab*. Iſte *Beſeleel*, quando fecit tabernaculum, probatur fuiſſe duorum annorum; ſic *Kaleb* genuit *Ur*, *Ur Uri*, qui *Uri* pater fuit *Beſeleel*, ut probatur primo *Paralipomenon*, Capitulo XXI., nam poſt erectum tabernaculum, quod fuit ſequenti anno egreſſionis filiorum *Iſrael* de *Egipto*, miſſus fuit iſte *Kaleb* cum *Joſue* & aliis explorare terram ſanctam, & tunc, ut expreſſe dicit textus ſacer Canonis, erat *Kaleb* annorum quadraginta, quod ergo annorum genuit primum filium, & filius ſecundum &c. Reſpondeant, qui ſciant, tamen rei veritas eſt, quod octo annorum genuit *Kaleb* primum filium, ſcilicet *Ur*, qui eciam octo annorum genuit *Uri*, qui eciam octo annorum genuit *Beſeleel* voluntate Dei, quia cogebant naturam pubeſcere. Hec dicit gloſa ſuper librum *Paralipomenon*, & *Jeronimus* probat pole multis inducccionibus & exemplis. Puella fuit in *Anglia* temporibus noſtris violentata, pecunia data matri, que anno ſeptimo dicitur concepiſſe. Idem dicitur de *Salomone*, & *Achas*, qui genuerunt undecimo anno.

Jeronimus eciam recitat nutricem quandam nutrientem parvulum, tantam vim intuliſſe nutrito, quod coegit naturam pubeſcere ante tempus, & anno ſeptimo de eodem puero concepiſſe, quod tamen Deo non eſt inpoſſibile, & vult aliqua talia monſtra fieri ad confuſionem tante libidinis demonſtrandam. Hec ſine prejudicio ſcripta ſunt, & aſſercione. Hic naturale ſacerdocium terminat.

De Sacerdocio legali, &c.

Tribus eciam *Levi*, cui legale ſacerdocium eſt collatum, qui fuit quartus in ordine filiorum *Iſrael*, habuit tres propagines, ſcilicet *Giſon* primum filium, *Caath* ſecundum, tercium vero dictum - - - -

De *Caath* ſecundo nati ſunt *Aaron*, *Maria* ſoror eius, ultimus *Moyſes*, quem mater tribus menſibus occultavit timore *Pharaonis*, qui preceperat ſub pena mortis, omnes maſculos *Iſrael* eſſe necandos, tandem pro-

Digitized by Google

projectus a matre in fluvium, in fiſcella, id eſt ciſta facta de juncis, a filia *Pharaonis* levatus eſt, & matri datus cuſtodiendus & nutriendus, illa penitus ignorante, quod eſſet mater eius, tandem redditus filie *Pharaonis*, nepos Regis putabatur, a quo miſſus contra *Ethiopes* victoriam reportavit, & eius filiam in uxorem. Hic adinvenit *cynerias*, ſive larvas militares contra ſerpentes, hic eciam occiſo *Egipcio* fugit in deſertum, & vidit ardentem rubum, & Deum in igne, cuius precepto rediit in *Egiptum*. In ſignis & prodigiis eduxit populum per deſertum XL. annis, cui Deus dedit ſocium fratrem ſuum *Aaron*, quem juſſu Dei conſecravit, & unxit oleo ſancto, quem eciam *Aaron* in Summum primum Pontificem populi *Iſrael*, filios eciam eius in minores ſacerdotes ordinavit, fecit eciam eis primo, ſcilicet pontifici veſtes ſacras, rouale, & ſuperhumerale, coronam, mitram ſcilicet, & alia ornamenta. Alii autem dicti fuerunt *Levite*, ordinati in miniſterium ſacerdotum, ſecundum tres diſtinccIones ſuperius nominatas. Hic *Aaron* ordinatus fuit a *Moyſen* in Pontificem, ſicut *Hoſtienſis (k)* conſecrat Papam urbis, & tamen non intravit terram ſanctam, ſed exſpoliatur veſtibus ſacris quibus filius eius indutus eſt a *Moyſe* nomine *Eleazar*, poſt Summus Pontifex ordinatus, *Aaron* ibi defuncto in monte *Or*. Tercius *Finees Eleazari* unctus poſt patrem, meruit ſacerdocium ſempiternum, quia occidit uno ictu gladii duos ſimul jacentes in ſtupro & placavit iram Dei, que propter fornicacionem contra Dei preceptum populum occidebat, ac eciam, quia ydolatica contra legem edebant amore mulierum. Iſte *Finees* relicto ſacerdocio filio ſuo dicitur vitam ſolitariam elegiſſe, & hunc poſtmodum, ut recitat *Jeronimus* dicunt eſſe *Heliam* tranſlatum in paradiſum. Hec ſine preiudicio verioris ſentencie. Unde nec alii leguntur fuiſſe ſacerdotes, niſi de tribu *Aaron*, nec ſacrificium obtuliſſe, niſi *Gedeon* juſſu Angeli, & *Samuel*, qui cum *Levita* fuiſſet, non tamen de domo *Aaron*, ut dicit *Auguſtinus* in quadam epiſtola. Poſt *Moyſen* eciam, qui non intravit in terram ſanctam, remanſerunt duo filii eius, quorum unus factus eſt ſacerdos ydolorum in domo *Miche*, ut habetur in fine libri *Judicum*, & poſtmodum in tribu *Dann* contra Deum, & ex tunc contra legem plures facti ſunt in illo populo ſacerdotes, & eciam falſi prophete, & ſeduxerunt non ſolum populum, ſed & Reges, ut patet in libro *Regum*, & maxime in *Jeremia*, quare Deus tradidit eos frequenter puniendos in manus vicinorum, qui eos multipliciter affligebant, ut patet in libro *Judicum*, cum autem in tribulacione clamarent ad Deum, mittebat eis liberatores, qui de ho-

(k) Id eſt: Oſtienſis Epiſcopus, qui eſt Cardinalium ſenior.

Digitized by Google

hoſtibus glorioſe triumphaverunt frequenter, & *Judices* dicti ſunt. Fuerunt autem numero duodecim Principales, & quaſi trecentis annis populum gubernabant, donec ventum eſt ad ultimum nomine *Hely*, qui *Judex* fuit, & ſummus Sacerdos.

Primus liber Regum.

Hic duos filios habuit peſſimos ſacerdotes nomine *Offny* & *Fineos*, qui ſtuprabant mulieres circa tabernacula excubantes, & ſacrificiorum juſtum ritum pervertebant, quos pater aliquando leviter non viriliter reprehendit, & ideo cum eis periit, & Dei populus propter peccata eorum. Habuit enim tunc *Iſrael* prelium contra *Philiſteos*, qui debellatis filiis *Iſrael* ceperunt archam Dei, & quinque menſibus tenuerunt eam, cum ſuo tamen dedecore, & maximo dampno, quia ydolum eorum corruit coram archa, & ipſi omnes gravi & viliſſimo ulcere ſunt percuſſi. Nam mures nocte perforabant inteſtina eorum, nec ſtercora continere valebant, & ſic coacte remiſerunt archam, quam tamen poſtmodum reduxit Rex *David* in *Jeruſalem*, & *Salomon* collocavit in templo, & *Jeremias* abſcondit in monte precepto Dei, que a multis dicitur adhuc abſconſa. Quidam alii dicunt, quod tempore *Machabeorum* ſit in *Jeruſalem* reportata, & a *Tyto* & *Veſpaſiano Romanis* Principibus, poſt deſtruccionem *Jeruſalem* translata *Rome*, & ſic in ſancta ſanctorum vel in *Laterano* per *Conſtantinum* ultimo collocata. Hec eſt opinio *Romanorum*. Tempore iſtius *Heli* fuit fames maxima in *Iſrael*, tunc quidam vir de *Betbleem* cum uxore nomine *Noemi*, id eſt pulcra cum duobus filiis perexit in terram *Moab*, ut peregrinaretur ibi, defunctuſque eſt tam pater, quam filii, ſocru *Noemi* cum duabus nuribus viduis remanente. Ceſſante fame mulier orbata filiis & Marito, redire noluit in *Betbleem*, quam nurus ſequebantur, quibus illa diſſvadebat, tandem una remanente, alia nurus nomine *Ruth*, omnino fidelitate plena, ſequi noluit, & venit in *Bethlehem*, & deſponſata *Booz* genuit ex ea *Obeth*, qui fuit pater *Yeſſe* patris *David* Regis de genere *Phares*, filii *Jude*, filii *Iſrael*.

De Samuele &c.

Samuel eciam natus de patre *Helcana Levita*, & matre ſancta Prophetiſſa, & Deo oblatus, & *Nazareus* Domino conſecratus Propheta Domini. Predixerat *Hely* revelacione Divina omnia futura ſuper eum, & do-

Digitized by Google

projectus a matre in fluvium, in fiſcella, id eſt ciſta facta de juncis, a filia *Pharaonis* levatus eſt, & matri datus cuſtodiendus & nutriendus, illa penitus ignorante, quod eſſet mater eius, tandem redditus filie *Pharaonis*, nepos Regis putabatur, a quo miſſus contra *Ethiopes* victoriam reportavit, & eius filiam in uxorem. Hic adinvenit *cynerias*, ſive larvas militares contra ſerpentes, hic eciam occiſo *Egipcio* fugit in deſertum, & vidit ardentem rubum, & Deum in igne, cuius precepto rediit in *Egiptum*. In ſignis & prodigiis eduxit populum per deſertum XL. annis, cui Deus dedit ſocium fratrem ſuum *Aaron*, quem juſſu Dei conſecravit, & unxit oleo ſancto, quem eciam *Aaron* in Summum primum Pontificem populi *Iſrael*, filios eciam eius in minores ſacerdotes ordinavit, fecit eciam eis primo, ſcilicet pontifici veſtes ſacras, rouale, & ſuperhumerale, coronam, mitram ſcilicet, & alia ornamenta. Alii autem dicti fuerunt *Levite*, ordinati in miniſterium ſacerdotum, ſecundum tres diſtincciones ſuperius nominatas. Hic *Aaron* ordinatus fuit a *Moyſen* in Pontificem, ſicut *Hoſtienſis* (k) conſecrat Papam urbis, & tamen non intravit terram ſanctam, ſed exſpoliatur veſtibus ſacris quibus filius eius indutus eſt a *Moyſe* nomine *Eleazar*, poſt Summus Pontifex ordinatus, *Aaron* ibi defuncto in monte *Or*. Tercius *Finees Eleazari* unctus poſt patrem, meruit ſacerdocium ſempiternum, quia occidit uno ictu gladii duos ſimul jacentes in ſtupro & placavit iram Dei, que propter fornicacionem contra Dei preceptum populum occidebat, ac eciam, quia ydolatica contra legem edebant amore mulierum. Iſte *Finees* relicto ſacerdocio filio ſuo dicitur vitam ſolitariam elegiſſe, & hunc poſtmodum, ut recitat *Jeronimus* dicunt eſſe *Heliam* translatum in paradiſum. Hec ſine preiudicio verioris ſentencie. Unde nec alii leguntur fuiſſe ſacerdotes, niſi de tribu *Aaron*, nec ſacrificium obtuliſſe, niſi *Gedeon* juſſu Angeli, & *Samuel*, qui cum *Levita* fuiſſet, non tamen de domo *Aaron*, ut dicit *Auguſtinus* in quadam epiſtola. Poſt *Moyſen* eciam, qui non intravit in terram ſanctam, remanſerunt duo filii eius, quorum unus factus eſt ſacerdos ydolorum in domo *Michе*, ut habetur in fine libri *Judicum*, & poſtmodum in tribu *Dann* contra Deum, & ex tunc contra legem plures facti ſunt in illo populo ſacerdotes, & eciam falſi prophete, & ſeduxerunt non ſolum populum, ſed & Reges, ut patet in libro *Regum*, & maxime in *Jeremia*, quare Deus tradidit eos frequenter puniendos in manus vicinorum, qui eos multipliciter affligebant, ut patet in libro *Judicum*, cum autem in tribulacione clamarent ad Deum, mittebat eis liberatores, qui de ho-

(k) Id eſt: Oſtienſis Epiſcopus, qui eſt Cardinalium ſenior.

Digitized by Google

hoſtibus glorioſe triumphaverunt frequenter, & *Judices* dicti ſunt. Fuerunt autem numero duodecim Principales, & quaſi trecentis annis populum gubernabant, donec ventum eſt ad ultimum nomine *Hely*, qui *Judex* fuit, & ſummus Sacerdos.

Primus liber Regum.

Hic duos filios habuit peſſimos ſacerdotes nomine *Offny* & *Fineos*, qui ſtuprabant mulieres circa tabernacula excubantes, & ſacrificiorum juſtum ritum pervertebant, quos pater aliquando leviter non viriliter reprehendit, & ideo cum eis periit, & Dei populus propter peccata eorum. Habuit enim tunc *Iſrael* prelium contra *Philiſteos*, qui debellatis filiis *Iſrael* ceperunt archam Dei, & quinque menſibus tenuerunt eam, cum ſuo tamen dedecore, & maximo dampno, quia ydolum eorum corruit coram archa, & ipſi omnes gravi & viliſſimo ulcere ſunt percuſſi. Nam mures nocte perforabant inteſtina eorum, nec ſtercora continere valebant, & ſic coacte remiſerunt archam, quam tamen poſtmodum reduxit Rex *David* in *Jeruſalem*, & *Salomon* collocavit in templo, & *Jeremias* abſcondit in monte precepto Dei, que a multis dicitur adhuc abſconſa. Quidam alii dicunt, quod tempore *Machabeorum* ſit in *Jeruſalem* reportata, & a *Tyto* & *Veſpaſiano Romanis* Principibus, poſt deſtruccionem *Jeruſalem* translata *Rome*, & ſic in ſancta ſanctorum vel in *Laterano* per *Conſtantinum* ultimo collocata. Hec eſt opinio *Romanorum*. Tempore iſtius *Heli* fuit fames maxima in *Iſrael*, tunc quidam vir de *Betbleem* cum uxore nomine *Noemi*, id eſt pulcra cum duobus filiis perexit in terram *Moab*, ut peregrinaretur ibi, defunctusque eſt tam pater, quam filii, ſocru *Noemi* cum duabus nuribus viduis remanente. Ceſſante fame mulier orbata filiis & Marito, redire noluit in *Betbleem*, quam nurus ſequebantur, quibus illa diſſvadebat, tandem una remanente, alia nurus nomine *Rutb*, omnino fidelitate plena, ſequi noluit, & venit in *Betblehem*, & deſponſata *Booz* genuit ex ea *Obetb*, qui fuit pater *Yeſſe* patris *David* Regis de genere *Phares*, filii *Jude*, filii *Iſrael*.

De Samuele &c.

Samuel eciam natus de patre *Helcana Levita*, & matre ſancta Propheteſſa, & Deo oblatus, & *Nazareus* Domino conſecratus Propheta Domini. Predixerat *Hely* revelacione Divina omnia futura ſuper eum, & do-

Digitized by Google

mum ſuam, & eciam ſummum ſacerdocium transferendum de d[illegible] ſcilicet *Eleazari*, & dandum emulis, ſcilicet illis de domo *Yca*[illegible] eciam factum fuit. Hic *Samuel* Propheta Domini defuncto *Hely* ſacerdote templum gubernavit, & ſacerdocium miniſtravit in nec[illegible] quamvis non fuerit de domo *Aaron*, & fuit judex populi juſtus, & [illegible] ymolavit, & habuit victoriam de *Philiſteis*. Habuit eciam filios [illegible] propter quos eciam patrem ſanctum deſpexit populus, & Regem ſibi [illegible] poſtulavit, quod cum primo diſplicuiſſet, tandem deſcriptis juribus Regi, populo perſiſtente in prece, conceſſit eis Regem in ira ſua, filium [illegible] de tribu *Benyamin*, & unxit eum voluntate Divina *Samuel* in Regem. [illegible] primo humilis fuit *filius unius anni*, cum regnare cepiſſet, id eſt [illegible] *Rex per annum*. Iſte eſt modus *Hebreorum* loquendi. Iſte tamen [illegible] in principio bonus, avarus tamen fuit, invidus, & ſuperbus. Pr[illegible] namque victoria habita de *Amalech* contra mandatum Domini Dei no[illegible] occidere *Agag* Regem, de quo preceptum habuerat, nec eciam alia [illegible]na occidit, ſed reſignavit contra preceptum Dei, ſed vilia, optimis reſer[illegible]vatis, propter quod Deus privavit eum Regno de jure, & dederat *D*[illegible] *David* autem puer unctus eſt in Regem a *Samuele* in domo paterna in *Be*[illegible]*leem*, in medio fratrum ſuorum occulte. Hoc prophetaverat *Bala*[illegible] filius propheta, numeri XIII. dicens, tolletur propter *Agag* regnum e[illegible] quod tunc non fuit intellectum. Defacto autem tenuit Dominium [illegible] multis *Saul*, hic preliatus eſt contra *Philiſteos*, in quo prelio *David* [illegible] huc puer, cum nondum haberet uſum armorum in funda, & lapidibus qui[illegible]que, occidit *Goliam* gigantem, & percuſſit eum in fronte tam vali[illegible] quod intravit lapis, ut dicunt hebrei, in cerebrum eius, & quia ferr[illegible] ſcilicet galee eius ceſſit lapidi, ideo dicunt quidam, quod ex tunc [illegible] fuit circumciſio cultro lapideo, que tamen prius fiebat cum ferro. H[illegible] tamen dictum poteſt habere calumpniam, primo quia, ut legitur in [illegible] *Exodi*, *Sephora* uxor *Moyſi*, fugiens cum *Moyſe*, videns angelum veni[illegible]tem evaginato gladio, intelligens, quod propter filium non circumciſ[illegible] veniebat, accepit acutiſſimam petram, & circumcidit carnem prep[illegible] eius, & proiecit ad pedes *Moyſi* dicens, ſponſus ſanguinis mei es, [illegible]verſa eſt ad patrem ſuum, ergo ex hoc facto conclude, quod ante *D*[illegible] facta fuit circumciſio cultro lapideo. Sicut eciam poſt in libro *Joſ*[illegible] ubi facta fuit per *Joſue* ſecunda circumciſio in *Galgal*, pro eo, quod [illegible] tempore quadraginta annorum, quo fuerant filii *Iſrael* in deſerto, [illegible] fuerat circumciſus, ibi dicitur, quod cultris lapideis facta eſt a *Joſue* cir[illegible]cumciſio. Prudenciores tamen *Judeorum*, cum quibus de iſta materia con[illegible]

tuli,

Digitized by Google

tui, qui ſunt amici mei, ſicut *Judeus Criſtiano* poteſt eſſe amicus, dixerunt michi, aſſerendo, quod nunquam de communi lege potuit fieri, niſi cum acutiſſimo raſorio, & de ferro, vel de alio nobiliori metallo, ſicut eſt es, vel aurum, & concordant cum dicto *Ariſtotelis* in libro *Problematum*, qui expreſſe probat, quod inciſiones facte cum ere vel aureo cultello cicius ſanantur, quam ille, que fiunt cum ferreo inſtrumento, & ita utuntur medici de *Cathay*, (l) ut ego vidi.

Solvunt ergo textum, quando dicitur contra eos, & allegatur textus, ut eciam inter nos allegat *Magiſter ſentenciarum*, & nos ipſi dicimus, quod circumciſio facta fuit cultro lapideo, male intelligimus eciam gramaticam noſtram, nam culter idem eſt, quod raſorium vel novacula, ubi nos dicimus lapideum, non intelligendum materialiter, quod lapis ſit materia talis inſtrumenti, ſed ſit efficiens, ita quod melius dicitur cultro lapidato, id eſt ad lapidem ſive molam acuto. Hic eciam *David Bethlehemitica* factus eſt gener Regis, & deſponſavit *Micol* filiam *Saul*, quam emit a Rege patre eius ducentis prepuciis *Philiſtinorum*. Hec eſt *Micol* uxor David filia Regis *Saul*, que poſtea videns eum de feneſtra ſaltantem, & ludentem in tripudio coram archa Domini, quando fuit reducta in *Jheruſalem*, deſpexit eum, & in domum revertenti improperavit, dicens; quam glorioſus factus eſt hodie Rex *Jheruſalem* denudatus coram ancillis ſuis, ad quod improperium reſpondit *David*, vivit Dominus, quod ludam, vilior fiam coram Domino, qui elegit me pocius, quam patrem tuum. Predicto autem *Saul* Rege interfecto in prelio cum *Jonatha* filio ſuo a *Filiſteis* & aliis filiis interfectis, preter unum claudum nomine *Imboſeth* filio *Jonate*. *David*, qui fuerat profugus a facie *Saul* poſt mortem eius, ſecundo rediens unctus eſt in Regem ſuper tribum *Juda* tantum in *Ebron*, & tercio unctus in *Jheruſalem* ſuper totum *Iſrael* in Regem. Hec civitas *Ebron*, alio nomine vocatur *Chariat tarbe*, id eſt civitas quatuor, quia in ſpelunca duplici ibidem ſepultus eſt *Adam* maximus primus parens, poſt emit eundem locum *Abraham*, & ſepultus eſt ipſe ibi, & uxor eius *Sara*, *Yſaac*, & *Jacob*, quare propter iſtos quatuor dicta eſt *Chariat*, ſcilicet civitas, *Tarbe*, id eſt quatuor, licet multi alii ibidem poſtmodum ſunt ſepulti, ſcilicet duodecim Patriarche, filii, & uxores eorum. Caruit ergo populus ille annis multis Summo ſacerdote, usque ad tempora finis vite *David*. Item *Salomone* precepto patris coronato in Regem, eciam *Sadoch* unctus eſt in Pontificem, qui fuit de domo *Ythamar*,

(l) Id eſt: Chinenſi imperio.

Digitized by Google

mar, domo *Eleazari* pro tunc reprobata, ut predixerat *Samuel* iuſſu Dei. *David* eciam tercio unctus eſt in Regem *Jeruſalem*, ſuper totum populum *Iſrael* ordinavit XXIIII. Pontifices, qui miniſtrarent in templo ſecundum ordinem vicis ſue, ut patet *Luce* primo de *Zacharia* patre *Johannis Baptiſte*, qui menſe *Septembris* miniſtrabat in ordine vicis ſue, quando apparuit ei *Gabriel* angelus, & nuncciavit ei filii nativitatem, & mirabilem vitam eius. Fuit enim ultimus Propheta veteris teſtamenti *Johannes Baptiſta*, & inicium eciam novi, nam lex & Prophete usque ad *Johannem*, ut teſtatur in evangelio *Criſtus*, & quamvis a principio mundi, ut dicitur, usque ad ultimum electum, & ad colendam vineam ſuam Dominus ſervos ſuos mittere non deſiſtat, in quarta tamen mundi etate, ampliori gracia prophetarum mentes fecundius illuſtravit, nam iuxta illud *Yſaie; Rorate celi deſuper*, quaſi ros ſubtilis & tenuis fuit ſpiritus prophecie, ſcilicet in prima etate ab *Adam* usque ad *Noe*, quaſi in prima die ſeculi lux fidei vix apparuit, in ſecunda tamen etate mundi plus profecit poſt *Noe*, & facta eſt quaſi firmamentum, tercia tamen die ſcilicet tempore *Abraham* & *Yſaac*, & *Jacob* ceperunt quaſi apparere herbe virtutum, tandem quarta die ſcilicet a tempore *David* Regis, & filiorum, nubibus reſeratis nubes pluvioſe facte ſunt prophecia dicente *Yſaia; Rorate celi deſuper, & nubes pluant juſtum, aperiatur terra, & germinet Salvatorem*, & quis ſit iſtud germen, quod erit, ut dicit, in magnificencia & gloria, ipſe declarat, dicens, propter *Syon* non tacebo, & propter *Jheruſalem* non quieſcam, donec accendatur ut ſplendor juſtus eius, & ſalvator eius ut lampas accendatur, quomodo autem iſta lampas ſit accendenda, declarat, dicens: *ecce Virgo, vel alma concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius admirabilis, Deus fortis, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis*, multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, ſcilicet pectoris & credulitatis illius, quod eciam *Yeremias*, & alii prophete omnes pariter tam de vita quam de morte, & reſurreccione, aſcenſione in celum pariter, & concorditer cecinerunt, & patet per *Danielem* & *Jeremiam* & alios usque ad finem mundi.

Fuerunt enim duodecim Prophete, qui vocantur minores, ſcilicet, *Oſee*, *Johel*, *Amos*, *Abdias*, *Naum*, *Jonas*, *Micheas*, *Sophonias*, *Abacuc*, *Aggeus*, *Zacharias*, & *Malachias*, qui minores Prophete dicuntur, in comparacione majorum quatuor, quorum iſta ſunt nomina; *Yſaias* primus, qui non propheciam, ſed quaſi evangelium texere viſus eſt, ita expreſſe nativitatis decurſum, & paſſionem *Criſti* deſcripſit, quem ſecutus *Yeremias*, qui in *trenis*, id eſt trino alphabeto metrico eiusdem mortis *Cri-*

Digitized by Google

Criſti deploravit vindictam; *Ezechiel* autem viſis rotis quatuor, eciam quatuor evangeliorum deſcripſit ymagines. Ultimus iſtorum *Daniel*, tempora & ebdomadas ſeptuaginta, in quibus *Criſtus* eſſet occidendus, & finem templi *Judeorum* & regni ita clare & aperte deſcripſit, ut nulli dubium eſſe poſſit, quoniam Spiritus Sanctus loquebatur in eo &c. Nunc ad yſtoriam redeamus.

De Yoyada Pontifice.

Joyada Pontifex celebratur, qui habuit uxorem de tribu regali, nomine *Jokabet*, filiam Regis *Joram*; nam iſte due tribus, ſcilicet regalis & ſacerdotalis in exitu *Iſrael* de *Egipto* matrimonio ſunt conjuncte. Unde *Maria* ſoror Aaron de tribu *Levi* nupta fuit *Eſron* filio *Eſone* de tribu *Juda*, & *Aaron* habuit uxorem de tribu *Juda* filiam Regis *Joram*, qui *Joram* filius Regis glorioſi *Joſaphat* Regis *Juda* in *Jeruſalem* fuit natus de peſſima matre ydolatra *Atalia*, filia maledicte *Jezabel* uxoris *Achab* Regis *Samarie*, & que *Jezabel* ydolatra prophetas plures Domini interfecit. Quo tempore Deus miſertus populo ſuo, fecit apparere *Heliam*, qui ubi fuerit conſervatus a Deo, neſcitur. Si verum eſt, quod fingunt *Hebrei*, quod iſte idem fuerit *Finees* filius *Eleazari*, ut recitat *Jeronimus* ſuper primum *Paralipomenon* XXI. ca. dicunt tamen *Hebrei* & *Sabei*, id eſt, homines de regno Regine *Saba*, quod manſerat in altiſſimo monte illius terre, qui mons *Gybeit* dicitur, quod ſonat mons beatus, in quo monte orabant magi, ſicut dicunt in nativitate *Criſti* nocte, quando viderunt ſtellam, & eſt inacceſſibilis quodammodo, nam a medio monte & ſupra aer dicitur ita ſubtilis & purus, quod, niſi cum ſpongia plena aqua ſuper os. vix aliquis aſcendere poſſit, vel pauci. *Helias* tamen, ut dicunt, ibi manſit voluntate Dei abſconſus uſque ad tempora illa. Dicunt eciam illi de *Saba*, quod ibi nunc eciam aliquando apparet, & eſt ibi fons, unde dicunt eum bibiſſe in pede montis, & ego bibi de fonte illo, non tamen potui aſcendere montem illum beatum, gravatus infirmitate propter fortiſſimum venenum, quod biberam in *Columbo* michi propinatum ab hys, qui volebant rapere, que habebam, quamvis proicerem fruſtratim ſpolia, carnes omnium inteſtinorum cum infinito ſanguine, & paſſus fuerim tercie ſpeciei incurabilem diſſenteriam, menſibus quaſi undecim, de qua forte nullus dicitur alius evaſiſſe. Deus tamen miſertus eſt mei, ut referrem, que videram, & auxilio cuiusdam medice illius regine evaſi, que cum ſucis herbarum tantum, & abſtinencia me curavit.

Digitized by Google

Reginam eciam illam frequenter vidi, & ſolempniter be... ſuper eius elefantem equitavi, & in eius convivio glorioſo fui, ... me in conſpectu totius civitatis in ſolio reſidentem honoravit do... gnificis, nam cingulum aureum, ſicut ipſa donabat Principibus in... michi donavit, quem latrones michi acceperunt in *Seyllano.* (*m*) Do... eciam michi veſtes, pecias integras precioſas ſubtiles, centum qui... ginta, de quibus novem recepi pro Domino Papa, quinque pro me, ... ciis principalibus dedi tres pro quolibet, minoribus duos, & omnes ... in eius conſpectu diſtribui immediate aſtantibus ſervitoribus eius, ... eſſem avarus, quod fuit ſumme commendatum, & magnificum report... tum. Hoc incidens non diſpliceat. Nunc ad *Heliam* revertamur, ... tempore tante neceſſitatis contra ydolatras ſolus Propheta Domini ... apparuit, quadringentos prophetas *Baal* illius Regine deceptores una ... occidit gladio manu ſua, ignem de celo deſcendere fecit, ſuper ſacri... cium, ſolo verbo quinquagenarios duos cum ſuis militibus interfecit ig... miſſo de celo, qui eos conſumpſit, quadraginta diebus ſine cibo per... ſit, carnes a corvis miniſtratas comedit. Vidue filium ſuſcitavit, ... nam multiplicavit, & oleum in lechito, unde vixit ipſe & vidua *Sarep...na* cum filio ſuo toto tempore famis, celum clauſit, ne plueret annis ... bus, & iterum aparuit lingua ſua, & dedit Dominus pluviam de celo... *Heliſeum* poſt ſe prophetam conſtituit, & impletum duplici ſpiritu de... liquit, & ipſe raptus eſt in celum curru & equis igneis, expectans cu... *Enoch* prelium *Anticriſti*, ipſo predicente tota *Achab* & *Jezabel* po... ritas eſt deleta a *Jeu* principe, qui regnavit pro eo. Sed & *Joram* ... *Juda* filius ſcilicet *Joſaphat* occiſus eſt, cum *Samariam* deſcendiſſet, c... undecim fratribus ſuis. Quo audito peſſima *Atalia* filia *Jezabelis* in *Je...ruſalem* omne ſemen Regium interfecit, preter unum parvulum, q... uxor *Voyade* filia Regis *Joram* abſcondit in templo, ipſa tyranna pe... ignorante, nomine *Joas*, ipſa annis ſeptem regnante, nec ſperab... aliud de domo *David* remanſiſſe. *Voyada* tamen ſummus ſacerdos, ... Pontifex ſecreto armatos congregavit *Levitas*, & omnem populum, ... Regis filium annorum ſeptem in templo Domini ſolempniter coronavit, & tyrannam crudeliſſimam gladio interfecit, & *David* regnum *Voya*... reparavit. Unde in ſepulcro Regum poſtmodum eſt ſepultus, ubi ... eſt

(*m*) Ex his liquet terram illam reginæ Sabæ ſolo mari disjunctam fuiſſe a Malabaria & inferiore India, cum mari ſe committens Marignola in inſulam Ceylan depulſus ſit vi exortæ tempeſtatis, ut ſupra narrat.

Digitized by Google

et locus fratrum *Minorum*, quia miſericordiam fecit cum domo *David*. Cujus beneficii immemor *Joas* Rex, *Joyade* filium ſanctum prophetam *Zachariam* gladio inter templum & altare occidit, ut teſtatur *Criſtus* in Evangelio *Mathei*, quem vocavit filium *Barachie*, qui juſtus interpretatur.

Poſt *Yoiadam* licet plures fuerint ſacerdotes ſancti, & boni Prophete, inſignes tamen notabiliter non fuerunt, niſi *Esdias* & *Neemias*, qui poſt captivitatem reparaverunt auxilio prophetarum ſub Cyro Rege Perſarum civitatem, & templum ſecundum, & libros legis combuſtos per *Nabuzardam* Principem *Babilonis*. Tempore tamen captivitatis fuit *Daniel* cum tribus pueris in pallacio *Babilonis*, fuit eciam *Ezechiel* Propheta iuxta fluvium *Cobar* inter populares, fuerunt eciam tres *Prophete* minores, *Aggeus*, *Zacharias*, & *Malachias*, tempore reedificacionis ſecundi templi, prophetantes de illo templo, quod eſſet glorioſius, quam primum, non in lapidibus, nec donis, nec ut gloſant falſe, & mendaciter Judei, quia intravit in ipſum maximus *Allexander*, quod non fuit eis ad gloriam, ſed magis ad ignominiam. Item non fuit glorioſum, ut dicunt gloſe *Judeorum*, quia defecerunt quinque, que fuerant in primo templo, ſcilicet *archa teſtamenti*, *tabule ſcripte digito Dei vivi*, tercio *urna aurea plena manna*, quarto *virga Aaron, que fronduerat*, quinto *Spiritus Sanctus*, id eſt *funiculus cum lana coccinea tincta ſanguine*, que die propiciacionis ad fumum altaris fiebat candida ſicut nix. Hec non fuerunt in iſto ſecundo templo. In quo ergo dixit Propheta *Malachias*, erit gloria iſtius major, quam primi, certe audi, quia veniet ad templum ſanctum ſuum dominator Deus &c. Item veniet deſideratus cunctis gentibus, & replebo domum iſtam gloria dicit Dominus. Quod tunc fuit impletum ad literam, quando impleti ſunt dies purgacionis *Marie*, & tulerunt puerum *Jeſum* in *Jeruſalem*, & cum inducerent puerum in templum, cecinit *Simeon*; Nunc dimittis Domine ſervum tuum in pace, quare, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum &c. ſequitur gloriam plebis &c., hec eſt gloria maior, quam prima, ne autem Judei amplius expectent, templum illius funditus eſt deſtructum, & ibidem nunc conſtructa eſt *Miſchita* (n) *Sarracenorum*, ad laudem peſſimi *Mahometi*, nec tercium templum pro Judeis reedificabitur in eternum, & per conſequens nunquam videbunt gloriam prophetatam per prophetas in illo templo ſub *Eſdra*, & *Neemia*.

De

(n) Moſchee, id eſt fanum, delubrum Turcarum.

Digitized by Google

De templo ſecundo reedificato ſub Heſ

Sub iſto *Heſdra* reedificatum eſt ſecundum templum minus lapid
cioſum, & glorioſum quam *Salomonis*, & quinque quia deſue
eo, que fuerant in primo, ſcilicet archa teſtamenti & tabule *Mo*
urna habens manna, quam reponi fecit *Moyſes*, oleum unccionis,
ritus Sancti, id eſt ſignum in funiculo rubro, qui fiebat albus in di
piciacionis, iuxta iſtud *Yſa* - Si fuerint peccata veſtra ut coccin
eſt duplici ſanguine tinctum, die illa, quaſi lana alba erunt. Hec
que in ſecundo templo defuerunt, & tamen dixit Propheta *Zacbari*
Aggeus & *Malachias* prophetantes in eius reedificacione confortante
pulum ad operandum, quod erit gloria domus huius ſecunde maior,
prime, in qua; ſcilicet veniet in ipſam deſideratus cunctis gentibus
tunc erit gloria illius domus maior, quam prime, impleta fuit proph
quando *Criſtus Jeſus* fuit preſentatus in ipſa, quem *Symeon* ſuſcep
ulnis, & benedixit, & antea prophetavit, nec poteſt intelligi, ut
falſi Judei fingunt, quia in iſto templo fuit *Allexander*, quia hoc non
gloria, ſed ignominia, quod homo ydolatra intravit, & ſubiugavit
nec de alio templo futuro poteſt intelligi, quia nunquam Judei in
iſto debent habere tercium templum, quod ipſorum Doctores prob
primo per textum legis, dicente *Jacob*, quando Jacob vidit ſcalam,
non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta celi, ſic ipſimet expon
domus Dei ecce templum *Salomonis*, porta celi, ecce ſecundum ſub
robabel reedificatum, tercium in celo, quia in terra non eſt hec tradi

Item per iſtud *Jeremie*, nolite confidere in verbis mendacii, di
tes templum Domini, ecce primum templum Domini, tercium menda
eſt. Iſtud tamen templum glorioſum factum propter preſenciam
JESU, projectum fuit a facie Dei propter ſcelera eorum, quia *Criſtu*
gnoſcere noluerunt, & primo fuit per *Antiochum* violatum, exſpo
& deſolatum &c., & hec eſt deſolacio dicta a *Daniele* Propheta in
num duratura, in qua finem accepit juge ſacrificium, & lex & te
occiſo *Criſto*, quia non erit eius populus, qui negaturus erat eum
manebit eius deſolacio in ſecula ſeculorum. Fuerunt tamen gener
ſacerdotibus *Machabei*, qui regnum & ſacerdocium reſtaurare cep
qui commixti cum ſanguine *Aſclonite Herodis*, & regnum & ſacerdo
perdiderunt, veniente *Criſto* in carne, qui verus Rex a Deo factus
& ſacerdos ſacerdotum ſecundum ordinem *Melchiſedech* in eternum,
terminatur legale ſacrificium Judeorum.

He

Herodes eciam poſt mortem *Criſti* roboratus in regno, timens, ne aliquis de ſemine *Aſmonay*, id eſt *Macbabeorum* remanſiſſet, qui acciperet ſibi regnum, omnes ſacerdotes penitus interfecit, preter unum, quem privavit oculis, & abſcondit, ne eius conſilio uterentur. Quodam die volens experiri, intravit ad eum, mutata voce, fingens ſe alium, & dixit; Pater maledic iſti tyranno *Herodi* peſſimo, qui reſpondit: Scriptum eſt, ne maledixeris Regi in corde tuo, cui ille, Rex non eſt, nec dici poteſt, cui cecus, ſaltem Princeps eſt, & ſcriptum eſt, Principi populi tui non maledicas, cui *Herodes*, nec Princeps dici poteſt, & ſenex; ſaltem & dives eſt, & ſcriptum eſt, ne maledixeris diviti in corde tuo. Tunc *Herodes* oſculatus eſt eum, & dixit, ſi ſciviſſem tales fuiſſe *Raban*, id eſt Doctores, non occidiſſem eos, da ergo pater conſilium. Cui ſenex, quod conſilium, lucernam Domini extinxiſti, niſi ſolus Deus poteſt dare conſilium, nam nullus remanſit ſacerdos, nec poteſt ordinari ſacerdos ſecundum legem minus, quam a quinque aliis ſacerdotibus, ergo ſperemus in nomine Domini, & in lege, quia lex lux eſt, & lucerna; & ſic hodie veri *Judei* confitentur, nullum in mundo ſe ſcire verum ſacerdotem, niſi quia quidam fingunt ſe eſſe tales, quibus nec fidem dant ipſimet, nec ergo templum pro loco ſacrificii habent, nec ſacerdocium. Cognoſcant ergo ceci verum ſacerdotem & Pontificem *Jeſum Criſtum*; Amen.

Incipit yſtoria novi teſtamenti de ſacerdocio ſpirituali & primo Pontifice Criſtianorum JESU Criſto.

Primo ergo videndum eſt de ſacerdote primo *Chriſtianorum* ſcilicet *Jeſu Chriſto*, qui fuit a Patre predeſtinatus, & per prophetas annucciatus, tu, inquit *David*, es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem *Melchiſedech*, non ſecundum *Aaron*. Translato ergo ſacerdocio de ordine *Aaron*, ad ordinem *Melchiſedech*, neceſſe eſt, ut legis translacio fiat, ut probat beatus *Paulus* in epiſtola ad *Hebreos*. Quod autem hec prophecia non poſſit intelligi de alio, niſi de unigenito Filio Dei, probatur per illum pars eructavit, in quo propheta *David* pater eius ſecundum carnem, ut habetur de re, primo expreſſe promittit eius eternam generacionem dicens; Eructavit cor meum verbum bonum, cor Dei eſſencia Divina, memoria paternalis ſecunda infinite virtutis, ideo eructavit, quia non potuit non producere verbum, quia naturaliter producitur ab eterno, non accidentaliter, quia nullum poteſt cadere accidens in

Deum, nec motus, neque tempus, ergo eſſencialiter & eternaliter procedit, quia in ſecundo pſalmo pater dicit, filius meus es tu, ſcilicet eiusdem eſſencie, vel nature, ego hodie genui te, id eſt eternaliter, quia illa generacio nec habet principium, neque finem, quare, quia in principio erat verbum, id eſt, ſicut fuit principium, id eſt Deus Pater erat verbum, nec ante, nec poſt, quia tunc fuiſſet Deus - - - -, verbum erat diſtinctum perſonaliter, non ſubſtancialiter a dicente, quia verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, eiusdem ſcilicet eſſencie & ſubſtancie nature coeternus & equalis, quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nichil, quia illud quod eſt apud alterum aliquo modo diſtinguitur ab eodem. Quod autem iſte idem, qui dicitur verbum, ſit venturus in carne, idem pſalmus probat, dum dicit, *ſpecioſus forma pre filiis hominum, diffuſa eſt gracia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in eternum.* Primo namque oſtendit eum hominem futurum per carnis aſſumpcionem, cum dicit, ſpecioſus forma pre filiis hominum, ergo de numero hominum, aliter eſſet comparacio abuſiva. Sed in quo ſpecioſior aliis, quia diffuſa eſt gracia in labiis tuis, que gracia non accidentaliter tantum, vel tranſitoria, vel mutabilis, ut in filiis hominum, ſed eterna, ideo pre filiis hominum, quia dicit *Johannes* in principio ſui evangelii primo capitulo: Vidimus gloriam eius, id eſt, ſicut in Patre eſt gracia, id eſt amor eternus, ita eſt gloria Unigeniti plenum, non dixit plenam, ne ad aliud referretur, ſed plenum, ſcilicet Unigenitum gracie & veritatis, propterea, inquit, benedixit te Deus, ſcilicet Pater in eternum, non ergo tantum temporaliter, nec mutabiliter. Quod autem ad eum legis auctoritas & poteſtas ſacerdocii transferatur, oſtendit, cum dicit: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime*, ſcilicet immutabiliter, quia eternum eſt teſtamentum, amplius non mutandum, id eſt, poteſtas evangelii. Quod autem non ſolum ſacerdotale, ſed eciam ſimul temporale Dominium ſit transferendum, probatur, cum ſubditur; ſpecie tua, & pulchritudine tua intende, proſpere procede, & regna, quod autem iſte ſacerdos, qui eciam Rex probatur, ſit idem filius, qui eſt Deus, ſtatim ſequitur, ubi dicitur; Sedes tua, vel tronus tuus Deus in ſeculum ſeculi, id eſt, tu eternaliter es Deus, ſedens in throno *David* patris tui. Unde probatur, quia in Pſalmo; Dixit Dominus Domino meo, ſcilicet filio *David*, ſede a dextris Dei, ait ultimo, & in pſalmo; Virgam virtutis tue, virga virtutis, id eſt ſceptrum *Jude*, non, inquit, auferetur ſceptrum de Juda, nec Dux de medio pedum eius, vel de femore eius, id eſt, quia ſemper Ducem aliquem habuerunt, qui habuit ſceptrum vel vir-

gam,

Digitized by Google

[illegible], eciam in *Babilone*, donec, inquit, veniat, qui mittendus eſt, & [illegible] erit expectacio gencium, ubi tamen nos habemus, expectacio gen[illegible] hebraica litera habet *Seyla*. *Eſt autem Seyla* burſa, vel matrix mu[illegible] quando enim natus fuit *Phares* & *Zara* de *Thamar*, Phares egre[illegible] fregit *Seylam*, id eſt burſam, vel matricem, dicente obſtetrice, [illegible] propter te diviſa eſt materia, ideo vocatus eſt *Phares*, id eſt di[illegible], unde *Phariſei* diviſi in vita ab aliis, ſicut religioſi, ergo de Pha[illegible] debet venire *Seyla*, id eſt, burſa non diviſa, unde in pſalmo dicitur; [illegible] virtutis tue emittet Dominus ex *Syon*, dominare in medio inimi[illegible] tuorum, & ſequitur ſecundum hebraicum textum, ut habetur in [illegible] translacione beati *Jeronimi*, qua non utimur, virgam virtutis, ſequi[illegible] populi tui ſpontanei, quaſi de matrice aurore conſurgens ros adole[illegible] tue, ubi primo premittit, dominare in medio inimicorum tuorum, [illegible] eſt duorum populorum tibi inimicorum, primi ſunt populi eius ſponta[illegible], id eſt Judei, de quibus ipſe poſtea dicit, ut impleatur ſermo, qui [illegible] lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis. Secundi ini[illegible] fuerunt gentiles, de quibus II. pſalmo; Quare fremuerunt gentes; [illegible] iſtos duos, quaſi de matrice non fracta ut Phares, non corrupta, [illegible] violata, ſed de matrice aurore vel eterne, ſecundum aliam literam procedens, quis ros adoleſcencie, ille eſt, de quo *Salomon* proverbio[illegible] XXX., tria ſunt michi difficilia, & quartum penitus ignoro, viam aquile in celo, aquila ſignum Imperii *Romanorum* in celo, quando fuit poſita ſuper templum nativitatis *Criſti*, parum ante viam colubri ſupra petram; de qua petra loquitur *Yſa*: attendite ad petram, unde exciſi eſtis, & ad vulvam *Sare* matris veſtre, *Yſa*: cao. coluber ſupra petram, quaſi *Herodes* ſuper *Judeam*, viam navis in medio maris, quia veniet in trieribus (o) de *Ytalia*, vaſtabunt *Hebreos* & filios orientis numer. 23. *Balam* dixit hoc, quod factum fuit, quando poſt *Herodem* Regem *Judeorum* diviſa fuit in quatuor tetrarchias. Anno quindecimo *Tiberii* Ceſaris procurante Pontio *Pilato* Judeam. Luce iij. tunc fuit navis in medio mari, quia quartam partem regni Judeorum Imperator univit cum *Romano* Imperio, aliis tribus partibus filiis *Herodis* remanentibus ſicut prius. Hec difficilia tria, quartum dicit ſe penitus ignorare, quod tamen intellexit futurum, ſcilicet viam viri, cuius viri, illius, cui dictum eſt ſupra, ſpecioſus forma &c. illius, de quo dicitur, & concupivit Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Deus tuus, & adorabunt eum, cui dicitur ſcilicet iſti

(o) Id eſt: *triremis*. Dufreſne.

Digitized by Google

adoleſcentulo, via ergo viri in adoleſcencia idem eſt, quod ros adoleſcencie. Unde hebraica veritas habet viam viri in adoleſcentula, hanc viam, ſcilicet, quomodo vir eſſet in adoleſcentula, que eſt matrix a rore, quaſi ros, *Salomon* nullo modo potuit intelligere racione, antequam fieret, quod tamen fide credidit eſſe futurum, ideo ſcripſit eſſe futurum. Verum *Yſa:* qui ſequebatur poſt *Salomon*, ſicut moris eſt prophetarum, quod unus clauſit, alter aperuit aliquantulum, clauſulam iſtam, aperuit dicens; locutus eſt Dominus, ſcilicet per me, ad *Achas*, qui erat Rex *Juda*, dicens; pete tibi ſignum a Domino Deo tuo &c. quo petere volente dixit *Yſaias* ſexto capitulo, propter hoc, quia es incredulus, dabit Dominus ipſe tibi ſignum; Ecce *Aalma* concipiet, *Aalma* idem eſt, quod clauſa, nulli viro pervia, quod probatur, quia iſtud vocabulum in ſacro Canone eſt tantum in tribus locis, Geneſis 23. ubi *Rebeca* virgo pulcherrima & incognita viro in hebreo ſcribitur *Aalma*.

Item hic ab *Yſa:* Item ubi ſupra proverbiorum 30. ex quibus concludere videtur, quod clauſa in eternum virgo eadem eſt in omnibus tribus locis. Huic virgini loquitur pater eius *David*, dicens in eodem pſalmo; audi filia &c. ſcilicet celeſtem nunccium venientem, Luce 2. Miſſus eſt angelus *Gabriel*, ſcilicet ad *Mariam* Virginem, vide celeſtem theſaurum tibi offerentem, *ave*, inquit; Inclina aurem tuam, quia concupivit Rex ſpeciem tuam, id eſt, animam conſencientem, vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis &c. da ergo fidem, & ſenti virtutem; Fiat michi, inquit, ſecundum verbum tuum; quia tunc verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.

Maria ergo mater *Jeſu*, fuit ab eterno predeſtinata, a peccato preſervata. Unde Dominus poſſedit me, proverbiorum viij. ab inicio viarum ſuarum, antequam quitquam faceret, a principio, id eſt, ante mundum, in eternali ſapiencia preparata, a peccato preſervata, proverbiorum viij. quia ab eterno ordinata ſum. Si autem ordinata ab eterno, nunquam ergo ſine ordine, nichil autem eſt ſine ordine, niſi peccatum, quia peccatum ordinem deſtruit. Item multipliciter figuris, & enigmatibus a patriarchis prefigurata patet in omnibus, a prophetis prenunccciata; unum pro multis, pſalmo; fundamenta eius in montibus ſanctis, id eſt electis potentibus, diligit Dominus portas *Syon*. Hec porta *Ezechielis*, per quam ſolus Dominus intrat, & egreditur, ſuper omnia tabernacula *Jacob*, de quo num. 23. quam pulchra tabernacula tua *Jacob*, pre omnibus ſanctis mulieribus, ut fuit *Sara* & *Rebecca*, *Anna*, & multe alie, tu tamen ſupergreſſa es univerſas, glorioſa ſunt enim dicta de te, civitas Dei.

Hec

Digitized by Google

Hec eſt civitas refugii, *Joſue* cap. primo, hec eſt civitas de qua *Iſa*: 66. civitas ſolis vocabitur una, quia una eſt columba mea, formoſa mea &c. cantic. a falſis prophetis inimicorum teſtimonio commendata, unde memor ero *Raab* & *Babilonis* ſciencium me.

Omnes eciam *Philoſophi* & *Aſtrologi Babilonii* & *Egipcii* & *Caldei* permaverunt in conjunccione *Mercurii* & *Saturni* puellam naſcituram virginem, filium absque viri coytu parituram in terra *Israel*, cuius ymago in templo de *Kampſay* ſolempniſſime cuſtoditur, & prima lumina menſis primi, ſcilicet *Februarii*, qui primus eſt apud *Kathayos*, feſtum iſtud cum candelis per totam noctem ſolempniſſime celebratur anni novi. Iſti prophete ſancti primo commendaverant, ecce alienigene *Balaam*, num. 23. Orietur ſtella ex *Jacob*, *Tyrus Abbumazar* quedam fuit olym felici tempore Imperii Ceſaris *Auguſti*, anno eius duodeno, & regni ſui novitate, que ſignificavit poſt annum ſextum naſci debere prophetam absque viri coitu, in typo, cuius habetur & vis Mercurii, plus inde multiplicatur. *Item Ovidius de vetula.* (p) O virgo felix, o virgo ſignificata per ſpicas, ubi ſtella nitet michi vivere que des, tantum quod poſſim preco laudum fore tuarum, nam niſi tu fores, ille non fieret ex te, nec Deus omnipotens tunc carnem ſumeret ex te. Hec fuit per Angelum nuncciata ab originali ſupernaturaliter, ut creditur preſervata, aliter non eſſet, ut ſupra probatur, ab eterno ordinata, ſaltem in utero ſanctificata ab omni actuali preſervata, in templo preſentata, ab angelis cuſtodita, & informata, glorioſo miraculo, coram populo *Joſeph* ſeni deſponſata, *Joſeph* abſente a Summo ſacerdote, ſeptem virginibus ſociata, parentibus de templo reſignata, in domo propria in *Nazareth* ſcilicet cuſtodita, & obſerata firmiter, expectabat enim totus populus *Iſrael* videre in ea magnalia Summi Dei. Hec ſeptem vicibus orabat, manibus laborabat, contemplacioni vacabat, virginem illa parituram devotiſſime expectabat, & ad ei ſerviendum toto ſe mentis affectu & animo diſponebat. Mater ergo *Syon* dicet homo, homo factus eſt in ea *Chriſtus*, & ipſe fundavit eam altiſſimus, Dominus narrabit in ſcripturis populorum & principum, horum, qui fuerunt in ea. Unde *Sibilla Rome Octaviano* Imperatori oſtendit eam in rota ſolis, & in capite coronatam ſtellis duodecim, diſcrinatam, puerum in ulnis, & in manu altera ſeptem ſpicas. *Tunc exclamavit*, hec eſt ara celi, incenſum obtulit & conſtruxit aram, que hodie eſt in Eccleſia *Minorum*, iuxta capitulum. & dicitur *Ara celi*, & quia validum eſt te-

(p) Apocryphum hoc Poema eſt.

Digitized by Google

teſtimonium bonum inimicorum, *Machmet* peſſimus in ſuo *Alcurano*, tercio *Zora* dicit ſic: O *Maria* Deus purificavit te, & ſanctificavit te ſuper omnes mulieres, & miſit tibi verbum ſuum, & Spiritum Sanctum, ideo nullus eſt ſine peccato, niſi *Maria*, & filius eius *Jeſus*, fuit ergo mirabiliter prophetata, ſignis & enigmatibus declarata & glorificata. Nam dum *Joſeph* eſſet abſens, *Maria* firmata, & optime a parentibus de mandato Summi Principis cuſtodita. In ſero vigilie *Paſche*, ipſa ſtante in extaſi, ſubito angelus *Gabriel* intravit per feneſtram in primo crepuſculo, & dixit, *Ave* &c., & perturbavit eam, & poſt concepit filium Dei. Et ecce *Joſeph* dum vidit eam gravidam, voluit occulte dimittere eam, & cum confortatus ab angelo remanſiſſet, & *Maria* jam Deo plena ad ſalutandum *Eliſabeth* proceſſiſſet, mater *Johannis* Baptiſte *Eliſabeth*, ſibi ad quendam fontem obviaſſet, per amplexum ſenſit *Johannem* exultantem, Dei filium concepiſſe, ex quo tactu ſacratiſſimi uteri a Deo illuſtrata, & Spiritu Sancto repleta, exclamavit, & dixit, benedicta tu in mulieribus, tunc *Maria* cecinit, Magnificat, & poſt tres menſes *Johannem* de terra levavit, & in eius circumciſione cum *Zacharia* patre, Benedictus, canticum ympnizavit, & tunc reverſa eſt domum ſuam. Apparuit ventre pleno, & inventa eſt in utero habens de Spiritu Sancto.

Quomodo autem inventa eſt, & a quo; ſed poſſet obmitti, ſi placeret, &c.

Maria autem revertente in domum ſuam, inventa eſt in utero concepiſſe, tunc Summus Pontifex culpat *Joſeph*, quod virginem tam ſanctiſſimam non ſervaſſet, *Joſeph* autem illud negante, & cum probacionibus legalibus ſe purgante, vocatur *Maria*, & diligentiſſime examinatur, quoniam concepiſſet, poſito terribili legis ſigno coram ea, aquam ſcilicet amaritudinis preparatam, habuit enim aqua illa talem virtutem usque tunc, quod ſi mulier nocens guſtaſſet, ſtatim putreſcebat venter eius, & crepabat, ſi innocens, evadebat, ut patet *Levitici*. *Maria* autem ante altare ponens manus ſuper legem Dei, orans exilarata eſt, & facta eſt facies eius lucens ſicut ſol, & levans manus in celum juravit, quod non tetigerit me homo, ſed virgo ſum, quod tamen multe alie ſanctiſſime, certis judiciis cognoverunt, tunc omnes glorificaverunt Deum, expectantes miraculum tantum altiſſimo prodigio terminari, & iterum recommendaverunt *Joſeph*, donec peperit, peperit autem *viij. Kalendas Januarii* filium ſuum primogenitum. Hec & in *Talmut Judeorum*, & in *Secretis* beati *Ma-*

Digitized by Google

Mathei, que habuit Papa *Johannes XXII.* ſcripta eſſe veridice referuntur, non tamen omnibus ſecreta fidei ſunt pandenda.

De deſcripcione orbis & nativitate JESU Criſti.

Exiit ergo edictum a Ceſare *Auguſto*, ut deſcriberetur univerſus orbis, aſcendit autem & *Joſeph* a *Galilea* in *Bethlehem*, cum *Maria* uxore pregnante, eo, quod eſſet de domo & familia *David*, & illo ſero urbem intrare non potuerunt, quia tarde venerunt. Eſt autem *Bethleem* in monte, & ante portam eſt platea, & ciſterna maxima, de qua *David* aquam deſideravit, quando tres milites irrumpentes caſtra *Philiſtum* hauſerunt aquam, quam fudit in terram, & ultra plateam erat, & eſt ſpelunca ſub ſaxo longa cavata, ubi ponebant ruſtici, qui veniebant ad forum, animalia ſua, in illa ſpelunca ſibi *Joſeph* preparavit locellum parvulum, & idem parvum preſepe iuxta eam pro bove & aſino ſuo, eo, quod non erat ei locus in diverſorio, frigus erat. Et ecce, dum medium ſilentium tenerent omnia, virgo *Maria* ſurrexit, *Joſeph* excitat, lumen poſtulat, quod habere non potuit, & peperit filium ſuum primogenitum, & pannis involvit eum, & in preſepio reclinavit, miſertus eſt pater, tam matris anxietati, quam filii, ſubito celeſti remedio conſolatur. Ut ait ſacer *Ambroſius*, Stella enim nove claritatis apparuit, habens in ſe ymaginem tam matris, quam filii, quam viderunt magi in oriente, & eodem die *Rome* Ceſar *Auguſtus*, populusque *Romanus*, & ſubito angelus paſtoribus nuncciat, & celeſtis exercitus proſequitur ympnum, angelo inchoante, *Gloria in excelſis Deo* &c.

Primus ergo Pontifex in eternum ſecundum ordinem *Melchiſedech* *Jeſus Criſtus filius Dei* ex ſemine *David*, & in domo *David* natus ſecundum carnem, excurſis ab *Adam* annis quinque millibus, centum nonaginta octo vel amplius. Anno ab urbe condita ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo, Ceſaris autem *Auguſti* anno LII., ebdomada juxta *Danielem* prophetam LXII. *Olimpiadis* quingenteſima LXV. Sextam enim etatem ſuo piiſſimo illuſtravit adventu, nocte media, die Dominica illuceſcente, *Jeſus Criſtus* filius Dei ex *Maria* virgine in *Bethleem* naſcitur, angelis cantantibus gloria in excelſis, paſtoribus mirantibus, & vigilantibus, ſtella nove claritatis magis apparuit, ſed & *Rome* cecidit templum dictum *Pacis eterne*, Auguſto adorante virginem cum ſpicis & filio in *Ara celi*; 13. die, a magis cum muneribus adoratus, eo a matre in templo preſentatus, ab *Anna* prophetiſſa & *Symeone* cantico commendatus, ti-

mo-

more *Herodis* in *Egiptum* portatus, inde poſt ſeptennium in *Nazareth* fuit humiliter converſatus usque ad baptiſmum *Johannis*.

Qualiter JESUS fuit inter Summos Pontifices ordinatus.

Verum non eſt pretermittendum, quomodo a *Judeis* inter ſummos ſacerdotes fuit aggregatus. Eſt enim tradicio in *Talmut*, ſi volunt dicere talis, quod *David* Rex *Iſrael*, volens ampliare cultum Dei XXIIII. Pontifices ordinavit, qui per vices miniſtrarent in templo, ut habetur *Luce* primo de *Zacharia*. Accidit, quod unus defunctus eſt, cumque ſupplere vellent numerum eorundem, nec ydoneum reperirent pro eo, quod oporteret, ut ſciret bene legem, & linguas plures, ſaltem tres principales, ſcilicet *grecam*, quam vocant *Romay*, *Jonay*, id eſt, latinam, *hebray* id eſt hebream, ſicut fuit ſcriptus titulus triumphalis, ſciret eciam artes magicas, ut poſſet convincere incantatores & magos, & cum nullum talem de domo *Levi* invenirent, unus nominavit *Jeſum* dicens: Hic eſt *Jeſus* de domo *David* ydoneus, cui cum diceretur eum non eſſe de domo ſacerdotali ſed regia, facta ſolempni diſputacione concluſum fuit, quod erat de domo *Levi* per commixtionem tribuum, & ſcitcitacionem feminis, more illius legis, nam iſte due tribus commixte erant, erat enim filius *Marie*, que erat de domo *Levi* nata. Nam & *Aaron* uxorem habuit de tribu *Juda*, & *Yoyada* Pontifex factus filiam *Joram* Regis *Juda*, & in libro Regum legitur, filii *David* ſacerdotes erunt, & nullus ei ſimilis in toto populo, per quem Deus tot nobis oſtendit miracula in eius nativitate, quare expectamus, quod iſte erit gloria *Iſrael* in tempore ſuo. Tunc communi conſenſu vocaverunt matrem ſuam, & poſuerunt legem coram ea, & ipſam adjuraverunt, de *Jeſu* ut redderet teſtimonium, tunc illa illuſtrata facie ſicut ſol dixit, *Jeſus* eſt filius Dei vivi, & *Marie* virginis, nec patrem habuit ſuper terram. Hoc teſtimonium ſcripſerunt in *Talmuth*, & *Jeſum* inter Pontifices ordinaverunt, in ordine vicis ſue. Hec in *Talmuth* primo ſcripſerunt, de quo tamen poſtmodum doluerunt, quia licitum fuit ei intrare templum & docere, & pontificum officium exercere, unde de templo expulit mercatores.

De

Digitized by Google

De baptiſmo Criſti.

Poſtquam autem *Johannes* baptizabat, & *Jeſus* eſſet incipiens annorum triginta, in *Jordane* voluit baptiſari, & aſcendit in montem illum altiſſimum, & intravit ſpeluncam, in qua fui, & ieiunavit quadraginta diebus & noctibus, poſt hoc in *Nazareth* rediens predicare cepit, & duodecim elegit Apoſtolos, quorum duo primi fuerunt *Andreas* frater *Petri*, ut habetur *Johannis* iij. quis autem fuerit ille alius, nullus dicit Evangeliſta; tamen probabiliter dicitur, quod fuerit *Johannes Evangeliſta*, qui more ſuo nunquam ſe nominat, niſi per circumſtancias. Tercius fuit *Petrus*, quartus *Philippus*, poſt fuit *Natanael* verus *Iſraelita*, *Matheus* eciam poſt vocatur de theoloneo. Alii non ſic expreſſe vocantur, tamen duodecim vocavit, quos apoſtolos nominavit.

Poſt hoc baptiſmum poſt *Johannem* inſtituit, & innovavit, & alia ſacramenta, *Lazarum* & alios reſuſcitavit, & alia multa miracula fecit, die palmarum *Jeruſalem* introivit, & porta clauſa fuit, & ex tunc nunquam poteſt aperiri. Cenam illam glorioſam in monte *Syon*, ubi nunc eſt locus *Minorum*, fecit, lavit pedes, Sacramentum corporis & ſanguinis ibidem celebravit. Alia ſacramenta docuit, ſcilicet conficere criſma, ut dicit *Johannes ſecundus* Papa & Martir Epiſcopis *Gallie* & *Germanie*, & oleum infirmorum, ut Mci. ſeptimo, tandem ympno dicto in orto, capitur, illuditur, crucifigitur, moritur, & ſepelitur, tercia die reſurgit, & fit *Paſcha*. Eodem die apparens pluries, tandem inſufflavit, & dedit inviſibiliter Spiritum Sanctum, dicens, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & tunc fecit eos confeſſores. Die quindecima, ut creditur, ſaltem illo tempore, ad mare ſummo mane facto prius convivio de pane & piſcibus, preſentibus aliquibus Apoſtolis & diſcipulis ſub trina interrogacione contra trinam negacionem & reſponſionem dixit *Petro*. *Symon Johannis* amas me &c. iſtis verbis, paſce oves meas &c. paſce agnos pro ſe, & loco ſui, & tunc omnium nullo excepto, Summum Pontificem, ſolummodo *Petrum* ordinavit, & claves promiſſas conceſſit, & ſtatuit omnium eſſe caput, ut *Johannis iij*. Tu vocaberis *cephas*, id eſt, caput, ita ſicut in uno corpore duo capita eſſe non poſſunt, ſic in Eccleſia, que corpus eſt *Criſti*, duo equales eſſe non poſſunt, contra intollerabilem errorem multorum, qui dicunt omnes Apoſtolos equales fuiſſe, id eſt eiuſdem auctoritatis, quod etſi fuit vivente capite *Criſto*, poſt eum omnino eſſe non potuit, & omnes alii ſub eo, & ipſe eorum paſtor eſt, inſtitutus eſt loco

Digitized by Google

Criſti. In novo enim teſtamento omnis Eccleſiaſticus ordo a *Petro* initium ſumpſit, omnes autem die *Aſcenſionis* fecit predicatores, dicens, euntes in mundum univerſum, predicate evangelium omni creature.

De miſſione Spiritus Sancti.

In die autem *Penthecoſtis*, ſcilicet quinquageſimo die a reſurrectione, circa terciam horam factus eſt ſubito de celo ſonus, & cecidit *Spiritus Sanctus* ſuper centum viginti congregatos in cenaculo *Syon*, ubi nunc eſt chorus fratrum *Minorum*, ſedente in medio eorum *Maria* Virgine matre eius cum omnibus Apoſtolis, mulieribus, & fratribus eius, & loquebantur linguis omnium, & baptiſati ſunt tria milia, & dicit *Johannes Scotus* Doctor, qui putat, quod cum aſperſorio, ſicut fit in die Dominica fuerint baptizati, nec multa facta fuit examinacio niſi in fide creditis.

Primam ergo miſſam in nocte poſt pedum locionem expletis epulis, poſt longum ſermonem *Criſtus* celebravit, & tunc media nox tranſierat, ut probatur, ideo, quod ante mediam noctem miſſam nullus celebrare preſumat, ſtatutum eſt, niſi in *Sabbatho ſancto*, ut ſervat *Lateranenſis* Eccleſia ex ſtatuto beati *Petri* in noctis crepuſculo, & omnes orientales. Poſt illam miſſam nulla alia celebrata eſt, niſi poſt *Penthecoſten*, nam die *Mercurii* poſt *Penthecoſten*, ut habetur in quodam libro, qui nondum pervenit ad latinos, quo utuntur orientales, & vocant ipſum *Lucaray*, quaſi alia vel ſecunda pars libri *Luce*, id eſt actuum Apoſtolorum, in quo ſcribitur ſic, quod feria poſt *Penthecoſten* plurimis baptizatis ſuadente virgine glorioſa congregatis apoſtolis, ſvadebat, quod miſſam, ſicut filius mandaverat, celebrarent, quod cum omnibus placuiſſet, & *Petro* ex officio incumberet, ipſe ſua auctoritate precepit *Johanni*, ut primam diceret loco ſui, quia ipſe illa nocte nimium fuerat perturbatus, & *Johannes* melius potuit concipere verba *Criſti*; *Johannes* humiliter acceptavit, & beata virgo confeciſſe creditur hoſtiam, ſive panem pro ſacramento, & formam miſſe dederunt primo, namque ſicut *Criſtus* ympnos cantaverunt & pſalmos, poſtea oraciones quaſdam, & legerunt unam leccionem de veteri teſtamento, & canticum poſt leccionem, ſecundo aliam leccionem de prophetis, & aliud canticum iij. *Johannis* mente recitat evangelium, ut a *Criſto* acceperat in cena, & poſt offertorium facta oblacione & oracione permodum prefacionis, tandem confecit corpus & ſanguinem *Criſti* in forma, quam docuit, quam nullus ſcripſit, tamen omnes memorie commendaverunt, & poſteris tradiderunt, & in parvo altari beati *Pe-*

Digitized by Google

Petri viatico *Rome* dicitur eſſe ſcripta, poſt dixit Pater noſter, & ad complendam.

Nec ſunt illi audiendi, qui dicunt, quod beatus *Petrus* dixit primam miſſam dicendo tantummodo Pater noſter, quia error eſſet credere, quod poſſit confici a quocunque ſine forma verborum, quia accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum, ut ait *Auguſtinus* omelia viij. ſuper *Johannem*, & ponitur in decretis. Eciam oportet, quod hec verba & forma dicantur materialiter in perſona *Criſti* recitative, non ſignificative, ideo oportet ſacerdotem premittere alia verba indicancia, quod non in perſona propria proferat illa verba. Unde dicit *Johannes Scotus* Doctor ſubtilis, quod ſi ſacerdos diceret tantum; hoc eſt Corpus meum, nichil omnino facit, ideo oportet premittere verba, unde iſta dependent tanquam in perſona *Criſti*. Utrum autem in azimo vel fermentato, queſtio eſt, que modo dimittatur, dicitur tamen a Patriarcha ſancti *Thome*, ut habetur in eorum tradicionibus ſatis apparenter, & pulcre, quod *Criſtus* in cena confecit in azimo, quod probatur per eum, prima die azimorum &c. tam a veſpera illius diei usque ad ſeptimam, que fermentum habuiſſet in domo, peribat anima illa de populo ſuo, ergo illa die *Criſtus* in domo ſancti viri, eciamſi voluiſſet panem non azimum non reperiſſet, ergo in azimo confecit, ſed Apoſtoli eadem racione in fermentato, probacio, quia tunc non licebat, ſcilicet in *Penthecoſtes* uti azimis, ergo in pane uſuali, quod declaratur fermentum, ſicut *Melchiades* Papa ſtatuit, tamen hec queſtio alibi terminatur. Panis ergo debet eſſe de tritico, & ſufficit de neceſſitate ſacramenti, & ſic forte alter eſt de neceſſitate monſtratus.

Petrus ergo filius *Johannis*, frater *Andree* de tribu *Neptalim*, primus poſt *Criſtum*, ab eo Summus Pontifex ordinatur, a quo in novo teſtamento omnis Eccleſiaſticus ordo ſumpſit inicium. Hic tenuit pontificalem kathedram *Jheroſolimis* annis iiij. ubi & *Jacobum* fratrem Domini, aſſiſtentibus ſibi *Jacobo* & *Johanne* Epiſcopum ordinavit, tradens omnibus formam, ut nullus minus, quam a tribus Epiſcopis ordinetur, unde & beatus *Gregorius* ad conſulta *Auguſtini*, primi Anglorum Epiſcopi ſcribit ſic, in provincia, ubi ſolus Epiſcopus es, non niſi ſolus potes binos Epiſcopos ordinare, quod ita noſtra auctoritate per te nunc fieri mandamus, ut de cetero nullus preſumat, ſicut ſtatuerunt Apoſtoli, minus quam a tribus Epiſcopis ordinari, & *Jacobus* primus Epiſcopus Apoſtolus, non minus a tribus ordinatus eſt, ſcilicet *Petro*, *Jacobo*, & *Johanne*. Eodem anno *Matheus* electus eſt loco *Jude*; *Paulus* converſus, quem *Barnabas* ad Apoſtolos introduxit. *Petrus* eciam deſcendit in *Joppen*, & *Corne-*

Digitized by Google

nelium gentilem centurionem cohortis Ytalie baptiſavit, & conventus in *Jeuſalem* tam ipſe quam *Paulus* eſt, & reprehendebant *Petrum*, qui participaverat cum paganis, & *Paulum* execrabantur multi converſorum *Judeorum*. Facto autem concilio, & *Petro* racionem reddente, quia hoc fecerat pro eo, quod *Spiritus Sanctus* fide purificaverat corda eorum, *Jacobus* Epiſcopus ſurgens dedit ſentenciam, ſcilicet non imponendum jugum converſis aliud, niſi quod abſtineant a fornicacione, & ab ydolis, hec neceſſitatis, alia duo congruitatis, ſcilicet a ſuffocato abſtinere, & a ſanguine, & ſic omnibus concordatis, eſt eciam preceptum circumciſionis ablatum, quod non ſit de neceſſitate ſalutis. In eodem concilio fecerunt ſymbolum quod dicitur Apoſtolorum anno iiij. poſt mortem *Criſti*, quo anno *Paulus* & *Barnabas* per *Spiritum Sanctum* Apoſtoli ſunt electi, & miſſi ad predicandum. Quamvis ergo *Criſtus* ſederet ſede, ut Pontifex *Jberoſolimis*, *Petrus* poſt eum, tamen ut dicitur in *Apocalipſi*, comminando, movebo candelabrum tuum, id eſt primatum Eccleſie, de loco ſuo, mandato *Criſti*; *Petrus* ordinato *Cornelio Ceſaree* Epiſcopo commiſit ſibi in provincia vices Apoſtolicas, ſicut tenuit ille Epiſcopus primatum usque ad ſynodum *Nicenam*, & poſt *Petrus* ivit in *Anthiochiam*, ubi ſedit annis ſeptem, quia ibi fuit primo miſſus Apoſtolus a *Chriſto* cum *Johanne*, ubi primo repulſi ſunt, torti, & tormentati miſſi in carcerem, fame deficiebant, niſi *Paulus* hoc audiens, fingens ſe *Philoſophum*, adherens *Theophilo* Principi civitatis, maxima cautela & prudencia liberaſſet eos, & tunc Petrus extractus de carcere; filium *Theophili* annorum iiij. defunctum ſuſcitavit, & ſic in Kathedra eſt levatus induſtria *Pauli*, & hoc eſt feſtum Kathedre ſancti Petri. Inde poſt annos ſeptem jubente Domino pontificalem *Criſti* Cathedram eciam ligneam tranſtulit *Romam*, & ibi ſedit annis XXV, pluribus eciam menſibus & diebus.

Et quia non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum, nullus, niſi ſit hereticus, poteſt Cathedram transferre de *Roma*, usque ad diem iudicii. Unde dicit Papa *Gelaſius*, & ponitur hec ſentencia in decretis, qui aliarum Eccleſiarum jura infringit, ſacrilegus eſt, qui autem *Romane* Eccleſie jura molitur infringere, talis non ſolum ſacrilegus, ſed hereticus eſt cenſendus, dicente *Criſto* beato *Petro*; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram edificabo Eccleſiam meam, ideo usque ad finem mundi ſtabilita firmitate conſiſtit, quod per Spiritum Sanctum intelligens *Conſtantinus* auguſtus, cum *Niceno* concilio ſimiliter ſic decrevit. Statuimus cum omnibus ſatrapis noſtris, & ampliſſimo Senatu, quod *Romana* Eccleſia Caput ſit, & prima-

Digitized by Google

matum teneat omnium Eccleſiarum mundi, ſicut *Criſtus* ſtatuit a *Beato* Petro regni celorum clavigero, ibidem Chathedram tenere juſſit usque ad finem mundi, & ibi *Criſtiani* caput legis requirant, ubi *Petrus* exemplo magiſtri ibi crucifixus eſt, & *Paulus* doctor gencium pro *Criſto* caput inclinavit, ibi requirunt legis ſue Doctores, nec terrenus Princeps habeat ibi poteſtatem, indignum namque valde eſt, terrenos Principes ibi habere poteſtatem, ubi *Criſtiani* caput legis ſue requirunt, ideo ſedem Imperii noſtri tranſtulimus in regionem *Biſancii*, & Epiſcopus urbis *Rome* ſit alcior, quam Sedes noſtri Imperii, & caput omnium Epiſcoporum mundi, & clerici ſui, qui Cardinales vocantur, utantur lintehminibus, & tumidonibus, & ſint alciores, quam ampliſſimus noſter Senatus, & quicunque huic noſtro decreto contradixerit, partem habeat cum diabolo in inferno, preter hoc, quod leges vindicabunt in eum. Romana ergo Eccleſia nullis ſynodicis decretis, ſed a ſolo *Criſto* obtinuit mundi primatum, quia *Criſtus* a Patre propter obedienciam mortis, in quantum talis homo meruit dominium totius humani generis quia ipſum ſanguine ſuo redemit, ideo dicitur in *Daniele*, regnum eius non corrumpetur, & poteſtas eius non auferetur usque ad finem mundi, quam *Criſtus* ſtabilivit, & beati Apoſtoli ſuo ſacro martirio firmaverunt, de quo in pſalmo, tronus eius ſicut ſol, & ſicut luna perfecta in eternum manebit &c. Amen.

De Apoſtolis aliis.

Petrus & *Andreas* germani fuerunt, *Petrus* primus Apoſtolorum ordine & officio, vocacione vero tercius. Hic ſedit *Jheroſolimis* annis iiij. *Antiochie* ſeptem, tandem Rome viginti quinque, ubi crucifigitur cum coapoſtolo ſuo *Paulo* ſub *Nerone*, *Andreas*, in *Achaia* crucifigitur, ambo de tribu *Neptalim*, ideo in benediccione *Neptalim*, proprie dicitur *Neptalim* cervus emiſſarius, dans eloquia pulcritudinis &c.

Johannes frater *Jacobi Aſiam* illuſtravit ſua doctrina, in qua ſcripſit *Apocalipſim*, *Rome* bullitur in oleo ante Portam latinam, ſed non leſus exiit, fit tamen feſtum de ejus martirio, quia fuit martir, & plus quam martir, dum vidit *Criſtum* lanceari, ideo ſicut & beata Virgo Martir mente fuit, ideo occidi non potuit alio martirio, quia miraculo ſupervixit uterque, ideo nec veneno fortiſſimo moritur, quod bibit in *Epheſo*, ubi poſt *Paulum* fundatorem in fide *Epheſinam* ut Epiſcopus gubernavit Eccleſiam, & ibi ſepultus, cuius tamen corpus tumulus non potuit reddere quod ſuſcepit. Unde beatus *Ambroſius* pulcre probat eum vere reſurrexiſſe

Digitized by Google

xiſſe ſtatim, & aſcendiſſe in celum cum gloria, quidam tamen moderni Doctores dicunt eum eſſe in paradiſo deliciarum cum *Enoch* & *Helya*, quod michi non videtur, pro eo, quod adhuc non haberet fruicionem bonorum, quam ſibi *Criſtus* promiſit dicens, Veni dilecte michi, epulari cum fratribus tuis, id eſt Apoſtolis, quia iſte *Johannes* omnibus Apoſtolis ſupervixit, & eſſet viator, non comprehenſor, ſicut ſunt illi, ſcilicet *Enoch* & *Helias*, & ſi qui alii ſunt, ut quidam putant de *Moyſe*, ideo glorioſius eſt dicere, qui regnat cum *Criſto* in gloria amen. *Jacobus* eiusdem *Johannis* germanus, qui ambo dicti ſunt filii tonitrui a *Criſto*, ut ſcribit *Marcus* in evangelio, qui eciam major vocatur, nam eciam corpore maior fuit omnibus aliis Apoſtolis, & antiquior *Jacobo* minore, primus pro *Criſto* poſt apoſtolatum *Yſpanie* rediens in *Jheruſalem* ab *Herode* occiditur, & tamen *Yſpaniam* translatum eſt corpus eius. Hic ſicut & *Johannes* germanus eius fuit, ymo ambo fuerunt de tribu *Zabulon*. *Philippus*, hic fuit quartus Apoſtolus vocatus a *Criſto*, & os lampadis vocatus, pius & primus gencium Apoſtolus tres provincias convertit. Hic crucifixus moritur, & fuit de tribu *Aſſer*, de quo dicitur, *Aſſer* pinguis panis eius in benediccione *Jacob*, quia *Philippo* dixit *Criſtus*: unde ememus &c. *Thomas* de *Jeruſalem* de *Juda*, *Parthos*, *Medos*, & *Yndos* convertit, in *Mirapoli Yndie* ſuperioris occiditur, ibi adhuc ſanguis eius cernitur. *Matheus* natus prope *Bethſaydam*, evangelium primus ſcripſit, convertit *Ethiopes*, fuit de tribu *Levi*. *Bartholomeus* fuit de tribu *Yſachar*, convertit *Yndorum* plures populos. *Symon Judas*, qui dicitur *Thadeus*, *Jacobus Joſeph* de tribu *Effraym*. *Judas Scarioth* de tribu *Dan*. *Paulus* de tribu *Beniamin*. *Marcus Evangeliſta*, dictus eſt *Johannes* primo, hic primo cum *Barnaba* & *Paulo* ivit ad predicandum, & diviſit eos, & reverſus in *Jeruſalem*, ubi habebat matrem *Mariam* nominatam, quare *Paulus* habebat diſſenſionem cum *Barnaba*, & ſeparati ſunt ab invicem, quia *Barnabas* volebat reaſſumere eum, *Paulus* noluit. Hic tamen poſt ſecutus eſt *Petrum*, & duas fundavit Eccleſias Patriarchales, ſcilicet *Alexandrie* & *Aquileye*, de qua terra exivit, ſcilicet *Gradenſis* Patriarchatus. *Barnabas* in *Cypro* & *Mediolano* fundavit Eccleſias. *Lucas* creditur fuiſſe ſocius *Cleophe*, quibus euntibus *Criſtus* apparuit, ut dicit *Gregorius* libro Morum.

De aliis Diſcipulis Criſti.

Poſt duodecim iſtos, alios ſeptuaginta duos diſcipulos *Criſtus* habebat, quorum duodecim Apoſtoli proicerent de numero, quos *Paulus* ſcribit

Digitized by Google

in falſos fratres, pro eo, quod predicacionem evangelii converterunt ad queſtum avaricie, & contra mandatum *Criſti*, & regulam Apoſtolicam pecunias receperunt, pro quibus alios bonos Apoſtoli ſubſtituerunt, quorum iſta ſunt nomina; *Lucas*, *Apila*, *Amplaos*, *Vilanas*, *Sandatos*, *Papilius*, *Ariſtobolus*, *Stephanus*, *Erodian*, *Cleopatra*, *Aday*, *Agay*. *Paulus* converſus eſt poſt lapidacionem *Stephani* infra annum. Nam *Stephanus* eſt lapidatus iiij. die Auguſti, quo celebramus eius invencionem, infra annum *Paulus* eſt converſus. Et poſt primam diſputacionem quam fecit in *Damaſco*, ſtetit usque ad quartum decimum annum in religione *Antiochie*, & poſt miſſus Apoſtolus cum *Barnaba* fuit.

Petrus Apoſtolus filius *Johannis*, frater *Andree*, univerſalis Eccleſie Paſtor, & primus Epiſcopus ordinatus a *Criſto* in medio fratrum, mandato *Criſti* primus tenuit pontificalem Cathedram *Jeroſolimis*, ubi debuit eſſe Sedes, ſed quia primam caritatem reliquerunt, juxta propheciam *Apocalipſis*: movebo, inquit *Criſtus*, candelabrum tuum &c. quod factum eſt quarto decimo anno poſt *Criſti* mortem; *Apoſtoli* inſtinctu Spiritus Sancti volentes ſe dividere ad predicandum dixerunt, conſtituamus certos articulos fidei, ita quod idem predicemus, tunc fecerunt primum concilium, & condiderunt ſymbolum, quod dicitur Apoſtolorum, quia quilibet poſuit partem ſuam, & declaraverunt articulos multos. Primo non eſſe jugum imponendum converſis de gentibus, niſi quod abſtineant a fornicacione, ſimulacris, ſuffocato, & ſanguine, quorum duo prima ſunt neceſſitatis, alia honeſtatis. In novo enim teſtamento a *Petro*, & per *Petrum* omnis Eccleſiaſticus ordo inicium ſumpſit. Hic primus in oriente pontificalem cathedram tenuit annis iiij. poſtea ordinavit *Jacobum* fratrem Domini, primum *Jeroſolimorum* Epiſcopum loco ſui, ipſe cum duobus aliis diſcipulis aſſumptis, ſcilicet *Jacobo* & *Johanne*, & ei reliquit Cathedram Pontificalem ibidem. Inde deſcendit *Ceſaream*, ubi *Cornelium* centurionem cohortis, que dicebatur *ytalica* divino miraculo baptiſavit, quem ibidem Epiſcopum ordinavit, & dedit ei Primatum in provincia loco ſui, & ita usque ad *Nicenam* ſynodum eſt ſervatum. Inde jubente Domino ivit *Antiochiam* cum *Johanne Evangeliſta*, & intrantes urbem, predicare ceperunt. Quod audiens *Theophilus* Princeps civitatis illius, fecit eos capi, virgis duriſſime cedi, poſtmodum recluſit in carcere ſine omni cibo & potu. Cumque ad ultimum fatigati quaſi ſpiritum exalarent. *Paulus* inſtinctu Spiritus Sancti hec audiens ſupervenit, & *Philoſophum* ſe oſtendens, adheſit *Theophilo* Principi civitatis, a quo in ſummam graciam eſt receptus, qui *Theophilus* rogabat eum, ut hominem doctum, ut vin-

ce-

Digitized by Google

ceret iſtos Apoſtolos *Nazareos*, tunc *Paulus* deſcendit ad carcerem, & confortavit eos tam ſpirituali, quam temporali cibo, & informavit eos, quomodo in ſequenti mane in diſputacione ſolempni reſpondere deberent, ſicque rediit ad *Theophilum*. Sequenti mane juſſu Principis tota civitas congregatur, *Paulus* collocatur in ſede iuxta *Theophilum*, *Petrus* & *Johannes* coram eo ducuntur, quos *Paulus* tanquam viros reverenter ſolvi fecit, & cepit eos interrogare de ſua doctrina, & caute diſputare cum eis. Poſt multa verba *Paulus* dixit ad eos, vos multa dicitis de magiſtro veſtro, vellem tamen ſcire, ſi in vobis eſt aliqua virtus eius, cui reſpondit *Petrus*, quod dedit eis magiſter eorum poteſtatem ſuper omnia demonia, & ut langvores curarent, tunc adductus fuit cecus, cui orantes lumen & oculos reddiderunt. Tunc *Paulus* converſus ad *Theophilum*, dixit, O Princeps, iſti videntur eſſe homines magne virtutis, tamen non dubitemus, quin ego faciam illud idem, & ſi aliud facere neſciunt, convincemus eos. Cumque adductus eſſet cecus alius coram eo, virtute oracionis *Pauli* fuit illuminatus, tunc omnes *Paulum* ſummis laudibus extollebant. Tunc *Paulus* converſus eſt ad Apoſtolos, eſt, inquit, alia maior virtus in vobis, tunc Apoſtoli, in virtute *Criſti* poſſumus eciam mortuos ſuſcitare, cumque *Paulus* dixiſſet *Theophilo*, hoc eſſe permaximum, nec poſſe fieri, niſi in virtute divina, iuſſu *Theophili*, cui nunciatus fuit unicus filius tunc defunctus, allatus eſt defunctus filius *Theophili* coram eis, tunc oracione premiſſa clara voce *Petrus* exclamans dixit; In nomine *JESU Criſti Nazareni* ſurge, qui ſtatim patri vivus eſt preſentatus. Tunc *Paulus*, O, inquit, *Theophile*, hec eſt ſolius Dei virtus, ideo tanquam viris divinis faciamus reverenciam, & convertamur ad eos. Tunc *Theophilus* & omnis populus *Petrum* in ſublimi Cathedra levaverunt, *Paulus* autem quaſi converſus adheſit eis, & baptizatus eſt *Theophilus*, & quaſi civitas tota, & Eccleſiam ſolempnem conſtruxerunt Apoſtolis, & alias minores ſeptuaginta duas, & in tantum profecit virtus Apoſtolorum, quod ibi nomen *Criſtianitatis* ſumpſit exordium, & ex tunc fideles, qui primo diſcipuli vocabantur, dicti ſunt *Criſtiani*, ibi inſtituta eſt religio, in qua *Barnabas* & *Paulus* annis quatuordecim permanſerunt. Hec yſtoria habita eſt de cronicis *Antiocenis* Eccleſie memorate, & ex hoc feſtum inſtitutum eſt in Eccleſia, quod dicitur Cathedra ſancti *Petri*. In illa autem religione primi fuerunt *Paulus* & *Barnabas* cum multis aliis prophetis & doctoribus. Inde *Paulus* & *Barnabas* cum *Johanne* diſcipulo miſſi fuerunt ad predicandum gentibus deſtinati, *Johannes* autem predictus, qui & *Marcus*, reverſus eſt in *Jeruſalem* dimiſſis Apoſtolis, propter

Digitized by Google

per quem facta eſt diſſenſio inter *Paulum* & *Barnabam*, *Paulus* enim, quia receſſerat, noluit amplius recipere eum. *Barnabas* autem magis voluit dimittere *Paulum*, quam *Johannem*, ideoquè ipſo aſſumpto duxit ad *Petrum*, & vocatus eſt *Marcus*, Mater eius *Maria* vocabatur. Petrus autem poſtquam annis ſeptem rexiſſet *Antiocenam* Eccleſiam, alio loco ſui, Epiſcopo ordinato, Sedem *Criſti* apoſtolicam & catholicam jubente Domino tranſtulit *Romam*, ubi auctoritate *Criſti* ſtatuit eam omnium Eccleſiarum Principem, & divinam magiſtram, quod poſtea *Conſtantinus* in concilio in *Nicena* ſynodo conſenſu omnium Principum, ſatrapis, & ſenatu conſencientibus ſtatuit caput eſſe tocius orbis, ubi nec terrenus Princeps habeat poteſtatem, & quia jubente Domino facta eſt caput orbis *Romana* Eccleſia, nullus, quacunque auctoritate uſque ad finem mundi poteſt eam inde transferre, cum non ſit diſcipulus ſupra magiſtrum, niſi divino miraculo, & patenti Dominus Eccleſie ſingulariter revelaret. Hic *Petrus* auctoritate ſua ſtatuit quadraginta dies ante *Paſca*, & quatuor ſeptimanas ante nativitatem Domini a cunctis fidelibus ſolempniter. Hic *Linum* & *Cletum* aſcivit in *Roma* Epiſcopos Summi Pontificis adiutores. Ad ultimum ſciens in brevi ſui corporis tabernaculum deponendum, poſtquam per *Marcum* primo *Alexandrinam*, poſtmodum *Aquileyenſem* Eccleſias Patriarchales inſtituit in medio fratrum poſitus, poſt longum ſermonem cepit manum *Clementis* & loco ſui in Pontificali cathedra ſedere coegit, ſicut ei a *Criſto* fuerat revelatum. Ita ſcribit beatus *Clemens Jacobo* fratri Domini *Jheroſolimorum* Epiſcopo.

De Lino & Cleto Epiſcopis ordinatis a ſancto Petro.

Linus nacione *Tuſcus* a beato *Petro* ſimul cum *Cleto* Epiſcopi ordinati in urbe *Roma* Pontificales actus exercebant. *Petrus* vero oracioni & predicacioni vacabat, fuerunt autem quaſi Cardinales, vel Summi Pontificis coadjutores, qui exteriora tantum adminiſtrabant, non enim dedit eis *Petrus* auctoritatem, ſcilicet Principalem ligandi, & ſolvendi, ſed *Clementi*, ut expreſſe dicit *Johannes* II. Papa & ſanctus Martir, ſcribens Epiſcopis *Germanie* & *Gallie* in hec verba. Si *Petrus* Princeps Apoſtolorum adiutores ſibi *Cletum* & *Linum* aſcivit, non tamen auctoritatem ligandi & ſolvendi conceſſit, ſed tantum *Clementi* ſuo ſucceſſori, qui Sedem Apoſtolicam poſt eum & Pontificalem Cathedram, tradente ſibi beato *Petro* [illegible] promeruit &c. Hoc expreſſe ponitur in decretis capitulo VIII. [illegible] Hoc idem *Yſidorus* recitat libro Canonum. Idem ſcribit beatus *Cle-*

mens de ſe ipſo in epiſtola, quam miſit beato *Jacobo* Apoſtolo *Jheroſolimorum* Epiſcopo de ſua inſtitucione ſcribens ſic. *Clemens* Epiſcopus urbis *Rome*, *Jacobo* Epiſcoporum Epiſcopo fratri Domini. Hec ſunt, que a beato *Petro* Apoſtolorum Principe accepimus, & vobis conſervanda mandamus &c. Miror ergo, unde quidam ſompnient, quod *Clemens* ex conſciencia reſignavit, & *Linum* & *Cletum* ante ſe Pontifices eſſe decrevit, quaſi *Petrus* a Spiritu Sancto deceptus fuiſſet, ac eciam ipſe *Clemens*.

De ſancto Clemente Romanorum Papa poſt Sanctum Petrum.

Clemens nacione *Romanus* de regione *Celio* monte patre *Fauſtino*, ſedit annis novem, menſibus duobus, diebus decem, ſcripſit multos tractatus amore religionis *Criſtiane*, & epiſtolas plures valde perutiles, obiit tercio *Traiani* anno, ſubmerſus in mari cum ancora ligata ad collum prope *Caffa* in *Gazaria* ultra *Conſtantinopolim*, ubi in modum templi marmorei adeo in medio mari ſibi fabricata eſt Eccleſia, & fiunt miracula multa, tandem translatus eſt *Romam*, ubi eius memoriam fabricata conſervat Eccleſia. Huius yſtoriam quere in itinerario eius. De aliis Summis Pontificibus ſancti *Petri* ſucceſſoribus tractare Cronicis *Romanorum* relinquamus, & ad materiam noſtram redeamus.

De eleccione primi Epiſcopi Boemorum Diothemari.

Johannes Papa XV. ſedit *Rome*, hujus tempore illuſtris femina, virgo Deo devota *Mlada* nomine, filia fratricide *Boleslai* carne non mente, ſoror piiſſimi *Boleslai* criſtianiſſimi ivit *Romam*, & ab iſto Summo Pontifice gracioſe ſuſcepta, & diſciplinis regularibus informata ab eodem ſanctimonialis effecta eſt, & ab eodem Summo Pontifice facta prima ſancti *Georgii* Abbatiſſa, ut ſecundum regulam ſancti *Benedicti*, non ſecundum modum *Grecorum*, nec *Ruſſie*, nec *Sclavonie* viveret, impetravit, cui & Summus Pontifex nomen mutavit, & vocavit eam *Mariam*, conceſſit eciam ſibi, & germano eius quod Eccleſiam ſancti *Viti* & *Wenceslai* fecerunt cathedram, & dedit licenciam ſibi Epiſcopum ydoneum eligendi, & hoc per bullam Papalem miſit idem Papa Duci *Boleslao* germano eius, ipſa de *Roma* cum gaudio revertente, a germano gaudenter ſuſcepta, habita deliberacione de Epiſcopo eligendo, quendam peregrinum de Saxonia Duci multum familiarem, nomine *Dyotbemarum* ordine ſacerdotem, profeſſione

monachum, eloquentem, & in ſciencia doctum, lingua *Sclavonica*, *[T]utonica* & *Boemica* eruditum communi voto primum Epiſcopum ele[g]unt, quem per annulum & baculum inveſtitum Imperator fecit per Pre[ſule]m *Maguntinenſem* ordinari anno Domini *Noningenteſimo ſexageſimo* [ ]*mo* & cum gaudio ſuſcipitur a civitate *Pragenſi*, in Eccleſia ſancti *Viti* [*W*]*enceslai* intronizatur, & conſecrat Eccleſias, multos baptizat & con[vert]it ad *Criſtum*. Tandem idem Pontifex *Diothemarus* lecto proſterni[tur] & male ſibi conſcius tam de vite preſentis dulcedine, quam malo re[gimi]ne ac negligencia, conſtitutus in mortis articulo proteſtatus eſt, ſe [eſſe] inferni mancipium, & quod a nigris pueris ferebatur ad tartara, & [mult]a alia terrifica verba, & ſic ultimo ſpiritum reddidit ſtupentibus cun[cti]s cum ſummo terrore. Hec ſunt expreſſius in vita ſancti *Adalberti* de[ſcrip]ta.

De ſancto Adalberto Epiſcopo.

[A]nno Domini incarnacionis *noningenteſimo nonageſimo nono*, (q) Dyothemaro primo Boemorum Epiſcopo univerſe viam carnis ingreſſo [ſanct]us *Adalbertus* ſubſtituitur, & Epiſcopus ordinatur, de quo alibi ple[ne h]abetur legenda.

De Tegdago Epiſcopo Boemie.

[S]ancto *Adalberto* ſubſtituitur tercius Epiſcopus Boemie nomine *Tegdagus*, virgo corpore, moribus aureus, actibus purpureus ſancti *Adal[ber]ti* ſequens veſtigia, etſi non corpore, tamen mente tulit martirium, [po]ſt quem *Eckardus* eſt electus.

De Eckehardo Epiſcopo.

[E]*ckardus* quartus poſt *Tegdagum Boemorum* Epiſcopus factus eſt anno Domini *milleſimo xiij*. Fuit autem hic Preſul contra potentes erectus, [cir]ca humiles benigniſſimus Pater, facundiſſimus predicator, largus eciam [el]emoſynarum dator, & diſpenſator fidelis. Hic conſtituit, quod de [ ]tura decima ſolveretur Epiſcopo, modius quinque palmorum, & [ ]orum digitorum de tritico, & alius de avena, nam antea duos acervos [de]cima perſolvebant.

L l 2 De

(q) Ingens Chronologiæ error. Anno enim 996. jam S. Adalbertus martyrio fuit affectus

De Yzzo Epiſcopo Boemie.

Yzzo predicto Epiſcopo defuncto poſt eum ordinatur Epiſcopus a [illegible] le *Maguntino* eodem anno iiij *Kalendas Januarii.* Hic dev[illegible] Eccleſia Domino ſerviebat, infirmos, & carceres viſitabat. Hic [illegible] facere & docere, omni enim die tredecim pauperibus manibus pro[illegible] miniſtrabat. Hic dictus eſt *albus Yzzo*, quia canus erat, & rever[illegible] perſona.

De Severo.

Severus ſextus in ordine Preſul, hic in juventute curiam Ducis *Odal*[illegible] ſecutus, primus erat in officio clericorum, nec minus exercens [illegible] ctu laycorum pro huiusmodi ſerviciis placuit univerſis. Anno Do[illegible] *milleſimo xxxj.* in feſto Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ordinatus eſt a *Mag*[illegible] *tino.* Quo anno Duci nobiliſſimo *Wratislao* (r) natus eſt filius *Spitig*[illegible] Anno Domini *milleſimo xxxviij.* obiit Dux *Boleslaus*, quo eciam anno D[illegible] *Odalricus* obiit, qui fuit frater *Jaromir* Epiſcopi ſupra. Iſto temp[illegible] Illuſtriſſimus Dux *Wratislaus*, de quo ſupra omni virtutum ornamento pre[illegible] fulgidus victorioſiſſimus, anno iiij. ſui Ducatus, in vindictam injuriar[illegible] quas Dux *Mesko Boemis* intulerat, defuncto *Kazimir* nobili *Polonie* Duc[illegible] duobus parvulis derelictis oportunum tempus eſtimans intrat *Polonia*[illegible] urbem *Cracow*, & omnes alias incendio & ferro vaſtat, antiquis thez[illegible] ris expoliat, Metropolim *Gnezden* capit, in qua tunc ſancti *Adalbert*[illegible] corpus in baſilica ſancte *Marie* virginis quieſcebat, quod furioſi *Bo*[illegible] rapere cupientes, nec *Severi* Epiſcopi monita audientes, qui conſul[illegible] eis, ut non cum furia, ſed cum vera confeſſione peccatorum, & vite eme[illegible] dacione, & triduano premiſſo jejunio, cum magnaque reverencia tempt[illegible] rent recipere ſanctum corpus, *Boemi* autem inebriati furore parvi penden-tes juſſa Preſulis fecerunt impetum, ut raperent ſacrum corpus, & ſta-tim in amenciam verſi, ſtabant ſtupefacti per ſpacium trium horarum, tan-dem divina gracia miſerante ad priſtina reſtituti, egerunt penitenciam, videlicet triduanum jejunium, cum promiſſione emende, & peccatorum confeſſione. Eadem nocte ſanctus *Adalbertus* apparuit Epiſcopo [illegible] dicens, Deus dabit, quod petitis, quod non repetitis mala ope[illegible] feciſtis, que cum Duci *Wratislao* Epiſcopus retuliſſet, Dux & co[illegible]

(r) Braczislao ſeu Brzetislao.

hilarati gracias egerunt Deo, & ſancto ſuo Patrono, congregato ergo clero, & populo univerſo intrantes Eccleſiam proſtrati diucius orabant, tandem aſtante Epiſcopo Dux ſurrexit, & ſtans in ambone cunctos jubet levare dextras contra ſancti ſepulcrum, & ipſe voce ſonora leges optimas pronuncians, tam de religione *Criſtiana*, quam cuilibet bonis moribus obſervandis omni conſilio decrevit firmiter obſervandas, quas conſtituciones & penas civiles Epiſcopus anathemate confirmavit, & ſic ad tumulum Epiſcopus & Dux, & pauci comites accedentes, & aperto ſarchofago cum mira odoris fragrancia ſaciante, & ſanante egrotos, & ſacrum corpus cum devocione & lacrimis Dux & Epiſcopus levaverunt, tam clericis, quam laycis altiſſimis vocibus laudantibus Deum. Corpus eciam *Gaudencii* germani eiusdem cum quinque fratrum Martirum cum infinitis thezauris portaverunt ad urbem *Pragam* in vigilia ſancti *Bartholomei* Apoſtoli cum indicibili gaudio in Eccleſia ſancti *Viti* ſacrum thezaurum locaverunt, ad laudem *JESU Criſti*, ut habetur in legenda, & vita ſancti *Adalberti*.

Verum quia humani generis inimicus invidus devocioni multorum, incitans linguas malorum, quod Summo Pontifici preſumpcionem Ducis *Wratislai* & Epiſcopi *Severi* accuſant fortiſſime, miſſis autem nuncciis *Boemorum*, & auditis excuſacionibus humilibus eorundem, Deus cor ſui Vicarii & ſacri collegii vertit in manſuetudinem, & data ſentencia precepit, ut Dux & Epiſcopus ſolempnem Eccleſiam conſtruerent cum numero clericorum, & potenter dotatam, ad laudem predictorum Sanctorum. Quod cum Dux & proceres & populus audiſſent, gracias agentes Deo in *Boleslaw* urbe, libenti animo perfecerunt cum nobili collegio clericorum, ut preceperat ſanctus apoſtolicus urbis *Rome*. Facta ſunt hec ſub anno Domini *milleſimo triceſimo nono*, Pontifice *Pragenſi vj. Severo* preſidente.

De Severo Epiſcopo.

Severus nacione *Boemus* ſedit annis 36. Hic cum Duce *Wratislao* proſperam & adverſam fortunam ſatis expertus eſt, nam ante Epiſcopatum fuerat ſibi nimium graciosus. Primus cum Duce in venacionibus, aprum primus capiebat, & caudam pro Duce paravit. Unde dixit ſibi Dux, aliquando pro tam dulci edulio dignus es Epiſcopio, quod & factum eſt gracia omnium, poſt aliquando a Duce *Wratislao* captus & cathenatus, utrumque ſimul martirium paſſus eſt, publicum & occultum.

Digitized by Google

Hic vere tempore toto ſui preſulatus ſine condicione *Boemie* & *Moravie* epiſcopatum quaſi unum & individuum gubernavit. Verum nimis victus inportunitate precum *Wratislaus* poſt mortem *Spitignei* conſenſit ordinari *Johannem* quendam in *Moravia* Epiſcopum, ſub certis pactis ſcilicet, quod Epiſcopus *Pragenſis* in recompenſacionem haberet in *Boemia* duodecim villas, quas vellet eligere, & centum marcas argenti de camera Ducis annuatim &c. Anno autem Dominice Incarnacionis *milleſimo lxvij. quinto ydus Decembris* defunctus eſt, & ſepultus.

Audita autem morte *Severi* Epiſcopi *Conradus* & *Otto* frater eius de *Polonia* revocaverunt fratrem eius *Jaromir*, & diſtinctum cingulo militari, cenſura & habitu clericali reſumptis, fratri Duci *Boemie Wratislao* humiliter ſupplicantes, ut memor ſit ordinacionis paterne, & germanitatis fraterne, & ſacramentorum, quibus adjuraverat comites & alios, ut *Jaromir* poſt mortem *Severi* ſi ſuperviveret, Epiſcopum ordinaret, qui vulpina calliditate diſſimulans, volens excludere fratrem ſuum, convocat fratres, comites & cleros in loco, juſſitque in medio venire *Saxonem* quendam ſuum capellanum *Lanzonum* nomine, & ſic ait; Egregia tua fides michi ſpectata cottidie cogit me, ut faciam, que facturus ſum, accipe baculum & annulum, eſto ſponſus *Pragenſis* Eccleſie. Fit tunc murmur in populo, nec vox congratulacionis reſonat, ut eſt moris. Tunc *Coyata* comes Palatinus, in ſermone verax, & ſimplex in verbo, percuſſit latus *Ottonis*, dicens, quare non adjuvas fratrem tuum; an non vides, quia frater tuus confunditur, & alienigena, qui huc venit ſine braccis, in ſolio ſublimatur, nonne pater veſter omnes vos adjuravit, ut poſt obitum *Severi Jaromir* frater veſter Epiſcopus ordinetur. Si ergo Dux frater veſter patris violat ſacramentum, nos non poſſumus conſentire, ut iſte alienigena Ducis filio preponatur. Frater veſter Dux *Spitigneus* aliquid ſapuit, quando una die omnes *Theutonicos* eliminavit de terra, & converſus ad Ducem dixit, quem te ipſum facis vivit adhuc *Romanus* Imperator *Henricus*, & vivat, cujus poteſtatem uſurpas, dans annulum & baculum paſtoralem famelico cani, tunc ſimul cum prefecto urbis *Zatez Coyata* capientes dextras trium germanorum, eamus inquiunt, & videamus, ſi unius verſucia prevalebit, an equitas & juſticia trium fratrum, quos par etas, una voluntas, eadem poteſtas ſociat, & major milit[illegible] copia juvat. Fit per caſtra commocio, arma, arma clamant ſinguli, majorque pars militum ceſſit ad tres illos germanos Duce relicto. Videns autem Dux ſe deſtitutum, fugit, quantum potuit, timens ne ipſi preoccuparent *Wyſſegrad*, vel urbem *Pragam*, mittenſque ad fratres nuncium

non

Digitized by Google

[illegible] propter malivolam linguam *Coyate*, vel filii *Bozen*, quorum conſilio [illegible] quid feceram, ſed memor patrum (r) ſacramenti, quod poſcit juſticia, & fraterna dileccio, faciam, tantum ſequimini me ad urbem *Pragam*. Illi autem caſtra metati ſunt juxta villam *Coſtmar*, & mittunt ad Ducem, ſi dicta probare velit, quos ille benigne ſuſcipiens, *Jaromir* fratrem ſuum ſtatim in Epiſcopum eligit, & tres comites cum eodem dirigit ad Imperatorem, rogans confirmari & conſecrari electum, *Ottonem* vero & *Conradum* cum pace remittit in *Moraviam*.

Coyata vero & ſocii eius, niſi nocte fugiſſent, Dux eos ſine audiencia puniviſſet. *Jaromir* autem a comitibus *Henrico* Imperatori preſentatur in Vigilia *Joannis Baptiſte* inveſtitum per annulum & baculum, Dominica ſequenti *Maguntinus* Archiepiſcopus conſecrat eum, mutato eius nomine *Gebehardus* anno Domini *M. lxviij. ſexto nonas Julii* in Eccleſia *Maguntina*.

De levitate novi Epiſcopi Jaromir, qui dictus eſt Gebehardus.

Eodem autem die ſue conſecracionis ſtatim poſt prandium *Jaromir*, qui dictus eſt *Gebehardus* egreditur *urbem Maguntinam* & tranſit *Renum*, & quendam militem ſuum nomine *Wilhelmum* lavantem pedes inpingit in fluvium, retro ipſum veniens, dicens, denuo te baptizo *Wilhelme*, qui vix natando evaſit mortem, & emerſus dixit, ſi ſic baptiſas, deliras Epiſcope. Veniens autem *Pragam* eo die, quo intronizatus eſt, contulit capellano ſuo *Marco* Prepoſituram *Pragenſem*. Hic *Marcus* nomine, nobilis genere, literatura ſummus, quitquit religionis eſt habitum in *Pragenſi* Eccleſia, ſua ordinavit prudencia, prius enim erant canonici ſervientes in habitu laycali, ut beſtiales & acephali viventes. Hic XXV. meliores ordinavit, dans eis religionis habitum, & cibi menſuram ſecundum regulam, unicuique fratrum XXX. modios annuatim tritici, & totidem avene, inſuper & quatuor denarios in ſeptimana pro carne. Hic glorioſus Prepoſitus poſt triginta annos prepoſiture *xviij. Kalendas Decembris* migravit ad lucem.

Ca-

(r) paterni.

Capitulum de temeritate Gebehardi contra Johannem Epiſcopum Moravie.

Predictus autem Pontifex *Gebehardus* non contentus propria ſede, nititur muneribus & precibus *Johannem* Epiſcopum *Moravie* eliminare de terra, verum cum hoc facere manu laycali non poſſet, perſonaliter ivit ad eum viſitacionis cauſa, ut eſt moris, quem cum libenter idem *Johannes* Epiſcopus ſuſcepiſſet, & duxiſſet in cameram, ille immemor honeſtatis, & fraterne ſocietatis, & gradus Epiſcopalis apprehendit *Johannem* Epiſcopum per capillos, & a terra elevavit, & proiecit ad terram, & ſociis convocatis & pedibus conculcat, & lacerat quaſi usque in mortem, & ſaciatus aufugit quaſi victor. *Johannes* autem Epiſcopus ſic confuſus notificat Duci, que facta ſunt, & Dux pias effundens lacrimas, miſit milites pro eo, qui perducerent eum *Pragam*, & curat Apoſtolico nuncciare per literas, & per nunccium ſpecialem *Theutonicum* capellanum *Johannis* Epiſcopi, ut Apoſtolico referat mala facta germani, & levitates ipſius, ac tam crudelem percuſſionem factam in perſona *Johannis* Epiſcopi *Olomucenſis*.

De adventu Cardinalis Romani.

Hic autem incautus nunccius cum *Ratisponam* veniſſet, & poſt cenam inter pocula interrogaretur ab hoſpite, ut diceret ſui itineris cauſam, nullum enim ſecretum, ubi regnat ebrietas, occultatur, omnia ſui itineris ſecreta revelat, que idem hoſpes fingens ſe longius ire, diſſimulat, & cogitat impedire, erat enim ſervitor & miles ipſius *Jaromir*, & ab eo recipiebat annuatim XXX. marcas. Mane autem ſequenti, dum nunccius predictus eſſet in via, mittit latrunculos, qui eius iter impediant, & privant naſo, literis, & pecunia, & niſi retrocedat, gladiis minantur occiſionem, qui turpiter confuſus remeavit in *Boemiam*.

Que facta Dux audiens, & dolens, per alium nunccium cauciori modo Apoſtolico omnia nuncciavit, Summus autem Pontifex *Gregorius* ſtatim legatum dirigit Cardinalem cum plenitudine poteſtatis, contempnentes ut errata corrigat, & anathemate feriat delinquentes. Idem Cardinalis venit *Pragam*, Epiſcopos duos predictos, Clericos & Abbates convocat ad ſynodum, ſub pena privacionis. *Gebehardus* autem bis terque vocatus venire contempſit, dicens, ſine ſuo Metropolitano *Maguntino* venire non poſſe, tunc Legatus officio & beneficio privat eum.

Cle-

Digitized by Google

Clerus autem *Pragenſis* nudatis altaribus omnem celebracionem ſuſpendunt, proteſtantes, nunquam ſe divina celebraturos officia, niſi Epiſcopus ſuus reſtituatur in gradum; tunc Cardinalis neceſſitate compulſus, [illegible] eum ad ordinem ſacerdotalem tantum, & ambos Epiſcopos citat [illegible], qui cum eſſent Apoſtolico preſentati conſpectui, nullo eis dato reſponſo mittuntur ad hoſpicia, ut majori deliberacione tractarentur negotia eorum. Eodem tempore *Mathildis* comitiſſa *Burgundie*, & *Lombardie* erat *Rome*, que Mater erat *Romane* Eccleſie, & defenſatrix, ac [illegible] magnifica, que recognoſcens *Gebehardum* ſuum conſanguineum materno ſanguine deſcendiſſe, precibus obtinuit, ut facta pace inter Epiſcopos, uterque eſſet parochia ſua contentus, & datis literis ad propria redire mandavit utrumque Apoſtolicus precibus comitiſſe, & certe *Gebehardus* fuiſſet privatus Epiſcopatu, niſi *Mathildis* interveniſſet. De [illegible] *Mathilde* quere in precedentibus de Ducibus.

Capitulum de Coſma Epiſcopo.

Coſmas nacione *Boemus*, poſt obitum *Jaromir*, qui & *Gebehardus* dicitur, in *Pragenſem* Epiſcopum eligitur, procurante Rege *Wratiſlao* patre juvenis *Wratiſlai*, & ſimul cum *Andrea* electo pro Eccleſia *Moravie*, quam deſtitutam Papa & Imperator decreverat *Pragenſi* Epiſcopo uniendam, qua neceſſitate compulſus Rex, ne careret Epiſcopo, iterum ſuſcitaverat novum Epiſcopum quendam *Symonem* ſtatuendum, ac Imperatori *Henrico tercio* ex parte Regis predicti preſentatur; verum eos Imperator precibus Regis annulo & baculo inveſtit, & eos pro expectanda conſecracione remiſit ad propria.

Verum antequam conſecrari poſſent, Rex *Boemicus* moritur, & filio in *Ungaria* fugitivo morante *Wratiſlao* nomine, *Conradus* in ſolio ſublimatur.

Hic Dux ſtatim ad Imperatorem ſcripſit, & miſit, rogans, ut predictorum eleccio caſſaretur, cui Imperator reſpondit, quod ſcripſi ſcripſi. Predictus autem *Coſmas* electus, eſt reverſus in *Pragam*, expectans tempus conſecracionis ſue, quem Dux benigne recepit; non obſtante, quod contra eum ſcripſit Imperatori *Henrico*. Interim Imperatore *Henrico tercio* in Ytalia occupato, *Otto* eodem tempore filius Regis *Wratiſlai*, qui erat in *Ungaria*, revertitur, & a *Coſma*, clero & populo cum proceſſione, & ſummo cunctorum gaudio in paterno ſolio ſancte *Marie* patrocinio ſublimatur, Anno Domini *milleſimo centeſimo, duodecimo Kalend. Octobris*, quo anno

fuit ecclipſis ſolis ff. vj. poſt meridiem *xij. Kalendas Octobris.* Eodem tempore quidam pſeudo-Epiſcopus venit *Pragam* incognitus, quem Dux & *Cosmas* electus benigne ſuſcipiunt, actus Pontificales exercere demnunt, dicebat enim ſe in civitate *Vaſconie Cavillonenſem* multis annis rexiſſe eccleſiam, multas eccleſias conſecrat, & clericos ordinat, criſma ſacrum in *cena Domini* conſecrat, & omnia pontificalia exercet. Die autem *Paſche* ipſo coram Duce & electo celebrante divina quidam incognitus, ſui tamen erroris conſcius, adveniens, & clam in aure quid dixerit, ignoratur, niſi quod ſtatim territus fuit in tantum, quod neque electus, neque Dux optinere potuerunt, ut perficeret ebdomadam *Paſche*, & quo diverterit, ignoratur. Comperto autem, quod pſeudo erat Epiſcopus, mittunt Dux & electus in *Vaſconiam* ad *Deſiderium* Preſulem, qui reſpondit, talem nunquam in *Vaſconia* Epiſcopalem Kathedram aſcendiſſe. Miſerunt ergo ad Papam *Clementem* conſilium poſtulantes, qui mandavit, omnia que fecerat irritanda, Eccleſias conſecrari de novo, baptizatos tamen in forma non rebaptizari, ſed tamen criſmate iterum confirmari, ordinatos non reordinari, ſed inter ordinandos ſtare, & per ſolam manus impoſicionem recipere illius ordinis benediccionem, & ſic curata ſunt vulnera inflicta *Pragenſi* Eccleſie per pſeudo-Epiſcopum, a Domino *Clemente* Papa tercio *Romanam* Eccleſiam gubernante.

De generali Synodo celebrata, Capitulum.

Anno Domini *milleſimo nonageſimo*, indicta eſt Generalis Synodus tocius *Romani* Imperii, in qua ſynodo *Cosmas* ad *Pragenſem* Eccleſiam, & *Andreas* ad *Moravienſem* precibus junioris Ducis *Wratislai*, quos prius *Henricus* Imperator inveſtierat per annulum & baculum a *Maguntinenſi* Preſule conſecratur. Eodem anno *Cosmas* juſſu Ducis conſecrat altare ſanctorum *Viti* & *Wenceslai Prage* templo nondum perfecto.

Anno autem Domini *M. nonageſimo ſeptimo*, jubente Duce idem templum perfectum eſt, & a *Cosma* Pragenſi Epiſcopo conſecratur. Eodem anno fuit commocio peregrinancium ad ſepulcrum. Fuit autem iſte *Cosmas* humilis, ſimplex, paciens, illatas injurias equanimiter ſuſtinens, recognoſcentibus ſuas culpas clemens indultor, orphanorum, viduarum, infirmorum, & omnium egenorum pius adiutor, ultime diei non immemor, exequiarum promptus extitit executor. Hic eodem anno *iiij. ydus Decembris* migravit a ſeculo, vivit in *Criſto* gemma ſacerdotum.

An-

Digitized by Google

Anno Domini *milleſimo nonageſimo nono* poſt eius obitum pius Dux *Wratiſlaus* animarum ſalutem querens conſilium habuit cum quodam probo viro, olim conſiliario patris ſui, memorans illud *Salomonis* proverbium, amicum tuum, & amicum patris tui pro conſilio ſcilicet non dimittas. Vocat ergo ſuum generum per ſororem, tu inquit, patris mei amicus, *Boemorum* mores noviſti, & vitam, ideo tuo conſilio Epiſcopum eligere volo. Cui ille, olim dum pater tuus vixit, meum conſilium valuit, nunc autem alii ſurrexerunt, tamen ex quo petis, dico, quod in tam ſancto negocio, qui conſulunt utilitati Eccleſie, vacuos eſſe oportet ab ira & odio, a miſericordia, & amicicia. Me autem nec amicicia obligat, nec miſericordia ſupplantat, nec odium exagitat, nec ira inflammat, quo minus loquar, quod poſtulat ordo. Eſt patris tui, & nunc tuus capellanus *Hermannus*, qui ſemper fuit in ſervicio Regis conſtans, in commiſſis fidelis, in legacionibus fidus, caſtus, ſobrius, humilis, non vinolentus, non ambicioſus, non elatus, & que prima eſt in clerico virtus optime literatus, vir bonus & perfectus, niſi hoc ſolum obſit, quia hoſpes eſt, tunc Dux admirans utriusque conveniſſe ſentenciam, non, inquit, aliter cor tuum quam meum ſapiat, ymo quia hoſpes eſt, plus Eccleſie prodeſſe poteſt, non enim hunc parentela exhauriet, non liberorum cura gravabit, non cognatorum turba exhauriet, nec exſpoliabit, ymo ſponſa eius mater Eccleſia, quicquid habet, undecunque adveniet totum habebit. Nec mora, convocatis terre primatibus, & prepoſitis in Eccleſia *Boleslav* collaudantibus cunctis *Hermannus* nacione *Lotaringus* de genere ſancti *Lamperti* Epiſcopi & martiris ordine Diaconus *Boleslavienſis* Prepoſitus invitus in Epiſcopum eligitur, anno Domini *milleſimo nonageſimo nono pridie Kalendas Marcii*. Hic *Ratiſpone* ab Imperatore *Henrico tercio* annulum & baculum Duce illuc ſuum electum ducente recepit, ſed a *Seraphin Strigonienſi* Archiepiſcopo ordinatur Presbiter *iij. ydus Junii*. Ordinandus ergo in Epiſcopum mittitur *Maguncíam*, ſed quia *Rochardus* eiusdem Archiepiſcopus infamatus de ſymonia fugerat a facie legati Apoſtolici in *Saxoniam*, ad nutum imperatoris collaudantibus cunctis ſuffraganeis Eccleſie *Maguntine* a Cardinali *Ruperto Clementis* Pape legato in octava *Paſche* Epiſcopus ordinatur *vj. ydus Aprilis*. Hic ſedit annis XXII. menſibus decem diebus XVII. *Hermannus* Epiſcopus eodem anno vocatur ab Abbatiſſa ad dedicandam Eccleſiam ſancti *Petri* in territorio *Lundelunuch* (*t*) renovatam, Abbatiſſa autem Epiſcopo obtulit pallium pan-

(t) Alii Windelmuth.

Digitized by Google

panni lini de velo ſancte *Ludmille* inter reliquias collocandum, Epiſcopus autem contemſit, dicens, ſine Domina veculam in pace quieſcere, cui Abbatiſſa, noli ſic loqui pater, nam Deus per multa miracula nobis eam reddit glorioſam, Epiſcopus indignans pannum illum projecit in prunas ardentes, & ſtatim carbones levaverunt flammam, ita quod nec pannus extrahi potuit niſi ceſſante flamma, & tunc non combuſtus, ſed magis mundus aliqualiter eſt extractus. Tunc Preſul dans laudem Deo, in pixide cum aliis reliquiis veli particulam collocavit. Dedicata eſt igitur hec Eccleſia in honore ſancti *Petri* anno Domini *milleſimo centeſimo tercio, quinto nonas Octobris*. Eodem anno *Johannes* electus eſt in Epiſcopum *Moravie*.

Anno Domini *milleſimo centeſimo xxij. Non. Aprilis* fuit ecclipſis lune media nocte, qua *Judaicum Paſcha* celebratur. Eodem anno vir ſacer *Hermannus* virtutum lumine clarus Dominica illuceſcente in feſto ſancti *Lamperti* Epiſcopi & Martiris, cujus feſtum, dum vixit, ſolempniſſime celebravit, quia ex eadem linea traxit propaginem, ſcilicet de Traiecto, diem clauſit extremum.

Hic rexit *Boemorum* Eccleſiam annis xxij, menſibus vj. diebus xvii. Hic *Hermannus* nacione *Lotharingus* erat, genere ſpectabilis, incognitis formidabilis, domeſticis affabilis, morum qualitate incomparabilis, lucerna lucens, illuminans corda exemplo vite & verbo doctrine. Verum ad noſtram erudicionem, qui cathedras cupimus, vel tenemus, audite, hic cum videret infirmitatem ſuam invaleſcere, aſtantibus paucis circa lectum, ingemuit, & ſic ait; Secretum meum michi, ſecretum meum michi, & paulo poſt, hec olim debueram, cum ſanus fueram, cogitaſſe, hec in ambone loqui, fateor, ergo quia peccator peccavi, quia peccantes de peccato non redargui, & potentes inique agentes non ſolum, ut debui, non correxi, ſed honoravi, & amavi, quos arguere, & corrigere, & excommunicare debui, poſtquam enim occubuit *Wratislaus*, quo nec fuit, nec erit Dux melior in hac terra, floruit iniquitas, germinavit ſuperbia, pullulavit fraus, dolus, & injuſticia, & ego ſemper dolens dolui, quod michi cum bono Duce non licuit mori, ve michi, quia ſilui, quia apoſtatricem gentem non revocavi, nec in gladio anathematis pro *Criſto* dimicavi, ſed me ipſum & populum *Criſtianum* paſſus ſum per tactum manus cum gente non ſancta pollui, ſicut ſcriptum eſt, qui tangit immunda, immundus eſt, & qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, aut que convencio *Criſti* ad *Belial*, apoſtatricem gentem dico *Judeos*, qui per noſtram negligenciam relapſi ſunt in *Judayſmum*; unde valde timeo, ne *Criſtus* michi

michi hoc obiciat, & projiciat me in inferiorem infernum, nam intempeſto noctis ſilencio vox michi facta eſt, dicens, non ſtetiſti ex adverſo, nec dimicaſti, nec oppoſuiſti te murum pro domo *Iſrael*, ut ſtares in prelio in die Domini, nam populum Domini non auro, non argento, ſed *Criſti* ſanguine redemptum per unam morbidam oviculam paſſus es contaminari, & a celeſti regno exterminari. Heu michi miſero: qualem me eſſe vellem, quam diverſus ſum ab illo, qualis olim eram, & ut ipſemet michi diſpliceo, quia parum boni me feciſſe video, his dictis expiravit, ut ſupra.

De Meynardo Epiſcopo.

Poſt hunc anno Domini *milleſimo centeſimo xxij. Meynardus* denus in ordine Pontificum eligitur in *Pragenſem* Epiſcopum. Hic *Meynardus* ſepulcrum ſancti *Adalberti* innovavit auro, argento, & lapidibus precioſis. Hic *Meynardus* accuſatus eſt a duobus Aſſiſſinis militibus, qui comprehenſi fuerunt a Principe dicentes, quod ipſius conſilio ordinaverant necem crudeliſſimam Ducis gladiis toxicatis, cum quibus comprehenſi fuerunt, nam Dux quodam die vocatis comitibus duobus, en, inquit, pre oculis ſunt inſidiatores vite mee, qui comprehenſi, & in concilio, ubi quaſi tria milia perſonarum fuerunt, confeſſi ſunt, quod quamvis primo multis inducciónibus a quodam milite *Wratiſlai* ſollicitati fuiſſent, ut Ducem occiderent, nec dediſſent aſſenſum, poſtmodum capellanus, nomine *Baſic* in tantum ſeduxit eos, quod perduxit ad *Meynardum* Epiſcopum, qui poſt multas inducciones & inproperia ſuorum, & injurias factas eis a Duce, commovit animos eorum, & poſt poſitis duobus digitis ſuper ſanctas reliquias, juraverat eis, quodſi Ducem interficerent, Dux ſequens eo melior ad ſuam voluntatem eos diviciis & honoribus exaltaret, quibus promiſſionibus nos ſeducti talia preſumpſimus digni morte, ibi enim iſtius conjuracionis inicium factum eſt.

Educti autem de concilio poſt confeſſionem, ſequenti die cum medico quodam horrendo ludibrio, & inſolito ſupplicio ſunt perempti. Alii cecati, alii capite ſunt truncati, quorum omnium auctor Epiſcopus, & capellanus ordinator publice ſunt delati. O magna paciencia Ducis, dum illi trucidantur, capellanus, qui diu latuerat, miſſus forte a diabolo, convenit ad ſpectaculum, & captus, quaſi ſimilia eſt confeſſus, & perpetuo cathenatus, indulta ſibi miſericordia in vita. Epiſcopus autem *Meynardus* turpiter ſic infamatus ab *Olomucenſi* & *Bambergenſi* Epiſcopis & ſeptem

Digitized by Google

ptem Abbatibus per depoſicionem ſuarum ſtolarum eſt expurgatus. Cumque hec excuſacio ſufficiens minime videretur, remiſſus eſt ad concilium *Maguntinenſe*, in quo concilio coram ſuo Metropolitano & aliis ſe excuſavit, dicens necem Ducis nunquam procuravi, ſed ſolum, quod *Wratislaus* poſſet a carcere liberari.

In quo concilio *Innocencius tercius* fugiens a facie *Petri Leonis*, qui *Rome* occupabat Papatum, cum quinquaginta Epiſcopis & Abbatibus pluribus & Prelatis excommunicavit eundem *Petrum* deceptorem Papatus, & *Conradum* Regem, & complices eorundem extinquendo candelas. *Meynardus* autem taliter qualiter expurgatus in *Pragam* reverſus eſt, contra quem iterum ſui quidam confratres *Pragenſes* inſurgunt, accuſantes eum de predictis, & aliis criminibus multis, ſed ipſe ſe decenter de omnibus excuſavit, & omnem injuriam donavit illis, qui accuſaverant eum.

Tandem miſſus eſt a Duce *Sobieslao* in *Ungariam*, ut baptizaret filium generi ſui cecati Regis, cum multis proceribus *Boemorum*, qui a predicto Rege multum honorificencius ſuſceptus eſt, quam quando intronizatus eſt in *Praga*.

In die tamen *Penthecoſtes* baptizavit filium Regis, a quo Rege donis maximis remuneratus, morbo invaleſcente, in villa quadam Epiſcopatus, cui nomen *Seliv* ſe depoſuit, & Duci ſe viſitanti, & ad alia feſtinanti Epiſcopus, omnia que de *Ungaria* receperat, reſignavit. Poſt hec feliciter obdormivit, cuius venerandum funus *Pragam* portatum eſt.

Heynricius autem Epiſcopus *Olomucenſis*, qui funeris exequias celebrabat, lacrimabiliter obteſtatus eſt Ducem *Sobieslaum*, omnesque aſtantes tam clericos, quam laycos, ut ſi aliqui maligno ſpiritu magis quam veritate commoti contra miſerum alienigenam habuiſſent, ſaltem tunc miſero indulgerent. Expleto autem funeris officio in Eccleſia ſanctorum martirum *Viti* & *Wenceslai* ſepelierunt eum. Huius infortunia ſi quis magis ſcire deſiderat, ad ſuperiora recurrat.

De Johanne Prepoſito Wyſſegradenſi electo in Epiſcopum.

Johannes Prepoſitus *Wyſſegradenſis* a Deo predeſtinatus poſt *Meynardum* eligitur, non obſtante multorum indictione in contrarium acta tam Duci, quam Imperatori de ipſo, anno Domini *milleſimo centeſimo xxxv*, quem Imperator cum proceſſione venientem pro inveſtitura recipi juſſit, & ipſe eciam perſonaliter ſibi occurrit, quem pontificalibus inſigniis ce-

Digitized by Google

[illegible]tum miſit ad Preſulem *Maguncie* conſecrandum, quod eciam factum eſt xiij. *Kalendas Marcii* cum gaudio magno.

Dumque rediret, antequam venit *Pragam*, occurrentem in via Eccleſiam dedicavit. Peragente autem eo ex more dedicacionis miſteria Nonas *Marcii*, ſignum magnum apparuit in celo, ſolis enim rota quatuor circulis circumdata videbatur, & fere trium horarum ſpacio permanſit. Poſtea autem *Johannes* veniens *Pragam* ad ſedem ſuam cum magno gaudio eſt ſuſceptus.

Accidens de quadam muliere contracta, Capitulum.

Quodam tempore cuidam mulieri contracte, que per plures annos jacuerat in lecto, ipſa ſic ſola iacente aliis omnibus feſtantibus in domo vicina, ſubito beati *Johannes Evangeliſta*, & beatus *Gothardus* pontificalibus induti apparuerunt, & eduxerunt eam ſubito, & poſuerunt eam in villam, que vocatur *Zlatty* (u) in Eccleſia, quam quidam nobilis edificaverat, in honore ſancti *Gothardi* Epiſcopi & Confeſſoris, ubi ſenſit odorem mire ſuavitatis, & vidit viros preclaros facie, laudes canentes Deo, ſtatimque ſanata eſt, cumque vellet in aureo offerre ſuper altare, beatus *Johannes* prohibuit dicens, non modo, ſed cras in tua Eccleſia, & enarra mirabilia Dei, maritus autem ſuus domum reverſus, cum non inveniſſet uxorem paraliticam, quam dimiſit, & undique queſitam penitus non inveniret eam, convocatis vicinis plorabant eam, & ecce ſubito mulier ante hoſtium ſana ſtetit, & in craſtino in Eccleſia inaures obtulit, narrans omnia mirabilia Dei. Eodem tempore *Olomucenſis* Epiſcopus aſſumpta cruce de altari vadit predicare *Prutenis*, & parum profecit. Eodem tempore, ſcilicet anno Domini *milleſimo centeſimo xlij.* regnante Imperatore *Conrado* nondum coronato, inter Ducem *Boemie Wladislaum*, qui patruo ſuo *Sobieslao* in Ducatu ſucceſſerat, & inter *Conradum* Ducem *Moravie* orta eſt diſcordia, & bellum graviſſimum geritur. *Pragenſe* caſtrum invaditur, monaſterium ſancti *Georgii* comburitur, moniales fugiunt ultra *Pragam* ad Eccleſiam ſancti *Johannis*. *Wladislaus* Dux *Boemie* contra *Conradum* Ducem *Moravie* invocat auxilium Regis *Conradi*, qui Rex venit cum Epiſcopo *Sdico* in auxilium Ducis *Boemie*. Quo audito Dux *Moravie* cunctis vaſtatis fugit.

Anno Domini *milleſimo centeſimo xxx.* *Johannes Pragenſis* Epiſcopus menſe *Marcii* infirmari cepit, & longa maceratus egritudine *vj. ydus Au-*

(u) Zlapy.

Digitized by Google

Auguſti migravit ad Dominum. Sepultus eſt autem in capella ſancti *Gebardi* Epiſcopi & Confeſſoris, quam ipſe conſtruxerat, cui *Silveſter* Abbas *Zazavenſis* per eleccionem ſucceſſit, cuius eleccio fuit irrita, & inanis.

De Wratislao Epiſcopo.

Valentinus Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit *Wratislaus*, (x) qui in Epiſcopatu ducatum tenuit, anno Domini *milleſimo centeſimo lxxxvij.* Dux cum omnibus Principibus terre ſue, & Epiſcopus *Wratislaus* cum univerſo clero ad ſynodum Ceſaris ſunt vocati. *Romanus* tunc Imperator cum multitudine *Criſtianorum* ultra mare in adiutorium profectus eſt, & naufragio periit, & in *Antiochia* ſepelitur. Dux autem *Conradus* cum filio Imperatoris in *Apuliam* rediens, obiit, & oſſa illius in *Pragam* ſunt relata. *Wenceslaus* Dux de ſolio depellitur, & *Primisl* Dux efficitur, & poſt tres menſes de ſolio pellitur, & civitas *Praga* in manus Epiſcopi reſignatur.

Anno Domini *milleſimo centeſimo nonageſimo tercio* *Wratislaus* Epiſcopus ab Imperatore habuit vexilla ducatus pro ſe & ſuo Ducello, non tamen obmittens nomen Epiſcopatus. Qui Dux & Epiſcopus obiit anno Domini *milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo, xvij. Kalendas Julii.* Cui ſucceſſit in Epiſcopatu *Fridericus* Epiſcopus, qui obiit anno Domini *milleſimo centeſimo nonageſimo nono.* Cui *Daniel* Epiſcopus ſucceſſit.

Anno Domini *milleſimo C. nonageſimo nono* *Primisl* coronatus in Regem, qui dimiſſa uxore ſua duxit ſororem Regis *Ungarie.* Hic eciam rebellans *Philippo* Regi, *Ottoni* Imperatori fecit omagium, qui tamen anno Domini *milleſimo ducenteſimo* rediit in graciam *Philippi*, hic *Philippus* cepit *Colonienſem* Archiepiſcopum. Eodem anno *Cunegundis* filia Regis *Philippi* data eſt in matrimonium filio Regis *Primisl* *Wenceslao*, & eodem anno *Philippus* occiſus eſt ab *Ottone Palatino*, & *Otto Rome* Imperator efficitur.

Anno autem *milleſimo CC. undecimo* Rex *Primisl Boemie* rebellat Imperatori.

Anno Domini *milleſimo ducenteſimo duodecimo* facta eſt allacio reliquiarum ſanctorum *Jacobi*, *Thome*, & *Thadei*, Apoſtolorum, & *Mauricii* de *Theutonia* in *Pragam*. *Fredericus* Rex *Cecilie* venit in *Theutoniam*. Anno Domini *milleſimo ducenteſimo decimo nono* *Daniel Pragenſis* Epiſcopus moritur, & *Andreas* ſubſtituitur, qui poſuit *Boemiam* ſub interdicto, &

(x) Brzetislaus, nempe Henricus.

abiit *Romam*, ubi mortuus eſt. *Gregorius* autem Cardinalis Eccleſias aperuit, & interdictum relaxavit. Anno autem Domini *milleſimo CC. xxij. Honorius* tercius confirmavit ordines *Predicatorum* & *Minorum*. Eodem anno *Peregrinus* electus eſt in Epiſcopum *Pragenſem*. Eodem anno *Conradus* Cardinalis intravit Boemiam. Et anno Domini *milleſimo ducenteſimo xxvij. Predicatores* ceperunt domum in *Praga*. Et anno Domini *milleſimo CC. xxvij. Johannes* Epiſcopus conſecratus eſt. Anno Domini *milleſimo ducenteſimo xxxij.* fratres *Minores* receperunt domum Prage. Et eodem anno ſancta *Elizabeth* canonizata eſt. Et anno ſequenti ſancta *Agnes* filia Regis *Premisl* ſpreto connubio regali & Imperiali cum decem ſodalibus intravit clauſtrum ſancti *Franciſci*, & aſſumpſit habitum pauperum Dominarum ſub regula ſancte Clare de *Aſſiſſio*. Cui Papa *Alexander* miſit reliquias venerandas ſub bulla Papali, inter quas eciam miſit ſibi digitum precioſum ſancti *Nicolai* Pontificis, de quo ſupra. Eodem anno *Sdico Olomucenſis* Epiſcopus Eccleſiam in monte *Rzip* conſecravit, quam *Boleslaus* a fundamentis erexerat, vel renovaverat. Hic *Sdico* electus fuerat ad predictam *Olomucenſem* ſedem eodem anno ſecundum ſtatuta canonum conſecratus, & mutato nomine Barbaro vocatus eſt *Heynricus*. (y) Eodem anno caput ſancti *Adalberti* eo quidem loco, ubi martirio coronatus eſt, & fuit tumulatus, repertum eſt.

Rex glorioſus *Wratislaus Wyſſegradenſem* Eccleſiam juxta *Pragam* a fundamentis erexit, & exemplo magni *Conſtantini* auguſti duodecim cophinos terre a fundamentis propriis humeris exportavit, canonicas inſticiones donis multis & diviciis ampliavit, eamque ſancto *Petro* & *Romano* Pontifici aſſignavit, quam Papa *Alexander* per legatum Cardinalem *Tuſculanum* conſecrari mandavit, Prepoſito & ſacerdoti celebranti dyacono, & ſubdiacono in ſolempni miſſa infulis & ſandalis uti conceſſit, & multis exempcionibus decoravit, & ſub proteccione ſancti *Petri* & Sedis Apoſtolice reſervavit. In pariete eciam ejusdem Eccleſie pictura oſtendit. Dux *Wratislaus* (z) filius dicti Regis dormiens a ſancto *Petro* fuit graviſſime verberatus pro eo, quod circa eiusdem Eccleſie Canonicos dure procedebat. Verum quia vexacio dat aliquando intellectum, ſequenti mane oſtendit plagas & veſtigia percuſſure, & ex tunc predictam Eccleſiam innovavit, donis multiplicibusque ampliavit, coronam auream in ea ſuſpendit pondere marcarum xij. argenti vero octoginta, es & fer-

 rum

(y) Reliquorum Epiſcoporum memorias ſparſim libro ſecundo complexus eſt. (z) Alii de Friderico Wladislai filio id narrant.

rum ſine numero optulit, pavimentum politis lapidibus exornav *mane* Eccleſiæ privilegiis communivit.

Karolus autem quartus *Romanorum* Imperator & ſemper Boemie illuſtriſſimus Rex eam glorioſius effecit. Nam altare, u *Petrus* Apoſtolus vadens *Romam* miſſam celebravit, in portu exitu maris, in quo dum poſt eum beatus *Clemens* ſucceſſor di cionis Eccleſie eiusdem, quam cum multis Epiſcopis conſecravi celebraret, in ſignum divinum tres gutte ſanguinis de naſo eiu runt, quem lapidem predictus *Karolus* ſecari fecit per mediu Papam *Innocencium* nunc Sedem Apoſtolicam gubernantem, (a conſecratum ad predictam Eccleſiam deportavit, (*b*) ut ſit ibi b Sedes & ſpecialis manſio in perpetuum ſicut *Rome* ad laudem noſtri *JESU Criſti*, cui laus & gloria ſemper, Amen.

Et ſic eſt finis hujus Cronice Boemorum.

(*a*) Hem tempus, quo ſcripſit, & Chronicon ſuum finivit Marignola. Inn ab anno 1353. uſque 1363. præfuit ſedi Romanæ. E quo jam certu Pulkavam decem annis ſerius ſuum Chronicon finiiſſe. (*b*) Hujus r primam debemus Marignolæ.

Digitized by Google

BREVE CHRONICON HUNNO-BRODENSE.

Chronicon hoc debemus gratiæ ac benevolentiæ Illuſtriſſimi ac Excellentiſſimi DD. Emanuelis Comitis de Waldſtein Epiſcopi Litomericenſis, quod nobiſcum ex Bibliotheca Waldſteiniana Duxovienſi gratioſiſſime communicavit. Habetur id in MS. Codice chartaceo miſcellaneo Hiſtorico, quem ante ſæculum Reverendiſſimus D. Thomas Peſſina de Czechorod Epiſcopus Samandrienſis, & Martis Moravici author congeſſit. Author, ut ex fine teſtatum ſit, id anno 1666. Hunno-Brodæ ex variis manuſcriptis ſchedis & fide dignorum relatione, tum ſua notitia compilavit; & quanquam nomen ſuum nuſpiam prodat, conjicere tamen licet eum ſeu ſyndici ſeu ſenatoris munere in hac urbe functum, qui ad archivum curiæ acceſſum habuerit, indeque fragmenta quæpiam diplomatum excerpſerit. Non contemnendæ in hoc brevi Chronico hujus civitatis memoriæ, præſertim cœnobii ordinis Prædicatorum, & gratioſæ iconis B. V. M. Czaſtochovienſis hodie in Polonia cultu celebris, quæ abhinc originem ſuam traxiſſe traditur. Nec deſunt memoriæ irruptionum Hungaricarum, Tartaricarum, Turcicarum & Suecicarum, quæ ob brevitatem facile excurret Lector, ut ſupervacaneum cenſeamus plura prænotare.

Quædam memoriæ veteres occaſione conditæ urbis Hunno-Brodæ ſeu Brodæ Hungaricæ.

Anno 1049. *Andreas* Rex *Hungariæ* urbem *Brodam* ſic dictam *Hungaricam* condidit, quæ jacet in quodam promontorio ſub ſalubri climate inter meridiem & ortum ſupra fluvium *Olſſavam*. Duabus Eccleſiis ornata eſt, fuitque olim, nempe monaſterio ordinis S. *Dominici Prædicatorum*, & templo Parochiali, quod honori S. *Johannis Baptiſtæ* Patroni ur-

urbis dedicatum eſt. Tertia Eccleſia hodie in ruinis eſt, quæ ab hæreticis *Waldenſibus* conſtructa fuit.

Anno 1068. *Salamon* Rex *Hungariæ* filius *Andreæ* Regis *Hungariæ* duos Marchiones Moraviæ *Ottonem* & *Conradum* pactis ſimul initis adegit, ut alter eorum muros, alter valla civitatis, quæ hodiedum ſtant, conſtruere compelleretur.

Anno 1262. Monaſterium ordinis *Prædicatorum* ſub titulo B. *Mariæ* in cœlos aſſumptæ in urbe *Broda* conditum eſt a quodam monacho ejusdem ordinis, cujus nomen erat *Melchior*, quibus tamen ſumptibus id præſtiterit hodie incognitum.

In hoc monaſterio, ut traditiones ferunt, erat miraculoſa imago B. *Mariæ* Virginis, quam B. *Lucas* penicillo ſuo pinxerat. Fiebant ad eam frequentes peregrinationes ex *Ungaria*, *Auſtria*, *Sileſia*, *Polonia*, & *Bohemia* per multa millia hominum, durabatque peregrinatio præcipue per quatuor dominicas circa feſtum *Aſſumptæ Virginis*, quibus multas indulgentias lucrabantur huc peregrinantes. Hodiedum ejusmodi privilegia & indulgentiæ in vigore ſunt, habenturque nundinæ per quatuor dictas dominicas in hac urbe.

Dein poſtquam bella *Cumanorum*, *Turcorum*, *Tartarorum*, & aliarum gentium invaluerunt, atque non modo *Moraviam* ſed alias etiam regiones inundarunt, ac pene ad incitas redegerunt, habetur quædam memoria mirabilis facti in ſuburbio *Brodenſi* hujus tenoris: Quidam Rex, cujus nomen amiſſum, propter magnam cladem ſuorum & integrum pene exercitum ſuum diſperſum deletumque vix hoſtium manus evaſit, equo ſeu occiſo ſeu dimiſſo ſolus unusque verſus *Brodam Hungaricam* fugam arripuit, & per montes ac ſilvas ſalutem quærens devenit ad quoddam nemus, quod hodiedum Kralowsky hag Regium nemus vocatur. In hac arborum denſitate cum erraret, præter opinionem obvium ſibi habuit quendam incolam ſuburbanum *Brodenſem*, qui lignorum domum devehendorum cauſa hoc nemus acceſſerat. Quem ut incola otioſum deambulantem conſpexit, ignarus quis eſſet, nec enim veſtium ornatu (quo carebat) regium quid aut nobile portendebat, inclamat, & in operæ auxilium vocat, præter moram Rex adjutricem manum dedit, lignaque cum incola ſedulo in currum congeſſit. Cum autem plauſtrum jam ſat onuſtum eſſet, domumque meditaretur, aſſumpſit errabundum Regem ſecum in hoſpitium ſuum, atque dum paulo poſt tempus prandii adeſſet, juſſit eum una aſſidere menſæ, quare cum præter conſuetudinem uno conviva plus adeſſet, incola uxorem ſuam his verbis inclamavit: Zeno přjileg wicze pro toho-

ho-

[illegible] Quod eſt: *Uxor affunde plus piſorum pro iſto calvo.* Id poſtea in proverbium tranſiit, hodieque apud nos perdurat, ac in uſu eſt. Poſtea cum Rex adverteret ſe ſe jam ab hoſtibus ſuis ſecurum eſſe, prodidit ſe receptori ſuo quis eſſet, quæſivitque ex illo quid mercedis pro eo peteret, quod eum ex nemore in ſecuritatem deduxerit, atque domi ſuæ hoſpitaverit? Ad quod incola reſpondit, nihil amplius ſe flagitare, quam ut a rebus duabus per Regis gratiam immunis maneret: primo ne *robotam* ut vocant, poſthac amplius præſtaret; ſecundo ut a bernis & præſtationibus pecuniariis liber pronunciaretur. Quod utrumque obtinuit; quare defacto hoc prædium exemptum eſt, nulliſque oneribus aut præſtationibus quibusque ſubjectum.

Accidit deſuper quod idem Rex poſt manifeſtationem ſuam Conſulem civitatis Brodæ ad ſe evocaret, juberetque, ut illico adeſſet; Fuit autem Conſul eo tempore opificii ſui ſutor, qui, cum Rex mitteret, plane circa macerandum corium inter dolia occupabatur, qui fatuus homo Regi renunciari juſſit: Ne vitio ſibi det ad ejus juſſa præſto eſſe non poſſe, quod corium nunc operam ejus deſideret, magnumque ex neglectu & abſentia ſua periculum incurſurum eſſet atque damnum. Quæ frivola excuſatio adeo momordit Regem, ut indignatus edictum fecerit, ne ab eo tempore in perpetuum ullus unquam ſutorum in Senatum aut Conſulatum recipiatur. Quod hodiedum accuratiſſime ſervatur, adeo ut nemo hujus opificii quantacunque demum prudentia, divitiis, virtutibus, aut meritis præditus ſit, in Senatum recipiatur. Et hoc ſecundum veterem conſuetudinem ſanctiſſime manutenetur.

Miraculoſa autem imago, de qua ſupra, ut in tutum ſub irruptiones Tartarorum aliorumque hoſtium collocaretur, atque ne in manus gentilium deveniret, a Fratribus *Prædicatoribus* ad *Poloniam* devecta fuit, coliturque hodiedum ibidem *Czaſtochoviæ.* Quod autem inde rurſum levata & reducta non fuerit, procul dubio diu durantia graviſſima bella in cauſa fuerunt, propter quæ non ſolum monaſterium *Brodenſe*, ſed & urbs cum curia & omnibus privilegiis aliquoties combuſta, & funditus everſa fuerunt, ipſique Fratres *Prædicatores* in alias regiones ejecti. Iidem Fratres *Prædicatores Ziſkianis* temporibus & turbis cum propter periculum non auderent in ſuo monaſterio perſiſtere, apud quandam civem cognomento *Bartoſkam* (quæ in ſuis ædibus iconem S. *Bartholomæi* muro inſitam habuit) clanculum occultabantur, & ejus miſericordia ſuſtentabantur. Cum denique ſecta *Huſſitica* & aliæ hæreſes ſe ſe magis magisque dilatarent, ac indies majores vires acquirerent, boni Fratres penitus mona-

Digitized by Google

naſterium deſerere coacti ſunt, quod facile ducentis annis in manibus hæreticorum perſtitit, donec tandem anno 1630. illud rurſum ordini *Prædicatorum* extraditum eſt, in quod primus Prior & ſimul eo tempore Parochus P. F. *Abraham Kalewsky* cum Fratribus ſuis inductus. Monaſterium iſtud olim ſumptuoſe fuit conſtructum ex quadro lapide, eleganti ubique opera & celatura ſecundum priſcum ædificiorum morem, cum feneſtris altis, & fornicibus ex ſecto ſaxo, qui tamen vehementia ignis poſtremum rupti, & aeri intecti expoſiti corruerunt. Simul humi dejectæ duæ monaſterii turres, in quibus olim tubicines alebantur, denique flammarum voragine abſumpte duæ magnæ campanæ, elegans horologium, & miri operis organum. Hodie in urbe, quiqui demum ædificant, & fundamenta ponendis ædibus fodiunt, ad duas & tres orgias cineres & rudera combuſtarum domorum ejiciant neceſſe eſt. Quod etiam privilegia quædam piæ memoriæ *Mathiæ* Regis *Hungariæ* & *Bohemiæ* de anno 1489. clare teſtantur, quæ adhuc inter alia formalia repoſita apud nos conſervantur. Verba ſunt:

Nos itaque ſupplicationibus humillimis præfati *Mathæi* comitis, nobis in perſonis præfatorum oppidanorum de *Broda Hungaricali*, ut præmiſimus, modo quo ſupra, porrectis, Regia benignitate exauditis, & clementer admiſſis, attentis præcipue, & ſumma cura conſideratis ipſorum noſtrorum oppidanorum fidem & fidelitatem, quam ipſi & bello & pacis tempore non modo nobis regnantibus, verum etiam divis regibus noſtris aut Prædeceſſoribus regni gubernacula tenentibus ſincero fidei zelo, & ſumma ſemper conſtantia oſtenderunt, & multis ſæpe in periculis variisque caſibus noſtris & regni noſtri multiplicia ſervicia cum graviſſimis jacturis tum rerum ſuarum tum perſonarum exhibuerunt, & impenderunt; Cum his igitur & etiam aliis inducti motique reſpectibus, & hac præcipue cauſa, quod a divis quondam Regibus noſtris Prædeceſſoribus ſimiles immunitates & libertates noſtris oppidanis conceſſas fuiſſe nobis declaratum exhibetur, quibus etiam ipſos noſtros incolas præfati oppidi longo tempore uſos ſimiliter exſtitiſſe, & ſuper his ſimilia etiam privilegia confecta emanataque fuiſſe accepimus; Verum quia ignis voragine caſualiter illa abſumpta ac extincta eſſe jam pridem intelleximus; Nos igitur volentes eos novo privilegio

gio munire, novo etiam patrocinio præſentis noſtri privilegii antiquas præfatorum noſtrorum oppidanorum libertates, immunitatesque roborare, ratificare, ex tunc ipſas ratificamus & præſentis roboramus ac confirmamus, proinde acſi exuſta eorum privilegia in ſpecie nobis exhibita exſtitiſſent &c.

Anno 1280. *Wenceslaus* Rex *Bohemiæ* & Marchio *Moraviæ* aliquot menſibus *Hunno-Brodæ* cum integra ſua aula commoratus eſt, ut id illius Privilegium huic urbi anno 1288. datum teſtatur his formalibus:

Hinc eſt: quod nos attendentes deſolationem civitatis noſtræ in *Broda Hungaricali*, & civium eorundem devota obſequia, quæ in expenſarum exhibitione, & in aliis, cum apud eos fuiſſemus, nobis fideliter præbuerunt, ad noſtrum animum revocantes, volentesque ipſis beneficiorum regalium gratioſas vices rependere &c.

Anno 1510. Rex *Wladislaus* cum filio ſuo *Ludovico* Rege a feſto S. *Wenceslai* usque *Epiphaniam Domini* reſedit *Hunno-Brodæ*, & ab inde civitati *Hradiſtienſi* plura privilegia dedit, uti ibidem in curia aſſervantur.

Præterea in hac noſtra civitate magnæ olim & celebres opulentæque nundinæ ac fora erant annis ſingulis. Nam egregii quique & divites mercatores ex civitatibus *Imperialibus* in ea ſuas officinas & emporia habebant, alebantque hic ſuos factores ſeu adminiſtratores, uti id Privilegium piæ memoriæ *Ottagari* Regis *Bohemiæ* de anno 1272. his formalibus teſtatum facit:

Omnibus igitur & ſingulis noſtræ, ac futuræ ætatis hominibus liqueat evidenter, quod devotorum noſtrorum civium de *Broda* profectui & commodo flagrantius intendentes, ipſis favorabiliter, ut eo jure, quod habet civitas noſtra *Lübſchitz* gaudere valeant, nunc & in ævum duximus indulgendum. Deſuper abundanti ad hæc eis gratiæ ſingularis, commoditatis, promotionisque omnimodæ intuitu jus depoſitionis mercium, ſeu mercimoniorum ibidem concurrentium hinc & inde, quod vulgo Niederlage dicitur, concedentes hujusmodi ſub prætextu, quod cives de terris noſtris octo diebus, & cives aliarum terrarum duabus hebdomadis ad plenum cum ſuis mercibus ibi moram trahere teneantur &c.

An-

Digitized by Google

Anno 1505. *Hunno-Broda* fuit in manibus Domini *Joannis de Lomnicz & in Mezrzicz.* Tum vero civitas adhuc fuit non infimi nominis ac celebritatis, erantque in ea adhuc mercatores prædivites, qui in diverſis mercimoniis centum millia florenorum pretio æquantibus negociabantur. Opificum & artificum omnis generis fuit copia & delectus, adeo, ut qui re quapiam indigebat, opus non habuerit ſeu *Praga* ſeu *Vienna* accurare. Nam omnia hic tolerabili pretio acquirebantur.

Poſtquam autem poſtea Dynaſtæ noſtri, & quidem primo Domini de *Kunowicz*, & nunc non pridem Domini de *Kaunicz* (quod jam excurrit ad 150. & ultra annos) ſucceſſive obiiſſent, urbs magnas injurias & calamitates perpeſſa eſt, uſque dum denique infeliciſſima tempora ingruiſſent.

Quemadmodum Anno 1605. primo bellum *Boczgayenſe*, (c) qui cum magno exercitu *Ungarorum* & *Turcorum* usque *Brodam* progreſſus ad eam expugnandam ſecum diverſas bellicas machinas & ſcalas ad muros transcendendos advexit. Verum Dei adjutorio civitas defenſa fuit. Nam cum adhuc eſſet ſat munita & hominibus abundaret, haberetque etiam quædam provincialia præſidia, quæ tum Dominus Comes de *Salm* Capitaneus Marchionatus *Moraviæ* advexerat, is omnes copias ſuas contrahens, & ſimul civitatis homines educens in campum, qui dicitur Na Begowczem, egreſſus eſt, ubi hoſtem ſibi habuit obviam. Procul dubio autem is cum omnibus ſuis, utpote multo inferior numero, in arena ab hoſte proculcatus fuiſſet, niſi tres ſtrenui vexilliferi *Coſacorum* in auxilium veniſſent. Qui tam audacter atque conſtanter in hoſtem impetum fecerunt, quod non citra miraculum acies eorum perruperint, in confuſionem redegerint, ac proinde auxilio civitatenſium ultra duodecim millia hujus gentilis & barbaræ gentis depulerint, occiderint, heroiceque pugnantes in fugam converterint, quos per quatuor milliaria usque ad *Hungaricum Skalicium* perſecuti ſunt. Qua in fuga omnes eis munitiones præſertim ſcalas eripuerunt. Nihilominus multi civium præcipuorum, filiorum, aliorumque opificum, præter non paucum numerum provincialium copiarum hac pugna perierunt. Fuitque hæc victoria noſtris ſatis cruenta.

Secundo anno 1622. temporibus *Bethlemi Gabor* Principis *Transylvaniæ*, qui cum Principe *Krnovienſi* (d) ingentique exercitu, inter quam

&

(c) Sic dictum a Stephano Boczkai Principe Tranſylvaniæ. (d) Id eſt: Carnovienſi ſeu Jægernsdorfenſi.

Digitized by Google

& aliquot millia *Turcorum* erant, *Poſonio* ex *Hungaria* verſus *Brodam* progreſſus eſt, quam a feſto *S. Wenceslai* usque feſtum *S. Georgii* milite ſuo cinxerunt, aderatque ipſe Princeps *Bethlehem*, Princeps *Carnovienſis* & Belli dux *Turcicus Baſſa*, univerſæque iſtorum copiæ ſeptuaginta millia militum ſuperaverant. Itaque circum omnes pagos, villas, & molendina incenderunt, pecora abſumpſerunt, *Turcique* multa millia hominum per ſilvas & montes captivarunt. Qui vero præſidii cauſa ex vicinis pagis villisque in civitatem ſe receperunt, pene frigore ac fame enecti ſunt, nam canes feleſque edere coacti victualium defectu. Dein cum pax reddita eſſet, quod bellum non abſumpſit, hinc atque illinc dilapſum eſt, quodque ſuperſtes manſit, peſtis contagione ſublatum eſt, adeo ut vix una pars hominum relicta ſit. Ceterum malum iſtud & mors jam regnare cœpit, cum hoſtiles exercitus ad *Brodam* jacerent, nam inter germanos milites plurimi periere, quemadmodum & ipſe Princeps *Krnovienſis* recedens *Trenczinii* mortuus eſt.

Tertio, anno 1643. tempore incurſus *Suecici* cum poſt expugnatum *Cremſirium* Generalis *Durſtenbohe* tria millia equorum cum ſupremo Colonello *Petro Anderbohe Brodam* expedivit. Hic cum nec miles, nec arma eſſent, cives urbem dedere coacti ſunt, & expilationem cremationemque urbis pecunia redimere. Cum dein abhinc moveret hoſtis, quadringentos currus cum equis ſecum rapuit vario commeatu, frumento, cerevisia, vino, aliisque ſpoliis onuſtos. Nam erat tum plena civitas hominum ex vicinis locis huc ſe præſidii cauſa recipientium, non enim tam inopinam urbis invaſionem aut deditionem animo præviderant. Sub abitum ſuum hoſtis ignem in urbem injecit inſuper, hinc curia, monaſterium, arx, praxatorium, horrea, villæ, eccleſia parochialis, & multæ domus in quodam civitatis angulo funditus concrematæ ſunt. Damnum vero civium ex hoc igne & ſpoliis milliones florenorum ſuperavit.

Quarto demum anno 1645. urbs rurſum ejusmodi calamitatem experta, cum denuo Colonellus *Miller* cum agmine *Suecici* militis urbem accederet, & eodem modo ut prius a civibus ob militum & armorum defectum recipi cogeretur. Tum cives, qui in urbe remanſerant (nam multi in *Hungariam* fuga elapſi ſunt) non habentes, ut ſecundo expilationem & inflammationem urbis redimerent ab hoſte, per capita æſtimati fuere, vique extortum quod ex pecuniis & pretioſis corradi poterat. Incredibile dictu quantas afflictiones & preſſuras tum experti cives, nemini tamen vim mortis intulerunt. Per tres dies hic commorantes tandem exhauſta & evacuata urbe receſſerunt.

Digitized by Google

Poſt tot tantaque tolerata mala & ineffabiles calamitates, quas urbs per plures annos tum per hoſtes tum continua hyberna militis noſtri ſuſtinere debuit, in grande æs alienum incidit. Cum autem pace univerſæ Chriſtianitati reddita ſperare nobis liceret, nos vires noſtras recollecturos, ut juxta prioris libertatis jura noſtra tueremur, per dynaſtas noſtros omni pene ſubſidio, quod ad vitæ victusque uſum pertinet, exuti ſumus. Ablata nobis prædia, cumque his omnia remedia, per quæ noſtris creditoribus ſatisfacere, & noſtram proliumque vitam ſuſtentare potuiſſemus. Adeo ut ad incitas redacti ſimus, & urbs modo veluti inter cineres & rudera jaceat, neque umbram illius formæ habeat, qua olim præfulſit.

Ad hæc anno 1663. rurſum infelix & inopina Tartarorum irruptio nos exanimavit, quo ter intra paucos dies maximas & terriculoſiſſimas anguſtias ab his paganis ſuſtinuimus. Nam ad ictum nonniſi ſclopeti nonnulla millia appropinquabant urbi, & vicinos pagos, villas & molendina deprædabantur, cremabant, & plus quam decem millia captivorum abducebant. Nihilominus Dei gratia urbs & ſuburbia nonnihil militaris præſidii habentia ab impetu hoſtium præſervata ſunt, aderant enim cohortes quæpiam equitum cataphractorum, deſultoriorum, & Charvatarum. Tandem hoſtis feliciter depulſus eſt. In vicinis tamen locis multi a Tartaris crudeliter occiſi ſunt, excoriati, & nonnullorum capita verubus & haſtis ſupra portas defixa teſtimonio ſunt hucuſque huic crudelitati. Multa millia hominum, quæ ſe in urbem receperunt, hic refugium & ſalutem invenerunt.

Hæ memoriæ collectæ ſunt ex diverſis manuſcriptis, quæ adhuc poſt tot tamque infauſta incendia & clades hujus urbis reperiri poterant, & a multis ſenibus honeſtis & fide dignis viris hodie ſuperſtitibus annotatæ fuere & ſunt.

Actum in urbe *Hunno-Broda*, die 15. Julii 1666.

Finit memoria civitatis Brodæ-Hungaricæ.

DE

DE FRAGMENTO SYNODI STRIGONIENSIS.

Quo anno ſynodus hæc Strigonienſis, cujus fragmentum proferimus, celebrata fuerit, obſcurum, quandoquidem prima illius folia, in eo codice, e quo excerpſimus, deſunt; cum tamen hæc ſynodus inſcriptionem faciat Clementi Papæ, haud fallax conjectura capitur eam non poſterius Clemente VI, qui medio ſæculo XIV. Eccleſiæ Romanæ præfuit, celebratam fuiſſe, cum codex, in quo hoc fragmentum habetur, ante medium ſæculi XV. ſcriptus ſit, Clemens autem VII. uno pene ſeculo poſterior fuerit. Synodo huic Strigonienſi in eodem Codice MS. chartaceo ſubjuncta altera ſynodus provincialis, quæ anno 1420. in choro eccleſiæ Collegiatæ in Calis Gneſnenſis diœceſis coacta fuit. Codex vero iſte, in quo præter cetera etiam Pulkavæ MS. continetur, aſſervatur in ſumptuoſiſſima Bibliotheca Illuſtriſſimi ac Excellentiſſimi D.D. Franciſci Antonii S. R. I. Comitis de Noſtitz, Suæ S. C. Regiæque Apoſtolicæ Majeſtatis Conſiliarii Actualis & Intimi, ſupremi in Regno Bohemiæ Gubernii Aſſeſſoris, Comitatus vero Regii Rhinecenſis tum dominiorum Falkenaviæ, Heinrichsgrinii, Tiſſechoviæ, Pakomirſchizii, Meſchizii, Stambachii & Schadenæ in Regno Bohemiæ ſupremi Dynaſtæ, qui codicem hunc benevolentiſſime nobiſcum communicavit.

FORMA SYNODALIS

Quomodo eligendus ſit Archiepiſcopus Strigonienſis.

Initium deeſt. Hujus ſacri Concilii innovamus.

Sciendum eſt, quod volentibus Eccleſias vacantes ordinare, quod altero de tribus modis ipſis vacantibus providetur, aut enim ordinatur vacans

Digitized by Google

cans Eccleſia per proviſionem, aut per eleccionem, aut per poſtulacionem ſollempnem. Proviſio pertinet ad ſuperioritatem, in qua non eſt neceſſaria forma concilii, eleccio autem & poſtulacio ad inferiores, in quibus forma concilii generalis neceſſario eſt obſervanda. Forma autem ipſius concilii talis eſt forma ſcrutinii, compromiſſi & inſpirationis vel quaſi. Secundum alteram iſtarum, quicunque vult eligere, vel ſolempniter poſtulare in eccleſiis Kathedralibus, regularibus, & collegiatis, debet de neceſſitate procedere; Per formam aut ſcrutinium proceditur modo ſubſcripto. Eccleſia enim paſtoris regimine deſtituta, Capitulum ſive Canonici preſentes ſtatuent terminum ad eleccionem celebrandam, de quo fiat publicum inſtrumentum, in quo narrabitur, quod die tali recedente vel translato aut defuncto tali Prelato talis Eccleſiæ, ejusque corpore eccleſiaſtice tradito ſepulture, Capitulum ſive Canonici, qui tunc preſentes erant, convenientes, talem terminum cum continuacione dierum ſequencium ad eleccionem celebrandam unanimiter ſtatuerunt, qui terminus erit competens, quod infra illum abſentes, qui vocandi ſunt, citati commode venire poſſint, conſideratis locorum diſtantiis, & perſonarum, & temporis qualitate, non tamen nimis longum, quia in eleccione mora eſt periculoſa. Et ſi vocandus ſcitur, ubi perſonaliter reſidet, perſonaliter eſt vocandus, ſi vero neſciatur, vocetur in loco, ubi morari conſuevit per edictum publicum; vocacio autem fiet ſub hac forma. B. Prepoſitus & Capitulum *Strigonienſis* Eccleſie, tali Canonico *Strigonienſi* colate momini ſalutem in Domino. Diſcrecioni veſtre ſignificamus, quod bone memorie P. quondam Archiepiſcopus noſter die tali fuit viam univerſe carnis ingreſſus, & corpus eius cum reverencia debita eccleſiaſtice traditum ſepulture; Ne igitur Eccleſia noſtra propter diutinam vacacionem gravem paciatur in ſpiritualibus & temporalibus leſionem, diem talem cum continuacione dierum ſequencium ad tractandum de eleccione futuri Pontificis, & ad eleccionem celebrandam duximus ſtatuendum. Quocirca vos requirimus, & peremptorie citamus, quatenus die ipſa nobiscum convenire curetis, alioquin nos ex tunc ad eandem procedere curabimus, veſtri abſencia non obſtante, quod ſi forte iuſto impedimento detenti venire nequiveritis, & velitis alicui de Canonicis committere vices veſtras, ad nos veſtram ſpecialem literam, & ydoneum nunccium transmittatis, qui iuxta ſtatuta concilii generalis de ipſo impedimento faciet plenam fidem. Datum &c. He autem litere erunt aperte, & de preſentacione ipſarum fiat publicum inſtrumentum, ne poſſit maliciose negari citacio, prout aliqui iam fecerunt. Debent autem convenire in Eccleſia vel in Ca-

Digitized by Google

Capitulo, ſi poſſunt; vel in alio loco ydoneo, ſi ibi commode venire non poſſunt. Sed ubi ex cauſa ſolitus locus mutatur, & locus & cauſa in citacione inſerantur. Omnibus autem in loco ſtatuto ſimul convenientibus, diligenter deliberent, an per viam ſcrutinii, aut compromiſſi procedere velint, ſi viam ſcrutinii eligant, de eleccione hujus fiat publicum inſtrumentum, in quo contineatur, quare diligenti deliberacione habita placuerit omnibus & ſingulis, & concorditer omnes conſenſerint per viam ſcrutinii procedere. Quo facto ſic procedent. Eligantur enim ex ipſo collegio, & non aliunde tres fide digni vel plures, vel pauciores, licet melius ſit, quod tres tantum juxta concilium generale, de qua eciam eleccione fiat publicum inſtrumentum, quibus detur poteſtas per idem inſtrumentum vel ſcripturam aliam autenticam examinandi vota ſua & aliorum nullo obmiſſo, ſecrete & ſigillatim in ſcriptum ea redigendi, & redacta mox in communi publicandi, ut ſciantur, qui in quem conſenſerunt, & meriti ad meritum, & zeli ad zelum, & numeri ad numerum collacionem faciendi, qua collacione per eos habita diligenti, eleccionem faciendi, & eum eligendi, in quem invenerint omnes vel majorem & ſaniorem partem Capituli conſenſiſſe. Itaque unus eorum ſcrutatorum de conſenſu & voluntate aliorum duorum vice ſua, & collegarum, & aliorum omnium, qui in eos conſenſerunt, eleccionem pronuncciet in ſcriptis, & ſolenniter celebret, & alia faciet, prout compromittentibus placuerit. Huic autem inſtrumento ſuper poteſtate tradita confecto, omnes ſe ſe ſubſcribent: Ego &c. predictis interfui, & conſenſi, & predictam poteſtatem eis contuli. Et poſtea ſigilla omnium & eciam Capituli apponantur. Hoc facto iſti tres trahunt ſe ad partem, & primo ſcrutabuntur voces eorum, ita quod duo ſcrutentur tercium, poſt hoc ſeriatim & ſingulariter vocabunt quemlibet de Capitulo ſolum per ſe, & primo ipſum, qui habet in eleccione primam vocem, de conſuetudine, & dicent ei ſecreto: Exemplo *Danielis*, frater in eleccione preſenti habeas Deum pre oculis, cujus nunc cauſa tractatur, non te decipiat odium, favor, vel amor, non pecunia, que humanos ſolet pervertere ſenſus, non lucro tuo proſpicias, ſed utilitati communi; Ideo adiuramus te per *Deum* vivum, & in virtute *Spiritus Sancti*, & ſub periculo anime tue, quod conſencies in eum, & eum nomines, quem ex voto cordis utiliorem, & meliorem Eccleſie, (e) & per quem jura Eccleſie poſſunt melius defenſari. Tunc ille dicat; Et ego credo. P. meliorem & utiliorem, & in eum conſencio, & eum no-

(e) Deſideratur: *noveris*, vel quid ſimile.

Digitized by Google

nomino eligendum in Epiſcopum & paſtorem, & tam interrogacio, & adiuracio, quam reſponſio redigantur in ſcriptis, & hoc per tabellionem clericum, vel ſi non poſſit haberi tabellio, duo ex eis hoc ſcribant. Completo ſcrutinio, mox ipſi ſcrutatores, nullo actu contrario intermedio, redibunt ad Capitulum, & ipſi vel unus eorum de aliorum mandato vota ſingulorum ſecreto & ſigillatim, (f) placet vobis, quod ea publicemus; qui dicent, placet; tunc publicabunt, vel publice legent, ut quod ſecrete actum eſt, ab omnibus ſciatur, qua publicacione facta, collacio numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum fiet per ipſos ſcrutatores, ſic ſi vota Canonicorum diviſa fuerint in plures, ſurgent in medio Capituli, & publicatis votis, incipient a capite, & legent ſic: A. B. & C. conſenſerunt in P. Item ex altera parte legent, d. e. & ff. conſenſerunt in M. & tunc ſic publicabunt dicentes; Nos invenimus majorem numerum conſenſiſſe in P. nam cum ſint in univerſo XL. Canonici, XXV. conſenſerunt in P. & XV. in M. Item invenimus P. etiam maioris eſſe meriti, quia literacior, providencior, honeſtior, ſciencior, melior, & potencior ad jura Eccleſie conſervanda, quam M. Ubi autem unus ſolus eſt in ſcrutinio nominatus, non habet locum collacio numeri ad numerum, zeli ad zelum, vel meriti ad meritum. Fiat tamen tunc talis collacio per eum, qui maior eſt, vel per ſcrutatores, utrum ſic nominatus ſit de legitimo matrimonio natus, competentis ſciencie, ſufficientis etatis, & in ſacris ordinibus conſtitutus, que ſi concurrant, procedatur ad eleccionem. Et duo ex ſcrutatoribus, quibus data poteſtas a Capitulo eligendi, tribuant poteſtatem tercio eleccionem pronunciandi & publicandi nomine ſuo & omnium conſenciencium, quia unus debet eligere, & in continenti eleccio & pronuncciacio fiet primo in Capitulo in hac forma. In nomine *Patris*, & *Filii*, & *Spiritus Sancti*, amen. Anno, menſe, & die talibus; Ego &c. unus de ſcrutatoribus a tali noſtro Capitulo nominatus, & electus ad faciendum ſcrutinium & eleccionem futuri Pontificis ſecundum formam pretaxatam, ipſa ſervata in omnibus, de voluntate, conſenſu, & mandato collegarum meorum, ac ex poteſtate michi & ipſis tradita, invocata *Spiritus Sancti* gracia, ad honorem *Dei*, & glorioſiſſime Matris *Marie*, & talis, ſancti noſtri Ptaroni & omnium Sanctorum, P. in quem, collacione facta, reperimus omnes vel maiorem, & ſaniorem partem noſtri Capituli in ſcrutinio conſenſiſſe, in noſtrum & Eccleſie noſtre Epiſcopum eligo & Paſtorem, eandemque eleccionem in hys ſcriptis pronunccio.

Poſt

(f) Hic aliquid deeſt.

Digitized by Google

Poſt hoc pulſantur campane, & populus congregetur, quo congregato per alterum ex electoribus ad hoc per Capitulum deputatum, publicetur eleccio in communi, vel coram clero & populo, & cantetur *Te Deum laudamus* ſolempniter, & electus, ſi preſens eſt, deportetur ante altare, & intronizetur; forma autem publicacionis talis erit. Recitetur totus proceſſus, ſicud jam in forma pronuncciacionis dictum eſt, & ultimo ſic adiciet; quam eleccionem vobis denunocio, & in preſencia omnium dico ſolempniter publicandam. Celebrata autem & publicata eleccione, decretum eleccionis ſic ſiet. Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Patri, & Domino ſuo Domino M. Divina providencia *Romane* ac univerſalis Eccleſie Summo Pontifici P. Prepoſitus & Capitulum *Strigonienſis* Eccleſie eius humiles, fideles, ac devoti filii pedum oſcula beatorum. Sacris Canonibus novimus eſſe cautum, quod ultra tres menſes vacare non debeant Eccleſie Kathedrales noſtre, ne propter defectum paſtoris Dominicum gregem lupus rapax invadat, ac viduata Eccleſia in ſuis facultatibus grave diſpendium paciatur. Eapropter bone memorie B. Archiepiſcopo noſtro anno, menſe, & die talibus &c. ſicut Deo placuit, viam univerſe carnis ingreſſo, ipſius corpore, ut moris eſt, cum reverencia Eccleſiaſtice tradito ſepulture, nos tales, qui tunc preſentes eramus, convenientes in unum, ad eleccionem futuri Pontificis noſtri canonice celebrandam, talem terminum cum continuacione dierum ſequencium duximus ſtatuendum. Citatis igitur interim, & tunc preſentibus omnibus qui eleccioni celebrande debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode intereſſe, in Eccleſia nos recepimus, de eleccione futuri Pontificis tractaturi. Sane poſt diverſos tractatus inter nos habitos, & nominaciones diverſarum perſonarum, ſimplices & diſcuſſiones, ac iniquiſiciones multiplices, tandem placuit nobis univerſis & ſingulis per viam ſcrutinii noſtre Eccleſie providere, & eligentes tres, ſeu a. b. & c. de noſtro collegio fide dignos, dedimus eis plenariam poteſtatem, ut ſecrete, & ſigillatim vota cunctorum, primo tamen ſua, & poſtea noſtra diligenter inquirerent, & ea in ſcriptis redigerent & ſic redacta mox in communi ea publicarent, & tam numeri ad numerum, zeli ad zelum, quam meriti ad meritum collacione habita diligenti, illum eligerent, in quem invenirent omnes vel majorem & ſaniorem partem noſtri collegii conſenſiſſe. Itaque quod unus de conſenſu & voluntate aliorum duorum ſcrutatorum vice ſua & collegarum, & aliorum omnium eleccionem eandem pronuncciaret in ſcriptis, & ſolempniter celebraret. Qui ſecedentes in partem primo vota ſua, ita quod duo ſcrutabantur tercium, ſecundo tres ſimul vota omnium aliorum, ſicut nobis

re-

Digitized by Google

retulerunt, ſecrete & ſigillatim diligenter inquiſiverunt, & in ſcriptis redacta mox in communi publicarunt, & in noſtra preſencia per eoſdem ſecundum formam eis datam tam numeri ad numerum &c. collacione habita diligenti. Tunc unus ex ſcrutatoribus ante dictis, de voluntate, conſenſu, & mandato aliorum, talem, in quem repertum fuit, omnes vel maiorem partem & ſaniorem noſtri collegii ſeu Capituli in ſcrutinio conſenſiſſe, vice ſua & collegarum, omniumque aliorum in hys conſencienciium, invocata *Spiritus Sancti* gracia in noſtrum & Eccleſie elegit Epiſcopum & Paſtorem, virum utique plene & mature etatis, utpote qui xxxiij. annum ſue etatis exegit, de legitimo matrimonio procreatum, & ceteris ut ſupra. Quam eleccionem pronuncciavit in ſubſcriptis & publicavit hoc modo; In nomine *Patris*, & *Filii*, & *Spiritus* ſancti, amen: Anno, menſe, & die, talibus, Ego &c. unus de ſcrutatoribus a dicto noſtro Capitulo nominatus, & ceteris ut ſupra. Dictam vero eleccionem, ſic canonice & ſolempniter celebratam & publicatam in communi omnes recepimus, & approbavimus, *Te Deum laudamus* more ſolito cum cordis iubilo decantando. Denique electus ſibi tali die eleccione preſentata, licet ex humilitate ſe inſufficientem & indignum aſſerens ſe multipliciter excuſaret, nobis tamen vehementer inſtantibus, timens divinis diſpoſicionibus contraire, invocato divine pietatis auxilio, tali dicte eleccioni conſenſit, non tam timide, quam devote eleccionem ipſam, onusque impoſitum, ut prodeſſe valeat, ſuſcipiens, & acceptans. Veſtre igitur beatitudini duximus unanimiter ſupplicandum, ut predictam eleccionem, ſic canonice & ſolempniter celebratam dignemini confirmare, & electo noſtro conſecracionis munus favorabiliter impertire. Quatenus nobis velud paſtor ydoneus & toti provincie preeſſe utiliter & prodeſſe. Noſque & alii ſibi commiſſi ſub ejus ſacro regimine poſſimus coram Deo ſalubriter militare. Ad hujusmodi autem confirmacionem nomine noſtro a veſtra Sanctitate petendam, talem & talem noſtros Canonicos & collectores inſtructores & procuratores ordinavimus, & conſtituimus, & propter hoc eos ad veſtre *Sanctitatis* pedes duximus deſtinandos, dantes eis plenam & liberam poteſtatem petendi confirmacionem, & ſi neceſſe fuerit proviſionem, & jurandi in animas noſtras, ſi viſum fuerit expedire, promittentes nos ratum & gratum & firmum perpetue habituros, quidquid per eos in predictis vel aliquo predictorum extiterit procuratum. Ut autem omnium noſtrum vota in predictis omnibus & ſingulis in hac eleccione & peticione concordaſſe noſcatis, *Sanctitati veſtre* hoc canonicum Decretum mittimus roboratum propriis manibus & ſubſcriptum. Ego, talis, Pre-

Digitized by Google

Prepoſitus *Strigonienſis* Eccleſie ſupradictis omnibus & ſingulis conſenſi & conſencio, & manu propria ſigno, & ſubſcribo. Ego talis vice talis ſcribere neſcientis, de mandato ſuo ſubſcribo. Notarius autem in fine dicet: Acta ſunt hec anno, menſe, & die, talibus.

Per viam compromiſſi proceditur modo ſubſcripto. Canonici vacante Eccleſia ſtatuant terminum ad eleccionem celebrandam, interim vocatis omnibus abſentibus, & in termino convenientibus, qui debent, volunt, & poſſunt commode intereſſe, major de Capitulo, vel alius, cui capitulum hoc committit, querit a ſingulis, ſi placet eis per viam procedere compromiſſi. Singulorum autem aſſenſu habito, tractetur de perſona cui committatur, convenientibus, unus de mandato Capituli dicet; Ego vice Capituli & mandato committo, ſeu do, a. ſi eſt unus, vel a. b. c. ſi in plures compromittant, poteſtatem providendi noſtre Eccleſie de paſtore. Illi, in quos compromittetur, ſi plures ſunt, quia poſſunt eſſe duo, tres, quinque, & ſeptem, trahant ſe ad partem, & ſimul deliberent poteſtate recepta, & conferant de perſona eligenda, & ſi concordaverint, redeant ad Capitulum, & forma eis a Capitulo tradita in omnibus, unus eorum eleccionem pronunciet, & publicet ſic; In nomine *Patris*, & *Filii*, & *Spiritus* ſancti, Amen. Anno, menſe, & die talibus; Ego &c. de voluntate & conſenſu collegarum meorum in quos unanimiter compromiſſum fuit a Capitulo noſtro, & in quos poteſtatem providendi Eccleſie transtulerunt, vice mea & ipſorum, omniumque aliorum in eleccione jus habencium, & hic preſencium, ex auctoritate & poteſtate ſupradicta michi, & aliis meis collegis conceſſa, invocata *Sancti Spiritus* gracia, in quem nos a. b. c. compromiſimus, ſupradicti ſimul convenimus in unum, & Eccleſie noſtre Epiſcopum eligo & paſtorem, & de ipſo provideo dicte Eccleſie in paſtorem, & ipſam eleccionem & proviſionem in ſcriptis & ſollempniter publico in communi. Hec forma ſervanda eſt, quando compromiſſarii ſunt de collegio prout dicit concilium. Si vero erant extra collegium, tunc ſufficit dicere; Ego, talis, unus de compromiſſariis ſupradictis, de voluntate & conſenſu ipſorum vice tocius Capituli, P. in quem omnes convenimus, eligo, ſive provideo, in talis, Eccleſie Epiſcopum, & paſtorem, & hoc quando totum Cipitulum concordat, ſicuti uno contradicente, non poteſt per viam compromiſſi procedi. Poſtmodum vero coram clero & populo publicet eleccionem ſive proviſionem, & poſtea fiat decretum ipſius eleccionis ſive proviſionis hoc modo. Almo & beatiſſimo Patri & Domino ſuo, Domino *Clementi* Divina providencia SacroSancte *Romane*, ac univerſalis Eccleſie Summo Pontifici, P. Prepoſitus & Ca-

Digitized by Google

Capitulum Eccleſie *Strigonienſis*, ejus humiles filii & devoti pedum oſcula beatorum. Cum propter vacacionem Eccleſie paſtorum ſolacio deſtitute in ſpiritualibus & temporalibus diſpendia paciantur, conditores canonum deliberacione provida ſtatuerunt, ut ultra tres menſes vacare non debeant Eccleſie Kathedrales. Defuncto igitur bone memorie B. Archiepiſcopo noſtro, anno, menſe, & die talibus, ſicut Deo placuit, ipſiusque corpore cum reverencia tradito eccleſiaſtice ſepulture, nos, tales, Canonici *Strigonienſis* Eccleſie, qui tunc preſentes eramus, convenientes in unum pro eleccione futuri Pontificis celebranda, talem terminum cum continuacione dierum ſequencium duximus ſtatuendum. Citatis igitur interim &c. & tunc preſentibus omnibus, qui eleccioni celebrande debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode intereſſe, in capitulo nos recepimus, de elecoione futuri Pontificis tractaturi, & poſt diverſos tractatus inter nos habitos, tandem placuit omnibus & ſingulis per viam compromiſſi noſtre viduate Eccleſie providere; Conſiderantes in unum difficulter multitudinem convenire & ſepe in paucos ſpiritum ſanioris conſilii reſidere, dedimus plenam & liberam omnes & ſinguli unanimiter poteſtatem, a. b. c. de noſtro collegio, ut quod vel major pars ipſorum vice ſua & noſtra per eleccionem canonicam, vel poſtulacionem concordem Eccleſie noſtre ſupradicte vacantis, Deum & bonum ſtatum ipſius Eccleſie habentes pre oculis, de perſona ydonea providerent; omnem poteſtatem & vicem noſtram eis ſupercommittentes, ita quod unus ipſorum de conſenſu aliorum compromiſſariorum, vel maioris partis ipſorum vice ſua, & collegarum, & noſtra illum, in quem omnes ipſi, vel maior pars ipſorum conveniret, eligerent, & eleccionem in preſencia noſtra ſolempniter publicarent, qui ſecedentes in partem, & *Spiritus ſancti* graciam invocantes devote, poſt tractatus varios, & diverſos de diverſis perſonis inter ſe habitos, ut nobis poſtmodum retulerunt, tandem in Magiſtrum P. *Strigonienſem* Prepoſitum, in ſacerdotali ordine conſtitutum iidem unanimiter convenerunt, virum utique plene & mature etatis &c. nec non vita & moribus & literarum ſciencia merito commendandum, in ſpiritualibus & temporalibus plurimum circumſpectum, quem, talem, & in forma in compromiſſo appoſita, in hunc modum elegit. In nomine *Patris*, & *Filii*, & *Spiritus* ſancti, Amen. Anno, menſe, & die talibus; Ego, talis, unus de compromiſſariis ſupradictis de voluntate & conſenſu collegarum meorum, juxta formam compromiſſi michi & ipſis traditam, vice mea & eorum ac omnium de Capitulo tradita, & invocata *Sancti Spiritus* gracia, ad honorem *Dei*, & glorioſiſſime *Virginis Matris* eius, & talis ſan-

ſancti noſtri patroni, & omnium Sanctorum Magiſtrum P. *Strigonienſem* Prepoſitum, in quem nos compromiſſarii ſupradicti unanimiter convenimus, noſtrum & Eccleſie noſtre eligo Epiſcopum, & paſtorem, & de ipſo provideo dicte Eccleſie in paſtorem, eandemque eleccionem ſeu proviſionem in hys ſcriptis pronunccio, & publico in communi; quam publicacionem omnes unanimiter recipimus & approbamus more ſolito, campanis pulſatis cum cordis iubilo, *Te Deum laudamus* ſellempniter decantando. Conſequenter populo conveniente ad pulſum campanarum, P. de noſtro mandato dictam eleccionem ipſi Prepoſito publicavit. Idem vero electus ſibi die tali eleccione preſentata, licet ſe multipliciter excuſaret, tamen nobis vehemenrer inſtantibus, invocato Divine pietatis auxilio, die tali, dicte eleccioni conſenſit. *Sanctitati* igitur veſtre duximus unanimiter ſupplicandum, ut eleccionem predictam ſic canonice celebratam dignemini confirmare &c. ut ſupra patet usque ad finem, cauſa brevitatis.

Per inſpiracionem fiat eleccio hoc modo. Si dum Canonici primo intrant Capitulum pro eleccione celebranda, non ſpeciali tractatu precedente, quaſi divina inſpiracione, & revelacione omnes, non contradicente conſenſerunt in aliquem repente, & ſimul eum eligunt, & venient clamantes una voce, eligo P. eligo P. Talis eleccio dicitur facta per inſpiracionem, ex quo omnes Canonici uno ore & uno ſpiritu eligunt. Non obſtat vis, ſive dicant eligo, ſive eligimus, quia una cenſenda eſt eleccio propter unanimes voluntates. Et formaliter tunc fit decretum. Sanctiſſimo Patri & Domino ſuo Domino *Clementi* divina providencia Sacroſancte *Romane* ac univerſalis Eccleſie Summo Pontifici, P. Prepoſitus & Capitulum *Strigonienſis* Eccleſie, cuius humiles filii & devoti pedum oſcula beatorum. Ne pro defectu paſtoris gregem Dominicum lupus rapax invadat, aut in ſpiritualibus & temporalibus Eccleſia viduata grave diſpendium paciatur, conditores canonum deliberacione provida ſtatuerunt, ut ultra tres menſes vacare non debeant Eccleſie Kathedrales &c. Ea propter bone memorie B. Archiepiſcopo noſtro anno, menſe, & die tali, ſicut Deo placuit, viam univerſe carnis ingreſſo, ipſius corpore, ut moris eſt, cum reverencia eccleſiaſtice tradito ſepulture. Nos tal. Canonici *Strigonienſis* Eccleſie, qui tunc preſentes eramus, convenientes in unum, ad eleccionem futuri Pontificis noſtram canonice celebrandam, dictum terminum &c. ut ſupra. Et nobis in unum locum & propoſitum congregatis, unus quiſque divina inſpiracione repente nulla nominacione, nonque alio tractatu precedente, P. virum utique plene & perfecte

Digitized by Google

Capitulum Eccleſie *Strigonienſis*, ejus humiles filii & devoti pedum oſcula beatorum. Cum propter vacacionem Eccleſie paſtorum ſolacio deſtitute in ſpiritualibus & temporalibus diſpendia paciantur, conditores canonum deliberacione provida ſtatuerunt, ut ultra tres menſes vacare non debeant Eccleſie Kathedrales. Defuncto igitur bone memorie B. Archiepiſcopo noſtro, anno, menſe, & die talibus, ſicut Deo placuit, ipſiusque corpore cum reverencia tradito eccleſiaſtice ſepulture, nos, tales, Canonici *Strigonienſis* Eccleſie, qui tunc preſentes eramus, convenientes in unum pro eleccione futuri Pontificis celebranda, talem terminum cum continuacione dierum ſequencium duximus ſtatuendum. Citatis igitur interim &c. & tunc preſentibus omnibus, qui eleccioni celebrande debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode intereſſe, in capitulo nos recepimus, de elecoione futuri Pontificis tractaturi, & poſt diverſos tractatus inter nos habitos, tandem placuit omnibus & ſingulis per viam compromiſſi noſtre viduate Eccleſie providere; Conſiderantes in unum difficulter multitudinem convenire & ſepe in paucos ſpiritum ſanioris conſilii reſidere, dedimus plenam & liberam omnes & ſinguli unanimiter poteſtatem, a. b. c. de noſtro collegio, ut quod vel major pars ipſorum vice ſua & noſtra per eleccionem canonicam, vel poſtulacionem concordem Eccleſie noſtre ſupradicte vacantis, Deum & bonum ſtatum ipſius Eccleſie habentes pre oculis, de perſona ydonea providerent; omnem poteſtatem & vicem noſtram eis ſupercommittentes, ita quod unus ipſorum de conſenſu aliorum compromiſſariorum, vel maioris partis ipſorum vice ſua, & collegarum, & noſtra illum, in quem omnes ipſi, vel maior pars ipſorum conveniret, eligerent, & eleccionem in preſencia noſtra ſolempniter publicarent, qui ſecedentes in partem, & *Spiritus ſancti* graciam invocantes devote, poſt tractatus varios, & diverſos de diverſis perſonis inter ſe habitos, ut nobis poſtmodum retulerunt, tandem in Magiſtrum P. *Strigonienſem* Prepoſitum, in ſacerdotali ordine conſtitutum iidem unanimiter convenerunt, virum utique plene & mature etatis &c. nec non vita & moribus & literarum ſciencia merito commendandum, in ſpiritualibus & temporalibus plurimum circumſpectum, quem, talem, & in forma in compromiſſo appoſita, in hunc modum elegit. In nomine *Patris*, & *Filii*, & *Spiritus* ſancti, Amen. Anno, menſe, & die talibus; Ego, talis, unus de compromiſſariis ſupradictis de voluntate & conſenſu collegarum meorum, juxta formam compromiſſi michi & ipſis traditam, vice mea & eorum ac omnium de Capitulo tradita, & invocata *Sancti Spiritus* gracia, ad honorem *Dei*, & glorioſiſſime *Virginis Matris* eius, & talis ſan-

Digitized by Google

Sancti noſtri patroni, & omnium Sanctorum Magiſtrum P. *Strigonienſem* Prepoſitum, in quem nos compromiſſarii ſupradicti unanimiter convenimus, in noſtrum & Eccleſie noſtre eligo Epiſcopum, & paſtorem, & de ipſo provideo dicte Eccleſie in paſtorem, eandemque eleccionem ſeu proviſionem in hys ſcriptis pronunccio, & publico in communi; quam publicacionem omnes unanimiter recipimus & approbamus more ſolito, campanis pulſatis cum cordis iubilo, *Te Deum laudamus* ſellempniter decantando. Conſequenter populo conveniente ad pulſum campanarum, P. de noſtro mandato dictam eleccionem ipſi Prepoſito publicavit. Idem vero electus ſibi die tali eleccione preſentata, licet ſe multipliciter excuſaret, tamen nobis vehemenrer inſtantibus, invocato Divine pietatis auxilio, die tali, dicte eleccioni conſenſit. *Sanctitati* igitur veſtre duximus unanimiter ſupplicandum, ut eleccionem predictam ſic canonice celebratam dignemini confirmare &c. ut ſupra patet uſque ad finem, cauſa brevitatis.

Per inſpiracionem fiat eleccio hoc modo. Si dum Canonici primo intrant Capitulum pro eleccione celebranda, non ſpeciali tractatu precedente, quaſi divina inſpiracione, & revelacione omnes, non contradicente conſenſerunt in aliquem repente, & ſimul eum eligunt, & venient dicentes una voce, eligo P. eligo P. Talis eleccio dicitur facta per inſpiracionem, ex quo omnes Canonici uno ore & uno ſpiritu eligunt. Non eſt vis, ſive dicant, eligo, ſive eligimus, quia una cenſenda eſt eleccio propter unanimes voluntates. Et formaliter tunc fit decretum. Sanctiſſimo Patri & Domino ſuo Domino *Clementi* divina providencia Sacroſancte *Romane* ac univerſalis Eccleſie Summo Pontifici, P. Prepoſitus & Capitulum *Strigonienſis* Eccleſie, cuius humiles filii & devoti pedum oſcula beatorum. Ne pro defectu paſtoris gregem Dominicum lupus rapax invadat, aut in ſpiritualibus & temporalibus Eccleſia viduata grave diſpendium paciatur, conditores canonum deliberacione provida ſtatuerunt, ut ultra tres menſes vacare non debeant Eccleſie Kathedrales &c. Eapropter bone memorie B. Archiepiſcopo noſtro anno, menſe, & die talibus, ſicut Deo placuit, viam univerſe carnis ingreſſo, ipſius corpore, ut moris eſt, cum reverencia eccleſiaſtice tradito ſepulture. Nos tal. Canonici *Strigonienſis* Eccleſie, qui tunc preſentes eramus, convenientes in unum, ad eleccionem futuri Pontificis noſtram canonice celebrandam, talem terminum &c. ut ſupra. Et nobis in unum locum & propoſitum congregatis, unus quiſque divina inſpiracione repente nulla nominacione, nonque alio tractatu precedente, P. virum utique plene & perfecte

Digitized by Google

etatis, utpote qui xxxiij. etatis ſue annum exegit, de legitimo matrimonio natum &c. unaminiter, & una voce ſimiliter, ac unanimiter omnes & ſinguli in Epiſcopum elegerunt, & paſtorem, & pulſatis campanis &c. Cum per mutuum conſenſum eligencium & electi quaſi fedus ſpiritualis matrimonii contrahatur; decet, quod in eleccionibus pontificalium, & quarumlibet eccleſiaſticarum, ſecularium & regularium dignitatum, arbitrium liberum electoribus conſervetur, ut ſecundum Deum & rectam conſcienciam, vacanti Eccleſie valeant de paſtore ydoneo providere. Sed quia nonnullorum deteſtanda cupiditas culmen dignitatum ambiens, pontificalibus aut aliis dignitatibus eccleſiaſticis per mortem aut alio modo vacantibus, contra electiones hujusmodi ſecularem concitant poteſtatem, per quam plerumque a dictis electoribus per impreſſionem laycalem, aut minas, vel alium abuſum a ſanctis canonibus reprobatum eligi, ymo verius intrudi ſe procurant; Talium igitur temerariis auſibus viam precludere cupientes; Preſentis approbacione concilii, juri communi, & noſtrorum predeceſſorum veſtigiis inherentes, ſtatuimus, & ſancimus, quod ſi deinceps aliqua pontificali, aut alia Sede vel dignitate eccleſiaſtica vacante quiſpiam directe vel indirecte publice, vel occulte contra electores hujusmodi poteſtatem ſecularem concitaverit, aut minas vel impreſſiones ordinaverit, ſeu comminatores, vel comminatorias epiſtolas de ſe eligendo, ad dictas elecciones ſcribi procuraverit, aut aliquod impedimentum in bonis vacantis dignitatis preſtiterit, ſive ipſa bona in toto vel in parte occupaverit, vel occupari ſubordinaverit, tanquam ambicioſus, & publici juris turbator excommunicacionis ſentenciam ipſo facto incurrat. Et nihilominus ſi eleccioni per hujusmodi impreſſionem, minas, vel alium ſecularis poteſtatis abuſum forſitan de ſe facere, contra eccleſiaſticam libertatem conſentire preſumpſerit, & eleccionis commodo careat, & ineligibilis ſit, & beneficiis eccleſiaſticis, ſi que obtinet, per ſuperiorem ſit privandus, nec absque diſpenſacione Sedis Apoſtolice deinceps ad aliquam valeat eligi dignitatem. Qui vero eleccionem huiusmodi, quam ipſo jure irritam eſſe cenſemus, preſumſerit celebrare, niſi eos, tales metus, aut violenta impreſſio, que poſſet cadere in conſtantes viros, excuſat, ab officiis & beneficiis quibuscunque penitus ſuſpendantur per triennium, & eligendi tunc poteſtate ſint privati. Adicientes, quod ſi quis electus ante, aut poſt confirmacionem eleccionis de ipſo facte, prius quam literas ſue confirmacionis extraxerit, de adminiſtracione bonorum eccleſie, ad quam electus fuerit, quovis queſito colore ſe intromiſerit, ex tunc omne jus, ſi quod ſibi per eleccionem & confirmacionem compe-

pe-

Digitized by Google

petit, ipſo facto amittat, niſi talis electus fuerit, cui de juris permiſſione, aut privilegio hoc competat, aut per ſuperiorem ad hoc facultatem habentem, Eccleſia, ad quam electus fuerat, ſibi fuerit commendata.

DE DIARIO ANONYMI ET INGRESSU SOLEMNI MATHIÆ HUNGARIÆ REGIS IN URBEM PRAGAM.

Duo documenta, quæ ſequuntur ex ineunte ſeculo XVII. ſunt, eaque coæva manu exarata in ſat vaſto manuſcripto chartaceo volumine, quod Clariſſimus vir Joſephus Clauſer, Archivarius Regius ſuperiore anno amici cujusdam beneficio ſegeti collectionum ſuarum hiſtoricarum intulit. Alterum ſpectat annum 1608, aletrum 1611, utrumque ad geſta Mathiæ Gubernatoris, demum Regis Hungariæ pertinet, cujus duplicem in Boemiam expeditionem, illaque inter eum atque Rudolphum II. diſcordiarum ſemina continet. Prius perelegans documentum eſt, quod intima, quæ anno 1608. tum in Comitiis Pragenſibus tum extra geſta fuerunt, diligenter enarret. Author hujus Diarii ſe ex utraquiſtico corpore fuiſſe prodit, dum ſcribit ad 28. Maji, *Fuimus itaque hora tertia horologii germanici poſt meridiem, & in veritate in copia magna ex corpore utraquiſtico, nam ultimi in area ante gradus Cæſareos ſtare debuerunt, cum cubilia Cæſarea omnes non ceperint.* Quæ ſimul innuunt authorem aliquem ex ſtatibus Regni fuiſſe, & veroſimillime amicum nominati illius ea ætate Wenceslai de Budowa factionis utraquiſticæ anteſignani, nam ejus laudes & memorias ubivis perſequitur. Niſi dicere malimus hæc hiſtorica ſegmenta ab ipſo Domino Wenceslao de Budowa congeſta fuiſſe, cui conjecturæ duo argumenta patrocinari videntur: 1. quod omnes circumſtantiæ exitus Hungarorum ex Boemia usque ad limites Moraviæ deſcribantur, prætermittantur memoriæ exitus Archiducis; ex hoc ipſo autem MS. teſtatum fiat Dominum Wenceslaum de Budowa a Statibus deſignatum

Digitized by Google

tum fuiſſe Commiſſarium, qui Hungaricum militem e Boemia educeret. Secundo author omnia aſſerta ſua hic loci poſterius probationibus & publicis inſtrumentis roboravit, quorum notitiam copiamque vix aliis, quam ſummis hujus factionis, regnique miniſtris factam fuiſſe, ſuſpicari licet. Ex iis inſtrumentis quæpiam excerpſimus, & poſterius diplomatorio hujus Tomi Hungarico-Boemico inſeruimus. Cetera merito ad umbras condemnavimus, quod deteſtanda factionis utraquiſticæ audacia adverſus authoritatem Majeſtatemque piiſſimi Imperatoris Rudolphi II. ſcripta ſint. Agnoſcet vero Benevolus Lector hæc vera & genuina prima ſemina fuiſſe poſterius tandem ſubſecuti belli tricennalis, nec aliam diſcordiarum harum bellorumque cauſam fuiſſe, quam religionis libertatem, quam ſtatus quique Boemiæ adverſus Regni hujus vetuſtiſſimum morem prætendebant, contra quam, dum per Mathiam licuit, Rudolphus perpetuo invicto animo militavit.

DIARIUM

De Adventu Gubernatoris Hungariæ Archi-Ducis Mathiæ in Bohemiam anno 1608. qua de cauſa venire, & quid agere dignatus ſit.

Item quid factio ſub utraque ratione religionis & privilegiorum tunc propoſuerit, & quid effecerit.

Item quomodo ſua Archi-Ducalis gratia cum populo ſuo e Boemia exire dignata ſit.

Quomodo *Turca* anno 1592. non ſervans trevgas pacis, quas cum Domino noſtro gratioſiſſimo Imperatore *Rudolpho* &c. inierat, in terram *Croatiæ* inopinate advenerit, & fortalitium *Wybrz* occupaverit, & quantæ ab hoc tempore mutationes in Hungaria factæ ſint usque ad bella tempore *Stephani Boczkay* commiſſa, indubie omnibus notum eſt. Et in veritate nullus Imperatorum *Romanorum* majores victorias contra *Turcam* obtinuit, nullus etiam a tam longinquis terris miſſos, & tam frequentes legationes ex *Moſcovia*, ex Regno *Perſico* habuit, atque hic Dominus noſter. Verum quam primum ab anno 1602. in *Bohemia*, *Hungaria*, quidam

Digitized by Google

dum religioſi conſiliarii per mandata, & proclamationes, contra *Evangelicos* edita bellum tympanis & tubis publicarunt, populum *Evangelicum* (de quibus multis Sua Cæſarea Majeſtas ſcire non dignatur) afflixerunt, tunc ſpes victoriæ contra *Turcam* emanſerunt. Et quod Dominus Deus ipſi hanc mutationem facere voluerit, ſignum ſuum dedit, dum an. 1604. cometa circa finem hujus anni menſe *Decembri*, apparens luxit, usque ad principium bellorum *Boczkagovenſium*, quæ anno 1605. ſumpſerunt initium, prout & in *Bohemia* hoc anno &c. omnes arbores a vermibus deſtructæ; Ita anno 1606. inconſueto vehementi vento ſylvæ, arbores, ædificia repente everſa fuerunt, his, ſicut & auræ infectione mortifera, aquarum inundatione, & anno 1607. terræ motu, quæ in locis quibusdam in *Moravia* apud *Kaunicium*, & in *Bohemia* apud *Chrudimium*, advertebatur, prænunciare Deus dignatus eſt, quod & nos quodam inopinato vento, inundatione, & vermibus viſitare dignabitur. Et ſicut bella *Boczkagovenſia* præceſſit cometa, ita & adventum Archi-Ducis in *Bohemiæ* Regnum cometa anteceſſit anno 1607. menſe *Septembri*. Et ne Dominus Deus electos ſuos in talibus eorum juſtis precibus ſine ſpe futuræ conſolationis relinquere dignaretur, id prodigio ſuo oſtendit, quod hoc anno 27. Novembris apud *Brunam* videbatur, dum tertia hora veſperi nubes horrificæ apparuerunt, quas horrenda tonitrua, fulgura, & horribiles ſonitus, ſicut & terræ motus, tenebræ ingentes conſecutæ ſunt, inde cælum aperiri viſum, ex quo globus igneus in terram volans circuitum hunc omnem ad horam ferme illuminavit, ut in eo lux ſerenior, quam die ipſo fuerit, ita quidem, quod homines quique aliter non ſenſerint, quam quod in hac luce *Filius Dei*, ad extremum judicium venturus, ſe ſit clarificaturus, quod certe in ſignum populo Dei datum fuit, ut Dominum Deum potentem eſſe agnoſcat, qui ex his horrendis bellorum tonitruis populo ſuo lumen ſuum ſanctum, & pacem excitare poſſit. Et ut *Zacharias* Propheta Capite IV. ait: quod *de occaſu populo Dei lumen orietur*. Et quamvis *Viennæ* cum certa voluntate Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* cum *Hungaris* & *Turca* pax concluſa fuerit, nichilominus mali conſiliarii, quibus in his terris nihil perdendum fuit, & quorum vomer bellum eſt, mire pacem hanc *Viennenſem* interpretati ſunt, dicentes; quod non ſolum in magnam ignominiam Eccleſiæ *Romanæ* facta ſit, utpote ſine ſcitu Papæ concluſa, verum etiam in grande damnum & contemptum Suæ *Cæſareæ Majeſtatis*, quod etiam *Turcæ* & *Hungari* ſub ſpecie *Haydonum*, qui rebellaverunt, poſt concluſam pacem *Viennenſem*, ipſimet pacem violaverint,

Digitized by Google

rint, & ita quod Sua *Cæſarea Majeſtas* poſſit juſto titulo bellum contra *Turcam* gerere, & *Haydones* hos cum Duce eorum punire, ſuaſerunt.

Quare Sua *Cæſarea Majeſtas* dignata eſt indicere comitia ſub initium anni hujus in *Hungaria Budæ*, item in Imperio *Rzeznæ*, (g) in quibus ambobus Comitiis Sua *Cæſarea Majeſtas* auxilium contra *Turcam* ad 20. annos petere dignata fuit. Sed *Ungari* his non tantum aſſentiri noluerunt, verum cum Archi-Duce *Mathia*, qui, ut huic diætæ *Hungaricæ* intereſſet, loco Cæſaris *Budam* miſſus eſt, concluſerunt, ut cum *Turca* pax ineatur, cui & Sua *Cæſarea Majeſtas* ſuum conſenſum addere dignaretur, idem miſſi de Regno *Bohemiæ*, Marchionatu *Moraviæ*, Ducatu *Sileſiæ*, tum *Luſatæ* ac *Auſtriaci* confirmarunt, & pacem ſervare promiſerunt, quæ etiam ut magis ſervaretur, adjunxerunt *Hungari*, quod propter non ſervatam pacem non tantum *Chriſtianos* verum & paganos *Deus* ſæpe punire ſolitus ſit, imo actu *Deus* puniat *Turcam*, qui fædus anni 92. cum *Chriſtianis* violavit propter *Perſianum*. (h) Petierunt item *Hungari* Archi-Ducem *Mathiam*, ut Sua *Cæſarea Majeſtas* propoſitum ſuum immutet, neque contra *Turcam* auxilium tam ab *Hungaris*, quam ab *Imperio* petere dignaretur, verum pacem cum *Turca* concluſam pro bono *Chriſtianorum* ſtabiliat, & confirmet, id ſi factum non fuerit, eventurum, ut *Hungaria* & *Moravia*, forte & aliæ circumjacentes terræ, in ſummum diſcrimen recidant, & quod his 16. annis, quibus in *Hungaria* bellum contra *Turcam* gerebatur, plus damni *Hungariæ* terra cum terris circumjacentibus ab exercitu, qui eam tueri debebat, paſſa fuerit, quam ab ipſo *Turca*, denique plura fortalitia perdiderint, quam aliis eripuerint. Mali vero Conſiliarii attamen bellum gerendum contra *Turcam* ſuaſerunt. Quapropter Sua *Majeſtas Cæſarea* ad comitia *Imperii*, præteriens Archi-Ducem *Mathiam*, dignata eſt Archi-Ducem *Styriæ Ferdinandum* loco ſui transmittere, qui in *Imperio* ob ſævitiam contra *Evangelicos* in terra ſua exactam, non adeo acceptus fuerat. Ad quæ comitia venientes & ablegati *Hungari*, petiverunt ab Electoribus & Principibus, ut auxilium nullum contra *Turcam* præſtent, ex his cauſis: primo, quod pax cum illis concluſa ſit, cum certa voluntate Suæ *Cæſareæ Majeſtatis*. Secundo, quod ſub prætextu belli contra *Turcam* nihil aliud quærat, quam ut imprimis *Hungaros*, qui ſub utraque, item qui ſub una, ſed ſimul cum aliis li-

(g) Id eſt: *Ratisbonæ*. (h) Inſtrumentum quo Ordines Regni Hungariæ Ladislaum Berka orant, ut ſuffragium ſuum pro pace Viennenſi confirmanda apud Rudolphum II. interponat habetur poſterius in diplomatario.

libertates ſuas defendunt, *Baſta Belgioſa* cum *Walanis*, & aliis *Walachis*, qui ferme pejores *Turcis* ſunt, e terra ejiciat. Super qua *Hungarorum* propoſitione in comitiis *Imperialibus* nihil contra *Turcam* concluſum fuerat, imo ſtatus *Imperii* ſuam *Cæſaream Majeſtatem* admonuerunt, ut pacem cum *Turca* jam ſemel concluſam ſtabilire dignaretur, & conſtitutum a ſtatibus *Imperii*, ut quod *Opaviæ*, & *Derovati* civitate Imperiali ob religionem ſub utraque factum eſt, inter illos comportatio, ac unio efficiatur, & non attendentes, quod diverſos ordines & ceremonias inter ſe habeant; imo quod quidam ſacerdotes inquieti, plus ob verbum, & honorem ſuum, quam Dei honorem, & animarum humanarum ſalutem altercarentur, in hoc conveniant unanimiter, ut omnes *ſub utraque* inſimul perſeverent, ac unus alterum ob quandam exiguam controverſiam non vituperet, imo ſi quis eis nocere vellet, contra talem quemlibet unanimiter ſe adjuvarent. Id cum ita actum fuiſſet, *Hungari* apud Archi-Ducem *Mathiam* conqueſti ſunt, quod Sua *Cæſarea Majeſtas* tamen exercitum conducat, & nec pacem *Viennenſem* cum *Hungaris* & *Turcis* concluſam confirmare, neque dona Imperatori *Turcico* juxta certam conſuetudinem & promiſſum datum transmittere velit, atque ideo, ut Archi-Dux *Mathias* Suæ *Majeſtati Cæſareæ* perſuadeat pacem confirmandam, nam ſi id factum non fuerit, futurum, ut *Hungari* Dominum ſibi quærant, qui talem pacem eis confirmet, & bella in *Hungaria* impediat.

Hic Archi-Dux *Mathias* timens, ne Regnum *Hungariæ* in manus alienas deveniat, diætam *Budæ* conſtituit, in qua pax *Viennenſis* confirmata fuit, & ordinatum, ut quicunque impedimentum cauſare vellet, huic obſiſtatur. (*i*) Et dum Sua *Cæſarea Majeſtas* hoc graviter ferre dignata fuiſſet, quod id abſque voluntate Suæ *Cæſaræ Majeſtatis* factum fuerit, præcipue quod *Auſtriaci* huic paci contractæ incluſi eſſent, dignata eſt *Hungaris* & *Auſtriacis* literas ſeveriſſimas mittere, monens, ſi a propoſito ſuo deſiſtere noluerint, atque illi cum aliis bellicoſe confæderati fuerint, quod Sua *Majeſtas Cæſarea* ſciet, quid cum inobedientibus ejusmodi agendum ſit. Super quod Archi-Dux *Mathias* ipſemet Suæ *Cæſareæ Majeſtati* reſponſum dare dignatus eſt, quod id ſe facere neceſſe fuerit, ut terram *Hungariæ* & *Auſtriæ* conſervaret. Interim in *Moraviam* intravit populus Suæ *Cæſareæ Majeſtatis*, quem Dominus *de Tilli*, & *Dominus de Trautmansdorff* duxerant, mox vero *Hungari* & *Auſtriaci* miſerunt ad *Moravos*, ut huic exercitui tranſitum per *Marchionatum* eo-

(*i*) Inſtrumentum confœderationis hujus habetur poſterius.

rum in terram ſuam non admittant, imo memores, qualia *Moravi* ante paucos annos damna exuſtionibus, ac cædibus a *Tartaris*, & *Haydonibus* toleraverint, ut ſe cum *Hungaris* uniant, & *Viennenſem* pacem defendere adjuvent. Intelligens Sua *Cæſarea Majeſtas*, quod terræ illæ ita confæderatæ ſint, & de obedientia Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* ſe retrahant, dignata eſt Sua *Majeſtas* comitia generalia, & univerſalia Statibus Regni *Bohemiæ* & terris illi incorporatis, in arce *Pragenſi* die 14. *Martii* indicere, & conſtituere. Ad quam diætam non venientibus *Moravis*, nec *Sileſitis*, neque *Luſatiis*, Sua *Majeſtas Cæſarea* dignata eſt a Statibus Regni *Bohemiæ* petere, ut Suæ *Majeſtati Cæſareæ* pro imminentibus periculis *tercentena millia* deponantur. Status vero id differri poſtularunt, usque ad comitia Regni. Interim *Hungari* Statibus Bohemiæ ſcripſerant, quod ſi in his rebus contra illos ſenſerint, & *Viennenſem* pacem, quam confirmatam ſigillis ſuis appreſſis transmiſerunt, non manutenuerint, quod illos tanquam non ſervantes fædus, & ſuos inimicos reſpicere cogentur. (*k*) Domini *Moravi* etiam comitia *Slawkoviæ* celebrarunt, (*l*) ad quæ impedienda Sua *Majeſtas Cæſarea* nuncios ſuos trasmittere dignata eſt. Verum Domini *Moravi* multum conqueſti ſunt de Domino *Ladislao Berka*, Capitaneo *Moraviæ*, quod præſidio militis Cæſarei eos vita, bonis, & privilegiis privare conatus ſit, quod idcirco pro conſervatione jurium ſuorum ſe cum *Hungaris* & *Auſtriacis* univerint, (*m*) & in hoc convenerint, ut pax *Viennenſis* confirmetur, & in ſuis privilegiis, quæ in multis eis minuuntur, manuteneantur, & relinquantur. Et cum Sua *Majeſtas Cæſarea* militem ſine cauſa conducere, & in terram illorum inducere dignata ſit, idcirco etiam exercitum pro conſervatione terræ ſuæ a ſe fuiſſe conſcriptum, ad comitia vero *Pragam* ſe venire non poſſe. Videns autem Sua *Majeſtas Cæſarea* tantam *Hungarorum*, *Auſtriacorum* & *Moravorum* inobedientiam, & populi bellici conductionem, petivit a Statibus in comitiis, ut pro Regni *Bohemiæ* ſecuritate inſurrectio ſeu Aufboth populi univerſalis ordinetur, quod & factum eſt, nam juxta mandatum emanatum Status ſub amiſſione honoris, capitis, & bonorum, cum tota ſua potentia ad arma provolare tenebantur. Audiebatur etiam, quod *Bavariæ* Dux cum tribus millibus ſuæ *Cæſareæ Majeſtati* in auxilium venire velit, item quod *Papa* & Rex Hiſpaniæ ingentia auxilia contra inquietos *Hunga-*

(*k*) Literæ hæ referuntur poſterius (*l*) Inſtrumentum, quo Comitiorum iſtorum celebrationem ſupremi Judices Moraviæ Rudolpho II. denunciant, habetur ibidem. (*m*) Confœderatio ordinum Moraviæ cum legatis Hungariæ recenſetur ibidem.

Digitized by Google

[illegible] daturi ſint; venit etiam Dominus *de Tilli* ex *Moravia* in *Bohemiam*, cui Sua *Cæſarea Majeſtas* ad plures *Valanos* conſcribendos mandatum dare dignata fuit. Hæc cum Archi-Dux *Mathias* comperiſſet, derepente, & citra opinionem Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* atque Statuum Regni *Bohemiæ*, ad civitatem *Czaslaviam* cum viginti quinque millibus populi *Hungarici*, *Auſtriaci*, & *Moravici* advenit, (*n*) & literis ſuis omnibus Statibus intimavit, ut ad civitatem *Czaslavienſem* convenirent, quod Sua Archi-Ducalis gratia bono eorum expeditionem hanc ſuſceperit. Interim Sua *Majeſtas Cæſarea* nuncios ſuos *Iglaviam* & *Czaslaviam* ad Archi-Ducem *Mathiam* mittere dignata eſt. Imo & *Papalis* & *Hiſpanicus* nuncii, item Electoris *Saxoniæ*, & *Brandeburgiæ Czaslaviam* advenerunt, de rebus componendis cum Archi-Duce acturi. Et dum Archi-Dux 10. Maji *Czaslaviam* adveniſſet, tandem a Sua *Cæſarea Majeſtate* comitia Pragæ habenda indicta ſunt 19. Maji. Item dignata fuit Sua *Cæſarea Majeſtas* aulam ſuam renovare, & quod antea nunquam factum fuit, duos Camerarios *ſub utraque*, id eſt Dominum *Sigismundum Smirziczky*, & Dominum *Rudolphum Trczka* ſibi elegit, item Dominum *Ladislaum* de *Lobkoviz*, & virginem *Evam* nobilem *de Lobkovitz* ex ſervitio ſuo, & munere dimiſit. Interim mandata Cæſarea per diſtrictus miſſa ſunt, ut omnes conſurgant, & nobiles Magiſtratusque perſonaliter cum populo ſuo *Pragam* verſus progrediantur. Deſuper venerunt alia mandata, ne progrediantur, ſed ad comitia ſolum veniant. Iterum mandatum aliud ex cancellaria emanavit, ut tamen cum populo progrediantur, quo durante Archi-Dux *Brodam* ſe recepit *Bohemicam*, & comitia Pragæ 19. Maji inceperunt. In quibus in præſentia Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* hæc propoſitio prolata fuit, quod Sua *Cæſarea Majeſtas* a Statibus poſtulet, ut Archi-Ducem *Mathiam* pro futuro exſpectante Regni *Bohemiæ* recipiant. (*o*)

22. *Maji* Status Dominorum & Equitum ſub utraque ad cubile viride ſe contulerunt, in quo concluſum: ne Suæ *Majeſtatis Cæſareæ* propoſitioni prius reſpondeatur, quam Sua *Cæſarea Majeſtas* eos penes religionem & libertatem eorum relinquere, privilegia renovare, & confirmare dignaretur. Illico hic a Domino *Stephano de Sternberg* dictum fuit: ut *pars ſub utraque* penes literas Majeſtales ſibi a Rege *Wladislao* ratione religionis datas relinquatur. Contra quod Dominus *Wenceslaus de Budowa* loco omnium trium Statuum locutus, dixit, ut copia harum literarum

(*n*) Literæ quibus Mathias adventum ſuum Czaslavienſi ſenatui intimat, habentur poſterius.

(*o*) Inſtrumentum, quo id petit Rudolphus II, habetur ibidem.

Digitized by Google

oſtendatur, & videatur, quid a Sua *Cæſarea Majeſtate* petendum eſſet, & ita in craſtinum diem illud ratione religionis dilatum, ac de aliis articulis ſæcularibus actum fuit. Mane 23. *Maji* in cubili viridi, cum omnes tres Status ſub utraque magno numero, ita ut cubile & area anguſta fierent, conveniſſent, Dominus *Stephanus a Sternberg* prolocutus eſt, quod copiam literarum majeſtalium Regis *Wladislai* adhuc quidem obtinere nequiverit, ſed quod hujus aſſecurationem certam habeat, partem ſub utraque his literis majeſtalibus bene proviſam eſſe. Ideoque ut Status in hoc acquieſcentes de aliis articulis agant. Dominus *Wenceslaus de Budova* vero loco omnium trium Statuum mox repoſuit, quod Dominus *Stephanus de Sternberg* hac in re non bene informatus ſit, cum dicit, literas has majeſtales Regis *Wladislai* eſſe bono & libertati Statuum ſub utraque, nam compactatis his firmari, ut a Conſiſtorio *Pragenſi*, quod ſub jurisdictione Archi-Epiſcopi *Pragenſis* exiſtit, regantur, a tali (inquiebat) proviſione Dominus Deus nos præſervet; Imo quod Status ſub utraque proviſionem meliorem ab Imperatore *Maximiliano* ſanctæ memoriæ in duobus comitiis emanatam habeant; Primo de anno 1567. ubi a compactatis his pars ſub utraque abſoluta eſt, & hæc compactata in comitiis his ita proviſa fuerunt, ut in religione ſua juxta verbum Dei ſe dirigere poſſint. Secundo; quod in comitiis generalibus Anno 1575. pars ſub utraque penes conſcriptam in hac Diæta *Confeſſionem Bohemicam*, ac penes certam inter ſe factam concordiam a Sua *Majeſtate Cæſarea Maximiliano* in præſentia moderni hujus Domini noſtri Imperatoris *Rudolphi* relicta fuerit. Et ideo quod ſtatus ſub utraque ratione religionis non penes majeſtales literas Regis *Wladislai*, ſed penes gratias Regis *Maximiliani*, & hæc nominata duo comitia Regni, in quibus tam favorabiles concordiæ Statuum ſub utraque factæ ſunt, relinqui deſiderent.

Et cum etiam *Hungarorum* factio ſub utraque a prioribns mandatis Regiis, quæ nociva illis fuerant, abſoluti ſint, & privilegiis religionis ſuæ manutenendæ in hac *Viennenſi* pace, quæ *Pragæ* cum licentia Suæ *Cæſareæ Majeſtatis*, in *Bohemica*, *Latina*, & *Germanica* lingua impreſſa exiſtit, ſufficienter proviſi ſint, utique id tam bene *Bohemos*, atque *Hungaros* apud *Cæſaream Majeſtatem* promeritos fuiſſe, ut & eis, quod antea conceſſum, & liberum fuit, nunc perfecte & plenarie confirmetur, nam niſi id factum fuerit, ad nullam tranſactionem, aut poſtulationem Status ſub utraque conſenſuros, ſed perſonaliter & communiter omnes expetituros audientiam *Cæſareæ Majeſtatis*, & hanc ſuam inevitabilem neceſſitatem propoſituros. Hæc dum Dominus *Wenceslaus de Budava* dixiſſet,

quæ-

Digitized by Google

quærebat a tribus Statibus omnibus, utrum his aſſentiantur, ſitque hæc eorum voluntas? & an his ſtare velint? Mox intra breve ſpatium temporis palam voce magna applauſum fuit ab omnibus, ſe ita ſentire, & his ſtare, ac perſeverare velle, petentes Dominum *de Budova*, ut menſæ aſſideat, & articulos, in quibus Status convenient, annotet, quod & factum eſt. Dominus etiam *Stephanus a Sternberg* valde ſibi complacuit in prolocutione hac, & totius univerſitatis acclamatione ferventi, nec mentionem amplius ullam literarum majeſtalium Regis *Wladislai* fecit, imo Dominum de *Budova* petiit, ut illud, quod compactata ceſſaverint, & quod Status ſub utraque penes Confeſſionem hanc, & penes comportationem relinqui petant, mox annotet.

In craſtino mane 24. *Maji*, dum rurſus Status ſub utraque magno numero ad cubile viride conveniſſent, Dominus de *Budova* articulos, quos conſcripſerat, Statibus pro ulteriori correctione perlegit, quos illi collaudantes, invicem ſe animarunt ad eos ſubſcribendos. Reducentes vero ſibi in memoriam, quod anno 1603. audacius loquens Dominus *Wenceslaus de Budova* ratione religionis in comitiis Regni, dein a Statibus ad juramentum compulſus fuit; atque ideo ut pro uno omnes ſtent, convenerunt. Mox aliquot centeni Status Dominorum & Equitum ſe ſubſcripſerunt, & civitates Regiæ ferme omnes, excepta *Plſna* & *Budwicio*. Hæcque originalia ſubſcripta Status tradiderunt Domino de *Budowa* ad aſſervandum, proclamantes voce clara; quod ſi quis comportationi huic ſtare nollet, vel eam infringere vellet, ut ejiciatur e feneſtra.

Eodem die 24. *Maji*. Miſſi ab Archi-Duce *Mathia*, & quidem Epiſcopus *Weſperinenſis*, Dominus *Carolus de Zierotin*, & alii plures *Hungari*, *Auſtriaci*, & *Moravi* de *Broda Bohemicali Pragam* ad comitia advenerunt, & tertia die, id eſt 26. *Maji*, comitia intraverunt, ubi propoſitio per Dominum *Carolum de Zierotin* &c. facta eſt, & ferme duabus horis ex cathedra proclamata.

Primo, qua de cauſa Sua Gratia Archi-Ducalis hanc expeditionem in ſe aſſumpſerit; nempe propter conſervationem Regni *Hungariæ*, & terrarum huic annexarum. Item propter defenſionem privilegiorum Regni *Bohemiæ*; juxta id querelæ magnæ auditæ, quod propter malos Conſiliarios hoc Regnum in ruinam devolutum eſſet; & Sua *Cæſarea Majeſtas* ob defectum ſanitatis ſuæ, parum de regimine hujus ſollicitari poſſit, imo loco Suæ *Majeſtatis Cæſareæ* multi leves nihil valentes alienigenæ homines Bohemiam regant; Quapropter nihil contra Status futurum, ſi Archi-Dux *Mathias* ſuam *Majeſtatem Cæſaream* perſuaſerit, ut Sua *Cæſarea*

Majeſtas eligens ſibi quietiorem vitam in Tyrolim ſe conferat, & Archi-Duci *Mathiæ* Regnum *Bohemiæ*, Marchionatum *Moraviæ*, & Ducatum *Sileſiæ* cedere dignaretur; Tum quod Sua Archi-Ducalis gratia Statibus omnia privilegia renovare, aliaque gratioſe impertiri dignabitur. (*p*)

27. *Maji* Status ſub utraque cancellariam ſupremorum terræ Officialium absque inſinuatione intrantes, per Dominum *Stephanum de Sternberg* nunciari juſſerunt, quod quidam Domini ſupremi Officiales, & Judices terræ tabularum Regni proviſi ſint privilegio a Sua *Cæſarea Majeſtate*, ne perſonaliter ad expeditionem bellicam (quod tamen ſub amiſſione honoris, vitæ, & bonorum ordinatum fuit) ipſimet pergant, ſed loco ſui quempiam mittere poſſint. Dixeruntque, quod id fieri non debuiſſet; Nam ſi ſupremi Domini Officiales & Judices terræ perſonaliter ire nolint, nec obſtrictos eſſe loco ſui alios mittere; in ſumma, quod nihil agere debeant, niſi articuli religionis a Sua *Cæſarea Majeſtate* confirmati fuerint.

28. *Maji* die *Mercurii* omnes tres Status in viridi cubili conveniendo elegerunt & petiverunt Dominum *Joachimum Andream* Comitem *Schlik*, ut in lingua *Germanica* eorum poſtulata coram *Cæſarea Majeſtate* proponat, & nomine omnium Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* audientiam petat. Ad quod Sua *Majeſtas Cæſarea* reſponſum dare dignata eſt, ut hæc ſua poſtulata Suæ *Cæſareæ Majeſtati* per ſupremos regni Officiales proponi procurent. Id dum Status facere renuerunt, inſinuatum illis, ut de quolibet ordine 12. perſonas ad Suam *Cæſaream Majeſtatem* ablegent. Id dum itidem facere noluerunt, indultum fuit Statibus ſub utraque, ut omnes Suam *Cæſaream Majeſtatem* accedant.

Ivimus itaque hora tertia horologii *germanici* poſt meridiem, & in veritate, in copia magna ex corpore utraquiſtico, nam ultimi in area ante gradus Cæſareos ſtare debuerunt, cum cubilia Cæſarea omnes non ceperint. Venientes itaque ante *Cæſaream* Suam *Majeſtatem* Dominus comes *Schlik*, lingua *germanica* illa, de quibus Status convenerunt, Suæ *Cæſareæ Majeſtati* propoſuit, una ſimul extradendo illi articulos, de quibus unanimiter convenerunt Status, in *germaniſmum* translatos, item extradendo confeſſionem *Bohemicam*, *germanice* impreſſam in holoſerico rubro compactam, quam Dominus *de Budowa* compingi, & accurari fecit. Super hæc Sua *Majeſtas Cæſarea* reſponſum dare non dignata fuit. Dominus comes *Schlik* vero loco Statuum locutus fuit, quod Status humiliter ac

(*p*) Articuli quos tum Mathias proponi juſſit habentur poſterius. Item habetur ibidem. Supplementum horum articulorum.

Digitized by Google

ac ſubmiſſe petant, ut Sua *Cæſarea Majeſtas* adhuc eadem die reſponſum dare dignaretur; Denique a Sua Cæſarea Majeſtate reſponſum, quod ita fiet. Et ita Status ad cubiculum viride, & in palacium expectandi reſponſi cauſa rediverunt. Inter hæc venientes a Sua *Cæſarea Majeſtate* Dominus *Rudolphus Trczka* &c. & Dominus *Stephanus a Sternberg*, in palacium, locuti ſunt Domino *Wenceslao de Budova*, ut congregatum corpus utraquiſticum diſponeret, quo reſponſum Suæ *Majeſtatis Cæſareæ* in craſtinum differret, quod & factum eſt.

29. *Maji*, ſcripta reſolutio Suæ *Majeſtatis Cæſareæ* ex cancellaria *Bohemica* ad Status ſub utraque delata fuit, quam Status Domino *Wenceslao de Budova* ad aſſervandum in originali dederunt, ita quidem, ut quicunque illam ſibi deſcribi curare vellet, eidem liberum eſſet.

30. *Maji*, Status ſub utraque cancellariam ingreſſi, petitionem ulteriorem ſuper reſolutione Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* propoſuerunt, ne ullus in religione ſua *Chriſtiana*, donec ex integro comportatio facta fuerit, impediatur, ſed eam libere exercere, & Eccleſias occluſas aperire poſſit. Cui quod ſatisfiet, Dominus ſupremus *Burggravius* loco Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* primum in cancellaria, dein etiam in palatio comitiorum promittere dignatus eſt. Eodem etiam tempore in cancellaria enſis & corona de Eccleſia *Teynenſi* ex imagine Regis *Georgii* ſublata, iterum *Pragenſibus* reſtituta fuerunt.

2. die *Junii*, Commiſſarii Archi-Ducis *Mathiæ* in comitiis per Dominum *Carolum de Zierotin* &c. qui ſemper in Diætis omnibus & conventibus aliis verba præibat, & reſponſa dabat, conqueſti ſunt, quod inter treugas pacis cum Archi-Duce ſervi Cæſarei *Ferdinandus Dlauſin*, & *Tiburtius Himmelreich* miras fallacias adverſus Archi-Ducem tentent; Dum vero commiſſarii hi a comitiis receſſerunt, & currum ante palatium cum magno hominum ejulatu conſcenderunt, tum unus de *Boemis* jaculatoribus exploſit bombardam contra Dominum *Sebaſtianum Hognow Auſtriacum*, qui ferme ſimilis de facie Domino *Carolo de Zierotin* fuerat, non ſecuto autem exploſionis effectu, ſecundo id tentare voluit, ſed deſuper apprehenſus, & in carceres Parvo-Partenſes miſſus eſt.

3. die *Junii*, reviſio exercitus *Bohemici* ſub *Wyſſebrado* habita fuit, cujus pedites ad 18. millia, & equites ad 1500. numerabantur, excepto noviter conſcripto milite, nempe *Walanis*, quorum quinque millia fuerant, item iis, qui in civitatibus *Pragenſibus* ad decem millia inveniebantur. Hic variæ militum fuerunt ſententiæ, quidam ſuaſerunt, ut cum Archi-Duce conflictus ineatur, dicentes, ſatis fortes eſſe Cæſareos, præſer-

ſertim, cum nonniſi de ſex diſtrictibus exercitus hic *Boemicus* conquiſitus ſit, quod ex aliis octo diſtrictibus poterunt a tergo irruere. Quod cum ad aures Archi-Ducis perlatum fuiſſet, is apud *Dubec* ſe collocavit, ac & major vigilantia in civitatibus *Pragenſibus* demandata fuit, fortes vigiliæ in omnibus portis poſitæ, tormenta ad portas advecta, poſt *Cuthenenſem* portam *Plothaus* factum, de patibulo in *Ziskow* monte mœnia facta, & multæ copiæ, vexilla, & tormenta illuc devecta; ceperunt & deſuper hinc atque illinc milites congredi, ita quod ab *Hungaris* noſtrorum aliqui, & a noſtris viciſſim *Hungari* occiſi ſint.

8. die *Junii*, in plenis comitiis de ſcientia & voluntate Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* concluſum eſt, ut certæ perſonæ de omnibus tribus Statibus Regni eligantur, qui in *Dubec* de pace cum commiſſariis Archi-Ducis *Mathiæ* agant, cujus tamen concluſio Suæ *Cæſareæ Majeſtati* & Statibus reſervaretur. Quod & factum eſt, & electi ſunt de Statu Dominorum perſonæ hæ: Dominus *Supremus Burggravius Pragenſis*, Dominus *Supremus Camerarius*, *Supremus* Dominus *Judex*, Dominus *Joannes Auſchtitsky*, &c. Dominus Theobaldus *Schwihowsky*, &c. Dominus *Carolus Wrabbsky*, Dominus *Carolus de Wartemberg* &c. Dominus Joachim *Andreas Schlik* Comes &c. Dominus *Wenceslaus de Budova* &c. de Dominis; De Statu Equeſtri electi ſunt; Dominus *Supremus Scriba*, Dominus *Burggrabius Karlſteinenſis*, Dominus *Sub-Camerarius* &c. Dominus *Burggrabius Hradecenſis* &c. Dominus *Fridericus de Bile* &c. Dominus *Procopius Dworeczky* &c. Dominus *Georgius Wratislaw* &c. Ex civitatibus totidem perſonæ. Et ita quotidie in *Dubec* pergebatur, & tranſigebatur.

15. *Junii*, Sua Archi-Ducalis gratia cum omnibus ſuis copiis dignata eſt propius *Pragam* apud *Sterhobol* ſuper *Maleſſice* ſe collocare, quarum caſtra tanta fuerunt, quanta antiqua & nova civitas *Pragenſis*, & non procul a caſtris, in quodam monte propius civitatem verſus, duo tentoria majora erecta ſunt, in quibus Domini utriusque partis commiſſarii ad agendum de pace convenire poſſent.

18. *Junii*, Pax in capitalioribus articulis de gratia Dei concluſa eſt, de aliis vilioribus rebus actum eſt tribus diebus conſequentibus, & primo; ut Sua *Cæſarea Majeſtas* debita ſua in *Moravia* exſolvere dignaretur, quorum debitorum ſumma ad ſepties centena millia excurrebat, camera autem *Boemica* referebat, quod Sua *Majeſtas Cæſarea* in *Boemia* debiti nomine teneatur ſupra tres milliones. Tandem quæſtio oriebatur de Domino *Ladislao Berka* &c. ſed Domini *Moravi* prætendebant, ut innocentiam ſuam in eo loco, ubi ſibi concreditis pupillis, & hominibus aliis no-

Digitized by Google

potuit, nempe in *Moravia*, apud comitia probaret. Item inter Dominos commiſſarios Cæſareos, & Dominos *Moravos* controverſia magna fuit, qua forma Sua *Cæſarea Majeſtas* Dominis *Moravis* reverſales dare deberet, quod hac ſua in *Bohemiam* expeditione, & ſe Archi-Duci *Mathiæ* ſubjiciendo, nihil contra fidelitatem Cæſari & Regi ſuo debitam egerint; quæ autem verba commiſſarii Cæſari ſine ſcitu & voluntate Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* apponere noluerunt. Verum Domini *Moravi* rem ita excuſarunt, & palliarunt, quod in terra ſua habeant certam transactionem de pace publica, vulgo *Landfrid*, ſuper qua Sua *Cæſarea Majeſtas*, utpote Marchio *Moraviæ* & ad *Landfrid* pertinens juramentum deponere dignata ſit, qui *Landfrid* inter reliqua etiam hæc contineat, quod quicunque aliquid contra commembrum ageret, ut omnes & ſinguli ſe invicem adjuvarent. Cum ergo Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* infideles quique, & mali conſiliarii contra *Landfrid* inuſitatis citationibus ad judicium Cameraticum, item mandatis ex cancellaria *Bohemica* talem *Landfrid* eorum violare præſumpſerint, hinc quod nihil contra obligationes ſuas ſeparando ſe a regimine Suæ *Cæſareæ Majeſtatis*, & adhærendo Archi-Duci *Mathiæ* egerint, imo ſi id non feciſſent, contra *Landfrid* & obligationes ſuas peccaſſent; hoc vero agentes, ſe juxta juramenta data obligationibus ſuis ſatisfeciſſe, petieruntque, ut id Sua *Cæſarea Majeſtas* illis in reverſalibus modo debito atteſtari dignaretur, propter quod dum magna controverſia inter Dominos commiſſarios fuiſſet, dilatum id fuit ad ulteriorem Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* cognitionem & reſolutionem. Item Dominus *Cardinalis*, id eſt Epiſcopus *Moravienſis* dixit, quod Epiſcopi *Moravienſes* ſub jurisdictionem Regum *Bohemiæ* pertineant; Sed Domini *Moravi* reſponderunt; Si Sua *Cæſarea Majeſtas* Suæ Gratiæ Archi-Ducali Regimen *Moraviæ*, & omnium Statuum tradiderit, & omnes a ſubjectione ſibi debita dimiſerit, quod etiam Dominus Epiſcopus *Moravienſis* in hoc incluſus ſit, ſi autem Dominus *Cardinalis* ſub jurisdictione Cæſarea ſtare velit, id illi faveri, ſed Epiſcopo *Olomucenſi* id non admitti, niſi Epiſcopatus ſui bona alteri Epiſcopo cedat. Et ita Dominus *Cardinalis* acquievit.

23. *Junii*, Domini Commiſſarii ex utraque parte *Libnæ* penes *Pragam* convenerunt, & ibi reverſales & compactata conſcripſerunt, quæ primo altera die hora ſecunda veſperi *Libnæ* abſoluta fuerunt.

25. *Junii*, Relatio comitialis in comitiis generalibus correcta fuit, & dum poſtremo articulus de religione ſub finem lectus fuit; quod nempe pars ſub una hoc adjectum & ſtipulatum velit, ut ſi in futuris comitiis aliquid de hoc articulo, nempe de religione proponere voluerit, facere

omnino poſſit. Audientes id Status ſub utraque, convenerunt invicem, & petiverunt Dominum Wenceslaum de *Budowa*, ut loco illorum proloquatur, petatque, ut & corpus utraquiſticum ſub hac clauſula inſeratur. Et ne hæc propoſitio in futuris comitiis vergat illi in præjudicium, in quo jam Status ſub utraque invicem convenerunt, adeoque ne in relatione comitiorum nominentur partes ſub utraque, in plurali, ſed pars ſub utraque, ſeu corpus utraquiſticum, quod & factum eſt, & huic relationi comitiali adjectum.

Eodem die poſt comitia quidam Domini *ſub una* Domino *de Budowa* objecerunt, cur omnes factiones ſub utraque defendat, cum tamen ſciatur, quod ſe non dirigat juxta *Pragenſes* ſacerdotes, qui in conſiſtorio ordinantur, & quod aliter doceant conſiſtoriales ſacerdotes, & aliter, qui in Imperio ſunt ordinati, & aliter *Fratres*, & ita, quod non poſſint dici pars ſub utraque, ſeu unum corpus utraquiſticum, ſed corpora, & partes. Super quod eis Dominus *de Budowa* &c. reſponſum dedit, quod hi omnes Status ſub utraque, qui ſe partes nominant, non ſint niſi una pars ſub utraque, ſeu unum corpus utraquiſticum, quia ſe omnes ad hanc confeſſionem, quam ſibi ex unanimi conſenſu ex ſacra ſcriptura excerpſerunt, in comitiis anni 1575. revocant; Quod autem diverſa conſilia, ceremoniæ, & eccleſiaſticæ diſciplinæ inter nos ſint (inquiebat) hoc nec vinculum amoris *Chriſtiani* dirimit, nec Deo dante dirimet. Atque ſi in *Bohemia* ſunt triplices inter utraquiſtas in ordinibus & ceremoniis differentiæ, certe penes partem ſub una in ordinibus & ceremoniis centenæ differentiæ inveniuntur, ita quod *Jeſuitæ*, *Capucini*, *Franciſcani*, *Dominicani*, & alii plures ordines tam in veſtitu, quam victu, ceremoniis Eccleſiæ differentias magnas, miras regulas, & diverſa jura inter ſe habeant, & tamen omnes unius religionis Catholicæ, unius fidei ſe eſſe dicant. Si ergo illis hoc nocivum non eſt, etiam nobis hæ differentiæ in ceremoniis, ordinibus eccleſiaſticis, quæ perpaucæ ſunt reſpectu partis ſub una, nobis nocere non debent, dum omnes ad unam veritatem Dei in una confeſſione contentam nos revocamus. Verum cum nos de illorum variis ceremoniis & ordinibus non ſollicitamur, etiam illi de noſtris non ſollicitentur &c. &c.

Dein dum Dominus *de Budowa* cum quibusdam de Statu Dominorum & Equitum ſub utraque conveniſſet, narraverunt illi, quod ad eos etiam quidam de Statu Dominorum ſub una venerint, hortantes eos, ut contra illos, qui ſe juxta *Fratres* dirigunt, proteſtationem faciant, quod illos inter ſe ſuſtinere nequeant; & alii ſub una pariter venerunt ad eos Status, qui cum conſiſtorialibus tenent ſacerdotibus, petentes eos, ut etiam prote-

feſtationem ſuam faciant, quod ſolam antiquam Bohemicam fidem, & confeſſionem, contra quam *Augſpurgica*, & *Fratrum* confeſſio militat, profiteantur, adjicientes, ſi id fecerint, quod Sua *Cæſarea Majeſtas* præter omnem religionis conſiderationem ad officia varia eos promovere dignabitur. Sed operam perdiderunt, nam tale his diſturbiorum incentoribus reſponſum dederunt, quod ſemel hanc profeſſionem, utpote homines honeſti profeſſi ſint, ſicut & comportationem, & nunc in comitiis iſtis propriis manibus ſe ſubſcripſerint, quod omnes ſub utraque huic confeſſioni adhæreant, pro uno homine ſtare debeant, & Deo dante ſtabunt. Nam ſi diverſa corpora, & partes eſſent, quælibet pars & membrum ſeorſim ſe ſubſcripſiſſet, hic vero omnes inſimul ſe ſubſcripſerunt, & omnes inſimul promiſerunt, quod unus pro omnibus, & omnes pro uno ſtare velint; hinc cuicunque quale quale demum nocumentum fieret, illud omnes, utpote membra unius corporis, unius fidei, & unius confeſſionis in omni humilitate & ſubmiſſione Suæ *Cæſareæ Majeſtati*, ad judicium terræ in comitiis deferre teneantur &c. &c.

Eodem die 25. *Junii*, Sua Archi-Ducalis Gratia *Maximilianus* ad Suam Achi-Ducalem Gratiam *Mathiam* in caſtra advenit, & abinde dein *Pragam* ad Suam *Majeſtatem Cæſaream* perrexit. Item ad caſtra advenerunt *e Sileſia* nuncii ad Archi-Ducem *Mathiam*, & alii miſſi *Pragam* ad Suam *Majeſtatem Cæſaream*, qui petiverunt, ut Sua *Cæſarea Majeſtas* eorum privilegia confirmare dignaretur, quod ſi non fieret, ſe ſub protectionem D. Archi-Ducis *Mathiæ*, non ſecus atque Domini *Moravi* ſubdituros.

26. die *Junii*, Status ex plenis comitiis miſerunt pro commiſſariis Suæ Gratiæ Archi-Ducalis ad caſtra Dominum Carolum *de Wartemberg*, Dominum *Caſparum de Zierotin*, & Dominum Wenceslaum *de Budowa* &c. ut Domini commiſſarii dignarentur venire ad audiendam relationem. Venientibus autem eadem die tarde *Pragam* in magno numero maxime *Hungarorum*, dilata res eſt in craſtinum.

27. *Junii*, Relatio mane hora 7. lecta eſt, & duravit lectio 5. horis, nam omnes etiam aliæ literæ & compactata lecta ſunt, tum ſummariter omnia, quæ in his continebantur. Poſt perlectionem hujus relationis Dominus *Carolus de Zierotin* de cathedra peroravit. Super quo Dominus *Supremus Burggravius*, quemadmodum ad alia omnia priora valde elegans reſponſum dare dignatus eſt. Et certe hos duos Dominos invicem ſæpius in comitiis & ſeſſionibus prudenter & ornate loquentes jucundiſſimum erat audire. Ex his autem compactatis, & reverſalibus publice lecta ſunt; Primo, ut Sua Gratia Archi-Ducalis *Mathias* pro futuro ex-

ſpectante Regni *Bohemiæ* agnoſceretur, ita quidem, quod ſi Sua Cæ[ſarea]
Majeſtas legitimum Succeſſorem adhuc obtinuerit, Archi-Dux Re[gnum]
hoc cum conſilio ſupremorum Officialium & Judicum & omnium tri[um Sta-]
tuum, usque ad debitos hæredis virilis annos adminiſtret.

Secundo, ut *Moravi* abhinc illico ſub directione Suæ Archi-[Ducalis]
Gratiæ maneant, quos etiam Sua *Majeſtas Cæſarea* a ſubjectione ſibi d[ebita]
dimittere dignata eſt, ſed cum ea conditione, ne a Regno *Bohemiæ* in [futura]
perpetua tempora ſe ſeparent, nec ullum alium Dominum unquam, niſi [Re-]
gem Bohemiæ ſibi aſſumant, & ſi Archi-Dux *Mathias* vivente Sua *Ma[je-]*
ſtate Cæſarea moreretur, ut *Moravi* poſſint ſibi unum e Principibus [de]
domo *Auſtriaca*, qui illis maxime placuerit, Regentem aſſumere, qui [tam]
diu præſit, donec alius Rex *Bohemiæ* electus fuerit.

Tertio; Quicunque in hac bellica expeditione de ſubditis & [ſervis]
Suæ *Cæſareæ Majeſtatis* ſervierit Archi-Duci, vel aliquam cum Archi-
Duce correſpondentiam habuerit, eique faverit, quod & ex parte [altera]
intelligendum, id ut ex utraque parte ignoſcatur, & univerſaliter
publicetur. Lectæ etiam ſunt multæ reverſales, quas Sua *Cæſarea Maje-*
ſtas Archi-Duci *Mathiæ*, & etiam Archi-Dux *Mathias* Suæ *Cæſareæ Maje-*
ſtati dare dignata eſt. Inter alias & illa lecta fuit, quod Sua *Cæſarea*
Majeſtas agnoſcat, quod *Moravi* ideo, quod ſe Archi-Duci ſubdiderint,
nihil contra obligationes & fidelitatem ſuam egerint, & quod illis hoc [fu-]
turis temporibus nullus improperare audeat. (q)

Quod ad *Hungarica* & *Auſtriaca* compactata attinet, hæc lecta [non]
ſunt. Eadem die poſt perlectionem relationis ex utraque parte commiſſa-
rii ad caſtra Suæ Archi-Ducalis Gratiæ perrexerunt; Dominus Card[inalis]
coronam *Hungaricam* devexit. Ubi ad agros *Maleſſicenſes* ventum [eſt,]
obviam proceſſerunt Domini *Hungari*, & Dominos commiſſarios non [in]
caſtra, ſed ad Archi-Ducis tentoria, quæ aliquantum longius a caſtris
aberant, perduxerunt. Hic totus exercitus tam peditum, quam equitum
in acie ſtetit, per quem Domini commiſſarii tranſierunt; præſentesque
fuerunt extraditioni hujus coronæ ſub tentoriis; primo Cardinalis [lati-]
no ſermone Archi-Ducem allocutus eſt, coronam, ſceptrum, [en-]
ſem, & alia ornamenta, clenodiaque Regia coram Dominis commiſſariis
illi tradens. Cujus verbis loco Archi-Ducis reſpondit Dominus *Georgius*
comes de Turzy (r) etiam latino ſermone. Tandem loco *Hungarorum*
Epiſcopus Weſprinenſis cultum latinum ſermonem ad Archi-Ducem ha-
buit.

(q) Transactio hæc Rudolphum II. inter & Mathiam habetur poſterius. (r) [illegible]
literæ ad ſenatum Kuttenbergenſem habentur ibidem.

Digitized by Google

...; Cui etiam latine Cancellarius Archi-Ducis reſpondit. Poſt quod reſponſum tribus vicibus factæ exploſiones tam ex armis minoribus, quam ex tormentis, ita ut apparuerit terram tremere, duravitque illud usque ad horam noctis. Tandem Domini commiſſarii reverſales Archi-Duci tradiderunt ad perlegendum & ſubſcribendum, & ſimul etiam eas ſigillarunt. Hoc facto Sua Archi-Ducalis Gratia dignata eſt Dominos commiſſarios, & alios officiales Statuum, qui præſentes fuerant ad ſuam cœnam invitare, præparatæ duæ tabulæ longæ, apud quas centum circiter perſonæ ſedere potuerant, & ſederunt; hic Sua Archi-Ducalis Gratia valdè læta erat, multorum diverſorum ſanitatem bibens, ita quod Domini commiſſarii, & alii ibidem præſentes optime habiti, demum primum hora ſexta veſperi abinde redierint.

28. *Junii*, Status elegerunt certas perſonas pro comitatione Archi-Ducis, & ſui populi e Regno *Bohemiæ*, qui per duplicem viam iter apprehenderunt, nempe Archi-Dux cum *Auſtriacis* & Statibus verſus *Taborium*, cui in comites & commiſſarios dati ſunt; Dominus *Stephanus de Sternberg* &c. Dominus *Carolus Mratsky*, Dominus *Adamus* junior *de Waldſtein*, Dominus *de Turan*. *Hungaricis* autem copiis ordinati ſunt in commiſſarios, Dominus *Caſparus de Zierotin*, Dominus *Wenceslaus de Budowa*, Dominus *Fridericus de Bile*, Dominus *Georgius Wratislaw*, Dominus *Joannes de Stampach*, & Dominus *Tinal*, & cum ſex millia *Hungarorum* fuerint, commiſſarii eos per tres phalanges & diviſiones duxerunt. Populi *Moravici* commiſſarii fuerunt, Dominus *Ladislaus Zeydlicz*, & Dominus *de Libnthal*, ſed *Moravicus* populus, quorum quatuor millia quingenti fuerant, ſemper *Hungaros* mox ſecuti ſunt. Et ita 30. Junii, Archi-Dux cum toto ſuo exercitu mane movit, caſtris & rebus convaſatis. In abitu vero populi hujus nihil auditum fuerat, uti antecedenter de damnis, propter cujusmodi exceſſus etiam multi a ſuis præfectis militiæ, enſe, rota & aliis ſuppliciis puniti ſunt.

Sed cum *Hungari Przelauczium* veniſſent, *Hungarorum* nonnemo ordinis Equeſtris pergens cum ſuo commiſſario Domino de *Stampach* ad hoſpitium ſuum, ſubito a quodam, qui poſt ſepem ſe abſconderat, occiſus eſt, & cum non procul *Przelauczio* turba hominum de diſtrictu caſtra metata ſit, timendum erat, niſi pons dejiceretur, quod propter *Hungarum* illum occiſum inter utrosque conflictus oriretur. Inde veſperi pergebant *Pardubicium*, quo dum veniſſent, currus in civitatem dimiſſi, ſed per alteram portam ex civitate exire prohibiti, & agnoſcens quidam ruſticus equam ſuam, quæ illi rapta fuerat, repetivit, quam dum *Hun-*

Digitized by Google

garus ei dare noluit, venerunt in ejus adjutorium cives, *Hungarum* concurrerunt, & trajecerunt, ita quod exorto tumultu, dein alter alterum occiderit, civibus etiam ex domibus & feneſtris jaculantibus.

Qui clamor cum ad ſupremum militiæ Hungaricæ Præfectum & Dominos commiſſarios veniſſet, ſtatim Domini commiſſarii, Dominus *Caſparus de Zierotin*, & Dominus *Wenceslaus de Budowa* inſidentes equis, Dominum comitem *Turzy* Generalem rogarunt, ut Capitaneos ſuos, & *Hungaros* reddat pacatos, qui furore perciti jurarunt, quod de ſanguine hoc innocente vindictam talem ſumere velint, quod neminem in vivis relinquere, & civitatem accendere velint. Tum prædicti Domini duo commiſſarii cum Domino comite *Turzy*, & ſuis copiis civitatem intrarunt, ubi ne unus quidem apparuit, qui de domo proſpexiſſet, minus ut amplius aliquis jaculatus fuiſſet, quod certe illis fortunæ fuit, nam, Deus avertat, ſi ex domibus exploſiſſent, omnes igne & ferro interiiſſent, & Deus noverit, quousque ignis hic & furor per Bohemiam fuiſſet graſſatus, nam in limitibus *Moraviæ* multa millia *Hungarorum*, per omnia tempora, quibus Archi-Dux in *Bohemia* morabatur, pro quavis neceſſitate jacebant. Habuerunt & Domini commiſſarii ſatis laborum, ut etiam cum periculo vitæ ſuæ tam exacerbatos populos mitigarent, ne quid inciperetur, donec reſciatur, quid cauſæ ſit. Et ita Dominus *Caſparus de Zierotin*, & Dominus *Wenceslaus de Budova* &c. arcem intrarunt, ubi multi centeni armati viri pedites congregati erant, Capitaneus vero illorum declaravit, quod hic populus pro bono *Hungarorum*, & non in damnum congregatus ſit; Et quod *Hungaris* extradere velit illos, qui cauſa fuerunt horum tumultuum, quamprimum eos reſcire potuerit, ſicut etiam deinde unum extradidit. Et ita poſt multas preces, & intermediationem Dominorum commiſſariorum jam in arcem, jam ad *Hungaros* pergentium, primo hora ſecunda veſperi res hæc pacata fuit, & mane in abitu eorum, cognitum primo eſt, quod ex utraque parte 50. circiter occiſi manſerint. Id factum eſt die 2. *Julii*. 3. *Julii Lithomiſslium Hungari* pervenerunt.

4. *Julii*, In confinibus *Moraviæ* Domini commiſſarii valedixerunt *Hungaris*, & antequam eos *Moravicis* commiſſariis tradidiſſent, petiverunt a Generali Domino comite *Turzy*, ut currus, & pedites illum proxime, & Dominos commiſſarios tranſirent, ut ſi ruſtici quid de ſuis eſſe agnoſcerent (qui Commiſſarios ſecuti ſunt) eisdem reſtitueretur. Uti etiam ferme 60. equi ab Hungaris ablati, reſtituti ſunt, quos ruſtici recipientes *Lithomiſslium* ſecum deduxerunt. Et vix credo quod 60. equi

fu-

ſuperſint, quos *Hungari* in *Moraviam* ſecum rapuerunt, nam quamvis multi centeni equi pauperibus hominibus in *Bohemia* rapti fuerint, attamen aliis iterum in *Bohemia* pro exigua pecunia, id eſt pro una, aut duabus ſexagenis raptum equum vendiderunt. Domini commiſſarii etiam cum ſingulari cuſtodia divina in domos ſuas ſalvi reverſi ſunt.

Atque ita jam noſcitur, qua de cauſa Archi-Dux *Mathias* cum tanto exercitu in *Bohemiam* venerit? quid egerit? quid *Bohemi* in comitiis ratione religionis ſuæ & privilegiorum egerint? & quomodo iterum Archi-Dux cum ſuis abinde exiverit.

Dominus Deus, qui liberos ſuos altera manu punit, altera amplexatur, dignetur illos, qui his temporibus damna paſſi ſunt, futuris bonis conſolari, & omnia ad ſuum honorem & gloriam, in propagationem veritatis evangelicæ, & communis boni perducere, Amen.

Plura quæ in comitiis his de religione & privilegiis acta ſunt, ea in impreſſis inveniuntur.

Solemnis ingreſſus Mathiæ Regis Hungariæ anno 1611. in urbem Pragam, & trium Statuum Regni Bohemiæ ad eum acceſſus.

Anno 1611. die Jovis poſt Dominicam Judica Status Regni Bohemiæ cum magno numero Equitum exierunt Praga obviam Regi Hungariæ, ut eundem cum debita ſubmiſſione reciperent, Pragamque deducerent, qui deinde circa horam vigeſimam ſecundam advenit.

1. Equitans venit Comes de Turn, ſupremus campi Leutenantius cum Domino de Fels, vexillum habentes rubrum cum albo leone argenteo cum equis plus 120.

2. Hos ſequebatur vexillum rubrum Domini Nicolai Wratislaw de Bubna. Equi 90.

3. Vexillum Domini Wodolan Pietipesky album, in quo inſcriptio: vireſcit vulnere virtus; Equi 72.

4. Ejusdem coloris ſubnigri. 74.

5. Domini Georgii Wratislaw de Mitrovitz coloris aurei, 103.

6. Cæruleum cum quo equi, 84.

7. Album cum bove nigro, 79.

8. Flavum comitis Caretto de Mileſtin Itali, 84.

9. Domini de Wrtby, cæruleum cum alba cruce, 88.

10. Domini Felicis Pietipesky, rubrum, 98.

11.

Digitized by Google

11. Album cum corona aurea ex diſtrictu Zatecenſi, 115.
12. Albo-aurancinum ex eodem diſtrictu, 111.
13. Cæruleum cum corona ex Hradecenſi, 76.
14. Item ſimile ex eodem diſtrictu, 85.
15. Item ſimile ex eodem, 83.
16. Ex diſtrictu Litomericenſi cæruleum cum effigie S. Georgii Equi, 88.
17. Coloris aurei ex eodem, 92.
18. Ex Czaslavienſi diſtrictu rubrum, 134.
19. Album cum leone aureo ex Chrudimenſi, 113.
20. Album cum Dracone ex Curimenſi, 104.
21. Flavum antiquæ urbis Pragenſis, 51.
22. Novæ urbis Pragenſis cæruleum, 89.

Summa omnium equorum, 2021.

Hos ſecuti Regii Equites.

Primo: Vexillum rubrum, cum quo equi, 81.
2. Item ſimile, 66.
3. Simile, 76.
4. Simile, 73.
5. Album, 73.
6. Rubrum, 82.
7. Rubrum, 77.
8. Simile, 89.
9. Rubrum, 78.
10. Simile, 73.
11. Album, 78.
12. Cæruleum, 89.
13. Subrubrum, 60.
14. Nigrum, 80.
15. Flavum, 84.
16. Lanceæ rubræ & albæ, 96.

Poſt hæc duxerunt equos Regios, quorum erant 30. paria.

17. Deinde ſequebatur Regium vexillum rubrum, quod geſſit quidam de Nobilibus aulicis, lorica, cæteriſque equeſtribus inſignibus indutus, tum alii nobiles, & aulici Regii equis inſidentes.

Summa hujus populi bellici Regii, 1255.

Hos

Hos ſequebantur pedites ſclopetarii Auſtriacorum rubras veſtes cum albis ornamentis induti per cohortes diviſi, in una quaque cohorte 8. lineæ, in qualibet linea 12. milites, ejusmodi cohortes erant 36. unicuique cohorti præfuit quidam Befehlshaber dictus, qui illas ducebat.

Has ſequebantur aliæ duæ cohortes Dardamis inſtructæ, in quarum unaquaque 7. lineæ, in linea qualibet 12. milites, quos præceſſit una linea haſtis inſtructa 6. perſonis conſtans, totidemque ſequebantur.

Tandem rurſus Dardamis inſtructæ 6. lineæ, in qualibet linea 6. perſonæ, poſt hos 5. Velliferi cum vexillis albis & rubris, hos ſequebantur 6. lineæ Dardamis inſtructæ in linea quavis 7. perſonæ. Item cum Dardamis 7. lineæ, in linea quavis 10. perſonæ. Rurſum 17. lineæ Dardamis inſtructæ in linea quavis 6. perſonæ. Hos ſecuti Sclopetariorum 4. cohortes per octo lineas, & in linea quavis 12. ſclopetarii.

Summa Sclopetariorum - - 816.
Alii Dupelſeler dicti - - 430.

Poſt hos denuo Capitaneus alius cum 38. lineis Sclopetariorum, in qualibet linea 12. viri Dardamis inſtructi, dein 14. lineæ, in qualibet linea 10. viri. Item cum Dardamis 6. lineæ per 6. viros. Dein 5. vexilla alba & rubra, hæc ſequebantur 6. lineæ cum Dardamis per 6. viros. Denuo cum Dardamis 28. lineæ mixtim per 6. & 5. viros.

Poſt hos Sclopetarii in duobus manipulis, in quolibet manipulo 9. lineæ, in linea 12. viri. Rurſum Sclopetariorum 22. lineæ, in linea quavis 5. viri. Dein cum Dardamis 7. lineæ per 5. viros.

Hæc eſt Summa Sclopetariorum - - 866.
Virorum Dardamis inſtructorum - - 401.
Exceptis haſtiferis, qui hic non numerantur.

Tandem ſequebatur libera cohors rubrorum, alborum & nigrorum, poſt hanc cum Dardamis 7. lineæ per 5. viros, dein Sclopetariorum 21. lineæ per 5. viros.

Summa populi pedeſtris - - 2653.

Poſt hos equitabant Domini de Statibus Moraviæ, Auſtriæ, & Bohemiæ, quorum erant 150. numero.

Proceſſit tandem eques Rex Hungariæ in veſtitu Hungarico viridi, ad genua usque togam rubram habens, ſuper hanc rubrum Doloman ex panno, cum ocreis Hungaricis, coopertus, mitra Hungarica plumis ornata, vulgo Czapatkowy Perzi.

Hunc ſequebantur rurſus Proceres. Hos ſecuta ſunt duo vexilla cærulea. Rurſum duo vexilla cærulea, cum quibus quatuor vexillis erant plus 500. equites.

Ultimo 6. currus, qui per 6. equos trahebantur. Primus inter eos Regius. Ingreſſus ille duravit ab hora 22. ad veſperum usque

Audientia.

Mane facto die Veneris Domini Status in magno numero Suam Serenitatem Regiam acceſſerunt, audientiam petentes, qua obtenta Suæ Regiæ Serenitati gratiarum actionem depoſuerunt, quod dignata ſit contra tantum hoſtem nempe populum Paſſavienſem non ſolum exercitum ſuum in auxilium mittere, verum etiam ipſamet ad petitionem eorum in civitatem Pragenſem venire. Tum ſubjunxerunt: cum populus iſte Paſſavienſis hactenus in Bohemia ſe detineat, incolis Bohemiæ Regni rapinis, incendiis, latrociniis grandia damna cauſare non ceſſet, neceſſitas vero poſtulet, ut huic tyrannidi reſiſtatur, ſe ſe itaque Statibus, quibus tanta damna, & incommoda inferuntur, notificaſſe, quod, quamprimum fieri potuerit, eis auxilium ferre velint. (s) Quapropter, ut id eo facilius ac melius in effectum deduci poſſit, ſe ſe Suam Serenitatem Regiam implorare, ut exercitum ſuum ſuis copiis adjungat, & contra hoſtes hos tam ſuos, quam Suæmet Gratiæ Regiæ progrediatur, Regnumque oppreſſum tueatur.

Ad quod Sua Serenitas Regia dignata eſt Statibus reſpondere, ſe eorum gratiarum actionem placide ſuſcipere, verum ſuper petitione eorum deliberaturam, ac abſoluto prandio reſponſum daturam.

Dum tempus illud adveniſſet, reſponſum datum eſt, quod Sua Serenitas prius reſcire cupiat primariam cauſam, cur a Statibus ad civitatem Pragenſem evocata ſit? Hoc reſponſo non usquequaque contenti Status in curiam Antiquo-Urbenſem receſſerunt, reque deliberata in id conſpirarunt, ut primariæ cauſæ Regiæ evocationis conſcribantur, & ſcripto porrigantur. Mane dein in craſtino die Sabbathi cauſas has perpendebant usque ad veſperas, & ita dies tranſacta.

DE

(s) Poſterius in diplomatario referuntur tria inſtrumenta, quæ hæc confirmant, & elucidant.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

DE SPECIMINE
Diplomatarii Bohemico - Hungarici.

Nemini hiſtoriarum gnaro incognitum eſt jam inde ab antiquiſſimis temporibus eam inter inclytam Hungarorum nationem gentemque Bohemam interceſſiſſe neceſſitudinem, ut ſe ſe creberrime ſocietatis, amicitiæ, affinitatisque vinculis illigarent. Teſtatur id jam ſæculi X. Græcus ſcriptor Conſtantinus Porphyrogenitus in ſuo de adminiſtrando imperio libro de gente noſtra loquens, *Affinitatem cum Turcis* (quo nomine ubivis Hungari ab eo indigitantur) *& amicitiam contrahunt.* Et quanquam vinculum hoc (ut fert rerum humanarum viciſſitudo) exortis nationem inter utramque ſimultatibus nonnunquam abruptum fuerit, imo in apertas belli flammas eruperit, tamen diuturnitatem vix unquam habuit, & poſitis motibus ad priorem malaciam, imo arctiora fœdera tranſiit, ut non incongrue utrique genti illud Terentii accommodare fas ſit: *Amantium iræ amoris redintegratio eſt.* Nam quoties in hiſtoriis noſtris non legimus Duces, Reges, ipſosque primos amborum Regnorum Proceres alternis nuptiis gaviſos ſe nobilitaſſe? quot non leguntur ſocietatum, fraternitatum, mutuorumque officiorum pacta & conventa? adeo ut altera pro alterius gloria & commodis vigilaret, altera pro alterius flore, tranquillitate ac ſecuritate fortunas ipſamque vitam profundere non refugeret. Evenit tandem ſub Wenceslao noſtro II, ut Hungaria etiam Bohemum Regem ferre, atque utrumque regnum eodem Rectore gaudere occiperet. Quod ſociale imperium quamquam tum, & poſtea ſub Sigismundo, Alberto atque Ladislao non magnam ætatem tulerit, tamen non multo poſt ſub Wladislao II. Bohemorum Rege tantum roboratum fuit, ut jam ab annis pene tercentum unius ejusdemque Principis & Regis auſpiciis Hungariæ atque Bohemiæ regno potiri contingat. Quo tempore & poſterius ſimul evenit, ut propter Archiepiſcopatus Pragenſis & Epiſcopatus Litomiſslienſis

per turbas Huſſiticas everſionem paſſim Hungariæ Archiepiſcopi atque Epiſcopi a Regibus noſtris in Boemiam advecti quævis epiſcopalia munia genti noſtræ adminiſtrarent, quin ipſas Regum coronationes Archiepiſcopis noſtris debitas exequerentur. Quæ itaque duorum ampliſſimorum regnorum, præcipue Rege uno eodemque utriusque regni habenas tractante, felicitas non potuit non utramque gentem arctiſſimis ſocietatis amicitiæque vinculis copulare. Quod vel ipſum inclyti ordines Hungariæ in epiſtola ſua Anno 1605. die 27. Auguſti ad Proceres Bohemiæ data, cum auxilia militaria petunt, his verbis teſtantur. *Merito certe Domini Bohemi memores eſſe debent arctæ quondam conjunctionis, & antiquorum fœderum & pactuum, ut qui inter alia mutuæ devinctionis exempla communibus Regibus uſi & gaviſi ſunt. Audire ſane id vel a majoribus ſuis potuerunt, quantis cum applauſibus & congratulatione ſoliti fuerant olim excipi Domini Bohemi, quoties Budam Praga Regem deducebant; paribus viciſſim ſtudiis, & quaſi officiorum concertatione Hungaros a Dominis Bohemis accipi tractarique in uſu fuiſſe, ita ut nulla potuerint arctiora ſocietatis & amicitiarum vincula inveniri* &c. Hujus itaque tam vetuſtæ ſinceræque amicitiæ, ſocietatis, pactorum, officiorum, negotiorumque publicorum non potuere non tranſcribi ad poſteritatem noſtram quæque luculentæ memoriæ, quarum nonnullas in diplomatum noſtrorum collectione deprehendimus, alias plures debemus ſingulari beneficio Nobilis ac Clariſſimi Viri Adami Franciſci de Kollar, Auguſtiſſimæ a conſiliis, & primarii Bibliothecæ Palatinæ Vindobonenſis Cuſtodis, qui nuper Viennæ ea omnia documenta, quæ ſibi a Reverendiſſimo ac Illuſtriſſimo Comite Garampio Tabulari S. Angeli Præfecto ex Bibliotheca Vaticana transmiſſa erant, benevole mihi extradidit, ac ut in publicum emitti poſſent, indulſit. Ut idcirco Illuſtriſſimo ac Excellentiſſimo Mecœnati noſtro probaremus ſedulitatem noſtram in ejusmodi inſtrumentis congerendis, hic ea ſub titulo *Speciminis Diplomatarii Boemico-Hungarici* in lucem proferimus. Singula vero documenta, præter ea, quæ

ex

ex mox nominata Bibliotheca Vaticana accepimus, ex authographis & legitimis chartis, membranisve, tum duobus Codicibus coævis MSS. a nobis excerpta ſunt. Licuiſſet omnino numerum hunc ex collectionibus noſtris multo amplius augere, ſi Sigismundi noſtri, Ladislai, Wladislai II, & Ludovici ad gentem noſtram in Hungaria data diplomata, aut minaces illas & turbarum incentivas Boczkajanas, Gaborianasque ad Bohemos miſſas literas addere libuiſſet, quas quidem poſteriores æterno potius ſilentio conſepeliendas merito duximus. Interea in hoc Specimine diplomatario rara quæque monumenta deprehenſurus eſt benevolus Lector, quæ quantum hiſtoriam utriusque gentis illuſtrent, facile cognoſcet, ſi vel argumenta, quæ unicuique diplomati præjacta ſunt, excurrerit.

SPECIMEN

DIPLOMATARII BOHEMICO-HUNGARICI.

I.

Saul Colozenſis Archi-Epiſcopus confert Eccleſiæ S. Georgii in Lbota in Regno Boh. certas indulgentias quadraginta dierum. dd. in Kolocz, Anno 1199. *feria VI. poſt feſtum Epiphaniæ.*

Saul Dei gracia *Colozenſis* Archiepiſcopus &c. Omnibus & ſingulis *Chriſti* fidelibus in Regno *Bohemie* conſtitutis ſalutem in Domino ſempiternam. Juſtis piorum deſideriis annuere convenit: Sane cum ſtrenuus miles *Georgius* amicus noſter conſanguineus chariſſimus nos multis precibus flagitaverit, ut illi a nobis recedenti quasdam indulgentias pro Eccleſia ſua in *Lbota*, quæ in regno *Bohemie* in honorem S. *Georgii* dedicata exiſtit, de Archiepiſcopali noſtra poteſtate & benignitate concederemus; Nos eundem ejusque ſervitores & ſubditos ſpiritualium munerum largitate proſequi volentes, preſentium tenore in feſto *Nativitatis Chriſti*, *reſurrectionis*, & *Pentecoſtes*, nec non in die dedicacionis ipſius Eccleſie & Patroni omnibus & ſingulis *Chriſti* fidelibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad dictam Eccleſiam acceſſerint quadraginta dies de injunctis ſibi pe-

Digitized by Google

nitenciis relaxamus. Modo Venerabilis Epiſcopi *Pragenſis* Confratris noſtri chariſſimi, in cujus Dyoceſi hec eccleſia exiſtere dignoſcitur, voluntas & conſenſus ad id accedat. Datum & ſigillo noſtro Archiepiſcopali ratificatum in fidem premiſſorum in *Koloca*. Indictione II. Anno MCLXXXXVIIII. Feria VI. poſt feſtum *Epiphanie*.

Et nos *Daniel* Dei gracia *Pragenſis* Epiſcopus licet indignus loci dyoceſanus auctoritate qua fungimur has indulgencias ratas & gratas declaramus. Annectentes ysdem de gracia noſtra ſpeciali alias XL. dierum indulgencias in feſto Aſſumpcionis Dei Genitricis *Marie*. Sub anno Domini Milleſimo CC. IV. Idus *Marcii*.

II.

Innocentius III. Summus Pontifex exhortatur Henricum Hungariæ Regem ad compeſcendos hæreticos, Culinum Banum Boſſinum, qui eos receperat & fovet, terris ſuis proſcribat, denique Nicolaum Farenſem Epiſcopum, qui Jadertinam Metropolim involavit, compellat a ſuo errore reſipiſcere. dd. Laterani V. Idus Octobris, Anno 1200. *Ex Reg. anni III. Innocentii III. PP. Ep.* 2.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus ſervorum DEI.

Cariſſimo in Chriſto filio H. (*t*) Regi *Ungarorum* Illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum materialis uſum gladii & terrenum a Domino acceperis potentatum, ſic collati tibi Regni regimen moderari teneris, ut & orthodoxos, quantum tibi conceſſerit Dominus, in fide catholica foveas, & hæreticorum audaciam, qui ſententiam eccleſiaſticæ ſervitutis eludunt, conceſſa tibi cælitus jurisdictione, compeſcas. Ipſi etenim doctrinam *Evangelicam*, & *Apoſtolicam* depravantes, in occulto perverſa dogmata dogmatizant, incedentes exterius in veſtibus ovium, ut tanquam lupi rapaces oves *Chriſti* diripiant, & diſpergant, non ſitientes mortem corporum, ſed perniciem potius animarum. Licet autem contra homines hujusmodi peſtilentes diverſa diverſis tem-

(*t*) *Henrico*, ab aliis etiam appellatus *Hemericus*, eſt autem *Emericus* Rex Hungariæ.

Digitized by Google

temporibus emanaverint inſtituta; Nos tamen de communi Fratrum noſtrorum conſilio, de Archiepiſcoporum quoque & Epiſcoporum apud *Apoſtolicam* Sedem aſſenſu diſtrictius inhibere curavimus, ne quis hæreticos receptare, defendere, aut ipſos fovere, vel credere (*u*) quoquo modo præſumat, Decreto noſtro firmiter ſtatuentes, ut ſi quis aliquid horum facere forte præſumpſerit, niſi primo, ſecundove commonitus, a ſua ſuper hoc curaverit præſumptione ceſſare, ipſo jure ſit factus infamis, nec ad publica officia vel conſilia civitatum, vel ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad teſtimonium admittatur, ſit etiam inteſtabilis, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea cogatur ei ſuper quocunque negotio reſpondere. Quod ſi forſan Judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti, ſed cum auctore dampnatò damnentur. In ſimilibus etiam idem præcipimus obſervari. Si vero fuerit Clericus, ab omni officio, & beneficio deponatur, ut in quo maior eſt culpa, gravior exerceatur vindicta. Si quis autem tales, poſtquam fuerint ab Eccleſia denotati, contempſerit evitare, anathematis ſe noverint ſententiam incurriſſe. In terris vero jurisdictioni noſtræ temporali ſubjectis, bona eorum ſtatuimus publicari, & in aliis idem fieri præcipimus per poteſtates & Principes ſeculares, quos ad id exequendum, ſi forte negligentes exiſterent, mandavimus eccleſiaſtica ſeveritate compelli, nec ad eos bona ipſorum ulterius revertantur, niſi eis ad cor redeuntibus, & abnegantibus hæreticorum conſortium aliquis voluerit miſereri, ut temporalis ſaltem pæna corripiat; quem ſpiritualis non corrigit diſciplina. Accepimus autem, quod cum nuper Venerabilis frater noſter *Spalatenſis* Archiepiſcopus *Patarenos* (*x*) non paucos de *Spalatenſi*, & *Trugurienſi* civitatibus effugaſſet, Nobilis Vir *Culinus Banus Boſſinus* (*y*) iniquitati eorum non ſolum tutum latibulum, ſed & præſidium contulit manifeſtum, & perverſitati eorundem terram ſuam, & ſe ipſum exponens, ipſos pro Catholicis, immo ultra Catholicos honoravit, vocat eos antonomaſtice *Chriſtianos*. Ne igitur hujusmodi morbus, ſi ejus non obſiſtatur principiis vicina corrumpat, & in regnum, quod abſit, *Ungariæ* defluat labes ejus, ſerenitatem re-

(*u*) Forte: celare. (*x*) Patarenorum ſeu Patarinorum hæreſis non multo ante, nempe anno 1179. a Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. damnata fuit. (*y*) Id eſt Banus ſeu Dux Boſniæ, quem Rainaldus 30. annis provinciæ præfuiſſe memorat.

Digitized by Google

regiam rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatenus ad vindicandam tantam Chriſti & Chriſtianorum injuriam potenter & regaliter accingaris, & niſi Banus prædictus univerſos hæreticos de terra ſuæ poteſtati ſubjecta proſcripſerit, bonis eorum omnibus confiſcatis, tu eum, & hæreticos ipſos non ſolum de terra ejus, ſed de toto Ungariæ Regno proſcribas, & bona talium, ubicunque per terram tuam poterunt inveniri, confiſces, nec parcat oculus tuus Bano prædicto, quin contra eum jurisdictionem exerceas temporalem, ſi alias ad viam rectitudinis non poterit revocari. Nicolaum quoque quondam Farenſem Epiſcopum qui non ſolum præter auctoritatem noſtram, ſed etiam contra prohibitionem expreſſam Jadertinam Metropolim, quam præſumpſit invadere, detinere præſumit, unde ſuſpenſus à nobis anathematizari mandatur, ut a ſuo reſipiſcat errore, tradita ſibi poteſtate compellas, ne juxta canonicas ſanctiones non careas ſcrupulo ſocietatis occultæ, ſi manifeſto facinori deſinas obviare. Datum Laterani V. Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno III.

III.

Innocentius III. hortatur Henricum Regem Hungariæ ad exſolvendum votum de ſubventione terræ ſanctæ, non obſtantibus inimicitiis Gubani, qui terras ejus infeſtare auſus. dd. Laterani V. Idus Novembris, Anno 1202. Ex Reg. anni V. Innocentii P. P. III. Ep. 103.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Cariſſimo in Chriſto filio H. (z) Illuſtri Regi *Ungariæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Regiæ magnitudinis litteras hilari vultu & alacri mente recepimus, & quæ Nobis Dilecti Filii - - - - Abbas *Peliſii*, & Archidiaconus Nuncii tui Nobis proponere voluerunt, intelleximus, diligenter eis aurem benivolam adhibentes, ſicut qui te inter *Chriſtianiſſimos* Reges & Catholicos Principes obtentu magnificæ devotionis, quam circa Nos & *Romanam* ſemper Eccleſiam veſtigiis Prædeceſſorum tuorum inhærent, habere dinoſceris, ſpecialis dilectionis prærogativa diligimus, & preces & peti-

(z) Henrico.

Digitized by Google

titiones tuas, in quibus cum Deo poſſumus, libenti animo exaudimus. Propoſuerunt ſiquidem Nobis iidem Nuncii tui, & id etiam eædem litteræ continebant, ut ſuper ſolvendo voto, quod pro ſubventione *Terræ ſanctæ* pie ac laudabiliter emiſiſti, tibi conſulere deberemus, cum Venerabilium Fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Regni tui admonearis conſilio, ut debitum peregrinationis ſuſceptæ propter inimicitias *Gubani*, (a) qui cum innumera multitudine *Paganorum* quandam partem populi *Chriſtiani* tuæ coronæ ſubjecti clam captivatam deduxit, & partem reſiduam debellare ſine intermiſſione conatur, ad tempus debeas retardare. Nos autem, qui honorem tuum paterna charitate diligimus, Regiæ Serenitati de puro corde & conſcientia bona, & fide non ficta conſulimus, quod ſi fieri poteſt, absque periculo regni tui, quod utique fieri poſſe confidimus, & ſperamus, tum pro ſalute animæ tuæ, tum pro *terræ ſanctæ* neceſſitate non tardes reddere Domino, quod voviſti, ut ſicut Princeps Catholicus & *Chriſtianiſſimus* Rex divitias regni cæleſtis delitiis regni terreni præponere videaris, neve maculam in gloria tua ponas, & divinam incurras offenſam, quam ex eo forſitan incurriſti, quod poſtquam fuiſti *cruce* ſignatus, contra *Chriſtianos* arma moviſti, ex quo forte juſto judicio præſcripto contigit tuo regno jactura, quamquam hoc Nobis præfati Nuncii non retulerunt. Etſi contra *Paganos*, aut etiam *Chriſtianos* non impugnando, ſed reſiſtendo moveris arma, inculpabilis videaris. Nos enim ad conſervandum & protegendum in tua fidelitate regnum *Ungariæ*, quodcumque cum honeſtate poterimus, prompta ſumus voluntate parati, conſilium & auxilium impertiri.

Datum *Laterani* V. Idus *Novembris* Pontificatus noſtri anno quinto.

IV.

Innocentius III. ad requiſitionem Henrici Hungariæ Regis Archiepiſcopis & Epiſcopis ejusdem Regni interdicit, ne ſe in jura regalium Præpoſiturarum immiſceant. dd. Laterani VI. Idus Novembris. Ex Reg. anni V. Innocentii P. P. III. Ep. 102.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis in Regno *Ungariæ* conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

(a) Gubanus hic fortaſſis idem eſt, qui ſupra Culinus Banus Boſniæ.

Digitized by Google

Significavit Nobis Cariſſimus in Chriſto Filius noſter H. Rex *Ungarorum* Illuſtris, quod Regales Præpoſituræ, ſicut ad eum in temporalibus ſic ad Nos in ſpiritualibus nullo pertinent mediante, unde petebat, ut electus canonice Præpoſitus ad Nos in propria perſona vel per nunccium cum litteris ſui aſſenſus accederet confirmationem electionis ſuæ a Sede Apoſtolica obtenturus. Nos autem ſic jura noſtra volentes illibata ſervare, quod & veſtra ſerventur illæſa, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ad Præpoſituras ipſas, ſicut ad Nos aſſeruntur ſine medio pertinere, manus illicitas nullatenus extendatis, & jus earum temeritatis auſu nullus uſurpet, quia cum jura veſtra vobis velitis illibata ſervari, indignum eſſet pariter & abſurdum, ſi ea, quæ ad nos pertinent, turbaretis. Nec nos id poſſemus æquanimiter ſuſtinere. Datum *Laterani* VI. Idus *Novembris*. Pontificatus noſtri anno quinto.

V.

***Innocentius III. ad petitionem Henrici Regis Hungariæ ſtatuit, ut noviter electi in Præpoſituris regalibus ſe intra annum vel per ſe vel per nuncios ſuos Romæ ſiſtant cum conſenſu Regio pro confirmatione. dd. Laterani II. Kal. Martii, Anno* 1203. *Ex Reg. anni VI. Innocentii P. P. III. Ep.* 7.**

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Cariſſimo in Chriſto filio H. (*b*) Regi *Ungariæ* Illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Regalis Magnificentia nuper Nobis per Suas literas ſupplicavit, ut cum regales Præpoſituræ, quæ ſunt in *Ungaria*, ſicut ad te in temporalibus nullo pertineant mediante, ſtatuere dignaremur, ut novus Præpoſitus ad Sedem Apoſtolicam infra annum vel in perſona propria, vel per idoneum nuncium cum litteris regalis aſſenſus accedat, confirmationis gratiam obtenturus. Nos ergo tuis precibus inclinati, præſertim cum conſonent Canonicis inſtitutis, præſentium auctoritate ſtatuimus, ut quicunque de cæteris ad regimen Præpoſiturarum illarum, quæ ad nos in ſpiritualibus nullo pertinent mediante, fuerint evocati, ad Apoſtolicæ Sedis præ-

(*b*) Henrico ſeu Emerico.

Digitized by Google

præſentiam infra annum in perſonis propriis, vel per idoneos nunccios cum literis regalis aſſenſus accedant pro confirmationis munere obtinendo, ita quod interim in ſpiritualibus non miniſtrent, qui ſi forte infra prædictum terminum venire neglexerint, ex tunc Præpoſituris illis ſe noverint ſpoliandos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum *Laterani* II. Kalendas *Martii*, Pontificatus Noſtri anno ſexto.

VI.

Innocentius III. omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis Hungariæ præcipit, ut, quoniam Henricus Rex cruce ſignatus ad defendendam terram ſanctam proficiſcitur, illi procurent, ut filio ejus Ladislao ab omnibus juramentum fidelitatis, eique, qui filii curam habiturus eſt, obedientia præſtetur. Quod ſi denique Regem in peregrinatione mori contingeret, ab obedientia filii ſe non retrahant, dum ad annos pubertatis pertigerit. dd. Laterani V. Kal. Martii. Anno 1203.

Ex Reg. anni VI. Innocentii III. P. P. Ep. 4.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Venerabilibus Fratribus - - - Archiepiſcopis & Epiſcopis per *Ungariam* conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ecce Cariſſimus in Chriſto Filius noſter *Henricus Ungariæ* Rex illuſtris aſſumpta Cruce *Chriſtum* ſequi proponit, regnum temporale dimittens, ut æternum acquirat, propriumque relinquit, ut ab hæreditate Domini excutiat *Pharaonem*, & liberet virgam hæreditatis ipſius, & ejus ſigna demonſtret his, qui Prophetam non eſſe teſtantur, qui eos ultra cognoſcat, jamque manum in ſuperbiam elevavit etiam, ne deinceps, qui Chriſtum oderant, glorientur, ſed diſcant potius durum eſſe contra ſtimulum calcitrare, aut pugnare hominem contra Deum. Ut igitur in abſentia tanti Principis, qui peregrinatur a Regno, ut ducat in Patriam Peregrinos ad regni tutelam, & defenſionem taliter Pontificalis accingatur auctoritas, quod regnum ejus transferri non poſſit ad hoſtes, ſed potius conſervetur, eidem Fraternitati Veſtræ per Apoſto-

Digitized by Google

lica ſcripta mandamus, & diſtricte præcipimus, quatenus antequam Rex ipſe iter peregrinationis arripiat, cum juxta doctrinam Apoſtoli ſit Regi tanquam præcellenti ab omnibus deferendum, *Ladislao* filio ejus, quem Dominus per gratiam ſuam illi conceſſit hæredem debitum, juramentum fidelitatis exhibere curetis. Omnes tam clericos, quam laycos, qui poſt receſſum prædicti Regis contra præſtitum juramentum fidelitatis venire præſumpſerint, omni occaſione & appellatione poſtpoſita, per excommunicationis ſententiam compeſcentes. Illis etiam, queis idem Rex tam filii curam ſui, quem annuente Domino expectamus, & optamus hæredem & Patri ſucceſſorem in Regno, quam adminiſtrationem Regni commiſerit, juxta ordinationem Regis ipſius reverentiam debitam exhibere curetis. Etſi forte Regem ipſum, quod *Chriſtus* avertat, in peregrinatione ſua perſolvere debitum conditionis humanæ contingeret, nullus veſtrum ab illorum ordinatione ſe ſubtrahat, donec dictus filius ejus ad annos perveniat ætatis illius, quod ſedere poſſit potenter in ſolio regni ſui, & illud feliciter gubernare. Datum *Laterani* V. Kalendas *Martii* Pontificatus Noſtri, Anno ſexto.

VII.

Innocentius III. reſpondet ad Henrici Hungariæ Regis poſtulationes, quod tempore abſentiæ illius accuraturus ſit, ne inter eccleſiaſticas perſonas aliquæ lites & ſcandala in Regni Hungariæ præjudicium oriantur. dd. Laterani II. Kal. Martii. Anno 1203.
Ex Reg. anni VI. Innocentis P. P. III. Ep. 8.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Chariſſimo in Chriſto filio (c) - - - Illuſtri Regi Ungariæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum perſonam tuam inter Chriſtianiſſimos Reges & Catholicos Principes ſpeciali dilectionis prærogativa in Domino amplexemur, preces, ac petitiones tuas, in quibus poſſumus, libenti animo exaudimus, & ad ea gratanter intendimus, quæ Serenitati Regiæ novimus complacere. Fuit ſane propoſitum coram nobis ex parte magnitudinis tuæ, quod cum pro ſub-

(c) Emerico.

Digitized by Google

ſubventione *Terræ Sanctæ* crucem aſſumpſeris, & Domino propoſueris reddere, quod voviſti, ne regnum tuum interim aliqua poſſet ſeditione turbari, Venerabilibus Fratribus noſtris - - - *Strigonienſi*, & - - - Colocenſi Archiepiſcopis injungere dignaremur, ne in abſentia tua Eccleſiarum occaſione ſuarum aliquas lites moverent, per quas in regno diſſenſiones, & ſcandala orirentur. Nec nos etiam ad eas, quæ jam ortæ ſunt, cognoſcendas, vel etiam committendas usque ad reditum tuum intendere curaremus. Licet autem petitionibus tuis, quantum cum Deo poſſumus, præſtare velimus aſſenſum pariter & favorem, quia tamen ſapientibus, & inſipientibus ſimus ſecundum Apoſtolum, præſertim in juſtitia, debitores, petitioni tuæ taliter reſpondemus, quod in his eam diſcretionem & cautelam curabimus adhibere, ut ſi aliquæ inter perſonas eccleſiaſticas regni tui lites emerſerint, taliter auctore Domino procedemus, quod noſtri occaſione proceſſus regnum ipſum nullum poterit ſcandalum formidare, cum ad illud in tui fidelitate pacifice conſervandum quodcumque cum honeſtate poterimus conſilium & auxilium impertiri, prompta ſimus voluntate parati.

Datum *Laterani* II. Kalendas *Martii* Pontificatus noſtri anno ſexto.

VIII.

Innocentius III. ſcribit W. Megajupano Serviæ Romanæ Sedi ſe ſubmittenti, ut Colocenſem Archiepiſcopum nomine ſuo ad recipiendam ſpiritualem obedientiam & reverentiam corporalem miſſum benigne recipiat, ejusque mandata ſtudeat implere. dd. Laterani XI. Kal. Aprilis. Anno 1203. *Ex Reg. anni VI. Innocentii P. P. III. Ep.* 24.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Nobili Viro *Megavippan.* (*d*) *Serviæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Mediator Dei & hominum Deus homo, *Jeſus Chriſtus* Apoſtolicæ Sedis Primatum in beato *Petro* Apoſtolorum Principe ſtabilivit, qui & ante

(*d*) Ita in MS. ſed legendum *Megajupano*, ſeu Magno Zupano Serviæ, ut legere eſt in ſigillo Stephani Regis Serviæ apud Jo. Lucium l. 5. p. 256. Apud Nicetam in Manuele l. 2. n. 7. vocatur Αρχιζέπανος Archiſupanus.

Digitized by Google

ante paſſionem ſuam inquit ad ipſum; Tu es *Petrus*, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis, & circa paſſionem ſuam dixit eidem; *Symon* Sathanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum, ſed ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Et poſt paſſionem ſuam vocabulo repetito præcepit, *Symon* diligis me plus hys? paſce oves meas, non diſtinquens inter has oves & illas, ut ab ovili Chriſti ſe ſciat eſſe penitus alienum, qui beatum *Petrum* recuſat habere Paſtorem, & qui claves ejus contemnit, ipſe ſibi regni cæleſtis januam intercludit; nec Sathanæ poteſt cribrum effugere, qui per eum renuit in fide Catholica confirmari. Nos igitur, qui licet indigni beato *Petro* ſucceſſimus in apoſtolatus officio, per quod facti ſumus ſapientibus & inſipientibus debitores, de tua ſalute ſolliciti decernimus te per Venerabilem Fratrem noſtrum G. *Colocenſem* Archiepiſcopum virum utique litteratum, providum, & honeſtum, cui vices noſtras in hac parte commiſimus viſitare, qui te corpore quidem a nobis remotum, ſed mente propinquum in orthodoxa fide confirmet, & a te nomine noſtro ſpiritualem obedientiam, & reverentiam recipiens corporalem ad Apoſtolicum ovile reducat, in quo poſt *Chriſtum* præcipuum & primum Paſtorem beatus *Petrus* ſecundarius & ſecundus Paſtor exiſtit. Monemus igitur nobilitatem tuam attente, & hortamur per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus præfatum Archiepiſcopum vice noſtra benigne recipias, & honores, ejusque ſalubria monita & mandata ſtudeas humiliter adimplere, ut ſic in arca receptus, diluvium non incurras, & nos ad honorem & profectum tuum debeamus efficaciter aſpirare.

Datum *Laterani* XI. Kalendas *Aprilis* Pontificatus Noſtri anno ſexto.

In eodem modo ſcriptum eſt Archiepiſcopis, Epiſcopis, Principibus, & Baronibus per *Serviam* conſtitutis.

IX.

Digitized by Google

IX.

Innocentius III. G. Colocenſem Archiepiſcopum mittit ad Serviam, ut a Megajupano Serviæ cæteriſque Nobilibus & incolis juratoriam cautionem recipiat ſuper obedientia porro Romanæ Sedi præſtanda, atque idcirco omnes & ſingulos a vinculo obedientiæ Patriarchæ Conſtantinopolitani abſolutos denunciet. dd. Laterani XI. Kal. Aprilis, Anno 1203. *Ex Reg. Anni VI. Innocentii P. P. III, Ep.* 25.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Venerabili Fratri - - - - *Colocenſi* Archiepiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Mediator Dei & hominum &c. *in eodem modo, ut in ſuperiori, usque debitores:* de ſalute Nobilis Viri *W. Megavippan.* (*e*) Serviæ, & tam Prælatorum Eccleſiæ, quam Nobilium terræ, immo & omnium morantium in *Servia* ſolliciti per te ipſos decrevimus viſitare. Ideoque fraternitati tuæ, de qua plenam fiduciam obtinemus, in hoc vices noſtras auctoritate præſentium committentes, per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus accedens perſonaliter in *Serviam Megavippanum* (*f*) ipſum, Prælatos, & Nobiles ipſos univerſos in orthodoxa fide confirmes, & ab eis juratoriam recipias cautionem, quod Nobis & ſucceſſoribus noſtris, ſanctæque *Romanæ* Apoſtolicæ Sedi bona fide curabunt de cætero in ſpiritualibus obedire, recipiasque ab eis reverentiam corporalem, illos auctoritate noſtra ſuffultus ab obedientiæ vinculo, quo videbantur Patriarchæ *Conſtantinopolitano* teneri, denuncies penitus abſolutos, quia cum ipſe debitam Nobis obedientiam non impendat, nec ipſi demeritam ſibi tenentur obedientiam exhibere. Datum *Laterani* &c. ut ſupra.

Scriptum eſt ſuper hoc Regi *Ungarorum* Illuſtri.

X.

Innocentius III. confirmat Archiepiſcopo Strigonienſi jus coronandi Regem, ſacramenta Regibus & Reginis conferendi aliaque iſtiusmodi privilegia. dd. Preneſte III. Nonas Maji. Anno 1203. *Ex Reg. Anni VI. Innocentii P. P. III. Ep.* 55.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Venerabili Fratri - - - *Strigonienſi* Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ju-

(*e*) Megajupani. (*f*) Megajupanum.

Digitized by Google

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt Nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Jus quod a bonæ memoriæ *Alexandro* Papa Prædeceſſore noſtro, & inclytæ recordationis *Bela* Ungarorum Rege, ac Eccleſia *Colocenſi*, videlicet, ut *Ungarici* Reges ab Archiepiſcopis *Strigonienſibus* ſemper debeant coronari, *Strigonienſi* Metropoli fuit manifeſte recognitum, ſicut in eorum authenticis continetur, & felicis recordationis *Clemens*, & *Cæleſtinus* Prædeceſſores noſtri ſuis litteris confirmarunt. Jus quoque, quod habes in conferendis eccleſiaſticis ſacramentis Regibus & Reginis *Hungariæ*, ac hæredibus eorundem, & jurisdictionem eccleſiaſticam, quam in Præpoſitos & Officiales Regiæ domus habes, quam & idem Prædeceſſor noſter *Cæleſtinus* Eccleſiam tuam habere decrevit, jurisdictionem etiam, quam obtines in Abbatiis, & Præpoſituris Regalibus Eccleſiæ *Strigonienſis* per *Ungariam* ubicunque ſubjectis decimas inſuper primitias, & incenſum, quæ de camera Regis Eccleſiæ memoratæ debentur, ſicut omnia de ratione vel conſuetudine ad Eccleſiam tuam pertinere noſcuntur, tibi & ſucceſſoribus tuis auctoritate Apoſtolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum *Preneſte* III. Nonas *Maji* Pontificatus noſtri, Anno ſexto.

XI.

***Innocentius III. declarat quod per ſuam Bullam Henrico Regi Hungariæ de Abbatiis & Præpoſituris regalibus datam, nullum præjudicium juribus Eccleſiæ Strigonienſis generetur. dd. Preneſte III. Nonas Maji. Anno* 1203. *Ex eodem Reg. Ep.* 56.**

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Eidem Archiepiſcopo *Strigonienſi* &c.

Cum olim Cariſſimus in *Chriſto* filius noſter H. Rex *Ungarorum* Illuſtris Nobis tam per nuncios ſuos, quam litteras Regias intimaſſet, quod Abbatiæ quædam & Præpoſituræ regales ad eum in temporalibus, & ad Nos in ſpiritualibus nullo mediante ſpectarent, ad petitionem ejus ipſi ſcripſimus in hac forma: *Regalis Magnificentia &c. ut in ep. N.* 7. *uſque*

m

in fine. Tu vero ad Apoſtolicam Sedem conſequenter accedens in noſtra, & fratrum noſtrorum propoſuiſti præſentia viva voce, quod in Abbatiis, & Præpoſituris regalibus ad te ac *Strigonienſem* Eccleſiam jurisdictio eccleſiaſtica pertinebat. Volentes igitur tibi, & eidem Eccleſiæ impoſterum præcavere, præſentium auctoritate decernimus, ut occaſione litterarum, quas primo direximus circa Præpoſituras & Abbatias regales Eccleſiæ *Strigonienſi* per *Ungariam* ubicunque ſubjectas, nullum tibi, vel Succeſſoribus tuis præjudicium generetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri Decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum *Preneſte* III. Nonas *Maji.* Pontificatus noſtri, anno ſexto.

XII.

Innocentius III. mandat Archiepiſcopo Strigonienſi, ut ſi requiſitus fuerit ab Henrico Rege Hungariæ, filium ejus Ladislaum minorennem diademate Regio coronet. Anno 1203. *Ex eodem Reg. Epiſt.* 57.

Item ſcriptum eſt eidem Strigonienſi Archiepiſcopo.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Venerabili Fratri &c.

Supplicavit Nobis &c. *ut in prima ſuperiori usque; ut quia tranſire propoſuit in ſubſidium terræ ſanctæ ne Regnum ſuum remaneret quaſi regimine deſtitutum*, tibi ſcribere dignaremur, ut Cariſſimum in Chriſto filium noſtrum natum ſuum (*g*) regali diademate inſignires. Quocirca fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus cum ab eodem Rege fueris requiſitus, juxta petitionem ſuam prædictum filium ejus, quamvis minorem, non differas coronare, recepturus ab ipſo Patre filii ſui vice corporaliter juramentum tam ſuper Apoſtolicæ Sedis obedientia, quam ſuper Eccleſiæ *Ungaricæ* libertate, ſicut Progenitores ſui cum humilitate ac devotione debita impenderunt.

Datum ut ſupra.

(g) Ladislaum.

Digitized by Google

XIII.

Innocentius III. declarat Henerico Regi Hungariæ ordinationem ſuam circa noviter electos Præpoſitos Regalium Præpoſiturarum intelligendam eſſe ſine præjudicio Eccleſiæ Strigonienſis. Anno 1203. *Ex eodem Reg. Ep.* 58.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Cariſſimo in Chriſto filio (*b*) - - - Regi *Ungarorum* Illuſtri ſalutem &c. Olim nobis Regalis magnificentia per ſuas litteras ſupplicavit, ut cum regales Præpoſituræ, quæ ſunt in *Unguria*, ſicut ad te in temporalibus, ſic ad Nos in ſpiritualibus nullo pertineant mediante, ſtatuere dignaremur, quatenus novus Præpoſitus ad Sedem Apoſtolicam infra annum, vel in perſona propria, vel per idoneum nunccium cum litteris regalis aſſenſus accederet, confirmationis gratiam obtenturus. Nos ergo tuis precibus inclinati ſtatuimus, ut quicunque de cætero ad regimen Præpoſiturarum illarum, quæ ad Nos in ſpiritualibus nullo pertineant mediante, fuerint evocati ad Apoſtolicæ Sedis præſentiam infra annum in perſonis propriis, vel per idoneum nuncium cum litteris regalis aſſenſus accedant pro confirmationis munere obtinendo, ita quod interim in ſpiritualibus non miniſtrent. Qui ſi forte infra dictum terminum venire neglexerint, ex tunc præpoſituris illis ſe noverint ſpoliandos. Conſequenter autem bonæ memoriæ J. *Strigonienſis* Archiepiſcopus ad præſentiam noſtram accedens, in noſtra, & fratrum noſtrorum præſentia propoſuit viva voce, quod in Abbatiis, & præpoſituris regalibus ad eum & *Strigonienſem* Eccleſiam jurisdictio eccleſiaſtica pertinebat, unde petebat conſtitutionem præſcriptam tamquam per ſubreptionem illicitam revocari. Nos autem viam mediam eligentes, provida deliberatione decrevimus, ut occaſione litterarum, quas primo direximus circa Præpoſituras, & Abbatias Eccleſiæ *Strigonienſi* per *Ungariam* ubicunque ſubjectas, nullum ei, vel Succeſſoribus ſuis præjudicium generetur; Regalem igitur Excellentiam volumus non latere, quod nec per ſecundas litteras juri tam noſtro quam Regio, nec per primas ipſius Archiepiſcopi & *Strigonienſi* Eccleſiæ juſtitiæ derogatur, cum in primis conſtitutum fuerit de illis, quæ in ſpiritualibus ad nos nullo mediante pertinere noſcuntur, in ſecundis vero de hys, quæ *Strigonienſi* Eccleſiæ aſſeruntur eſſe ſubjectæ. Datum ut ſupra.

XIV.

(*b*) Henrico.

XIV.

Innocentius III. adhortatur Henricum Regem Hungariæ, ut fratri Andreæ loco demortui Patris Belæ votum in terra ſancta exſoluturo ſuccurrat impenſis ad hoc iter neceſſariis, dd. Anagniæ Nonis Novembris. Anno 1203. *Ex Reg. anni VI. Innocentii P.P.III. Ep.* 155.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Chariſſimo in Chriſto filio *(i)* - - - - Illuſtri Regi *Ungariæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad audientiam noſtram dilecto filio Nobili Viro A. *(k)* Duce fratre o intimante pervenit, quod cum inclitæ recordationis B. *(l)* Pater ve-er morte præventus, votum, quod emiſerat, non potuit perſonaliter implere, ut in filio ſaltem mortuus redderet Domino, quod voverat ſe vivens, illud exequendum eidem Duci commiſit, & imponi fecit ejus umeris ſignum crucis. Licet autem ipſe in votis habuerit exequi vo-m Patris, & mandatum ejus filiali devotione complere, quia tamen in-r Serenitatem Tuam & ipſum peccatis exigentibus diſſenſionis ſcrupulus tervenit, nedum eſt, quod propoſuerat, executus, præſertim, cum hoc eum defectus retraxerit expenſarum. Quamvis igitur Celſitudi-m Tuam ad votum proprium exequendum ſumptu non modico novimus ligere, ad inſtantiam tamen petitionis ipſius Magnificentiam Tuam mo-mus, & exhortamur attente, quatenus ei ad votum peregrinationis ex-endum, niſi forte poſt Te provida deliberatione in Regno remanſerit, ta facultates Tuas, & neceſſitatem ipſius, in expenſis ſubvenias com-tenter, taliter extendens manum liberalitatis Regiæ circa eum, quod hoc etiam ad devotionem Tuam amplius inducatur, & Nos liberalita-n Tuam debeamus merito commendare.

Datum *Anagniæ* Nonis *Novembris*, Pontificatus Noſtri anno ſexto.

(i) Henrico. (k) Andrea, is titulum habuit Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ & Culmæ Ducis ut habet Tymo in ſynopſi novæ Chronologicæ p. 63. (l) Bela III.

Digitized by Google

XV.

Innocentius III. confirmat compoſitionem inter Henricum Regem Hungariæ, & fratrem ejus Andream. dd. Anagniæ Nonis Novembris. Anno 1203. *Ex eodem Reg. Epiſt.* 156.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Dilecto filio Nobili Viro A. Duci *(m)* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Solet annuere Sedes Apoſtolica, &c. *usque ſic aſſenſu* &c. compoſitionem inter Te, & Cariſſimum in Chriſto filium noſtrum - - - Illuſtrem Regem *Ungariæ* in dilecti filii G. tituli ſancti *Vitalis* Presbiteri Cardinalis tunc Apoſtolicæ Sedis legati manibus verſatam, & ab eo poſtmodum confirmatam, ſicut ſine pravitate provide facta eſt, & ab utraque parte ſponte recepta, & pacifice hactenus obſervata, & in ejusdem Cardinalis litteris plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum *Anagniæ* Nonis *Novembris* &c. ut ſupra.

XVI.

Innocentius III. Andream Ducem Dalmatiæ &c. in ſubſidium terræ ſanctæ profecturum omnibus privilegiis cruce ſignatorum donat, eum ejusque terras in protectionem Sedis Apoſtolicæ ſuſcipit, ſtatuitque ut hærede filio relicto is in Ducatum ſuccedat. Anno 1203. *Ex eodem Reg. Ep.* 157.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.
Eidem. *(n)*

Cum inter Tuæ primordia juventutis tam ex mandato paterno, quam voto proprio militiæ tuæ primitias voveris *Jeſu Chriſto*, eſſe non debes

(m) Andreæ Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ & Culmæ Duci. (n) Andreæ Duci.

Digitized by Google

bus gratiæ illius immunis, quam Apoſtolica Sedes univerſis *Cruce ſignatis* indulſit. Eapropter Dilecte in Domino fili tuis inducti meritis, & precibus inclinati, cum voto peregrinationis emiſſo propoſueris in *terræ ſanctæ* ſubſidium proficiſci, perſonam tuam cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſides, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus ſtatuentes, ut ex quo iter fueris peregrinationis aggreſſus, donec de tuo reditu, vel obitu certiſſime cognoſcatur, terra & omnia bona tua ſub noſtra & omnium Prælatorum Eccleſiæ Dei ſpeciali defenſione ſecura conſiſtant. Volumus etiam, ut ſi Dominus interim maſculum tibi dare dignetur hæredem, in tuo tibi Ducatu ſuccedat, & donec ad legitimam ætatem pervenerit, Apoſtolicæ Sedis præſidio ſpecialius foveatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum ut ſupra.

XVII.

Innocentius III. committit Epiſcopo Veſprimenſi, & Abbati de Belis, ut diligenter inquirant ſuper diſciplina Epiſcoporum & Monachorum Græcorum in Regno Ungariæ, quæ diſſoluta eſſe aſſeritur, & utrum ex iis unus Epiſcopatus Romanæ Sedi ſubjectus citra Dioeceſanorum Epiſcoporum præjudicium conſtitui poſſit. dd. Laterani XVI. Kal. Maji, Anno 1204. Ex Reg. anni VII. Epiſtolarum Innocentii P. P. III. Ep. 47.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Venerabili fratri - - - *Varadien.* Epiſcopo & - - - Abbati *de Belis Veſprimienſis* Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Significavit Nobis Cariſſimus in Chriſto filius noſter (o) Rex Ungarorum illuſtris, quod quædam Eccleſiæ Monachorum *Græcorum* in Regno *Ungariæ* conſtitutæ per incuriam diœceſanorum Epiſcoporum, & per ipſos *Græcos*, qui valde ſunt, ſicut aſſerit, diſſoluti, penitus deſtruuntur, a Nobis ſupplicans humiliter, & devote, ut auctoritate noſtra unus fieret Epiſcopatus ex ipſis, qui Nobis nullo mediante ſubeſſet, vel Abbas

(o) Henricus.

bas aut Præpoſiti latini conſtituerentur in illis, per quorum ſtudium & diligentiam earundem Eccleſiarum ſtatus poſſet in melius reformari. Nos igitur ejusdem Regis petitionibus inclinati diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad prædictas Eccleſias accedentes inquiratis diligentius veritatem, utrum per ipſos Monachos *Græcos* eadem monaſteria in religionis obſervantia valeant reformari, utrumve de diœceſanorum Epiſcoporum conſenſu unus fieri poſſit Epiſcopus ex illis, qui Nobis ſit immediate ſubjectus, quod ſuper hys inveneritis, fideliter conſcribentes, ſub teſtimonio ſigillorum veſtrorum ad noſtram præſentiam deſtinetis, ut per inquiſitionem veſtram inſtructi ſecurius in eodem negotio procedere valeamus. Interim autem ad correctionem eorum impendatis operam efficacem. Datum *Laterani* XVI. Kalendas *Maji*, Pontificatus Noſtri anno ſeptimo.

XVIII.

Innocentius III. reſpondet Andreæ Regni Hungariæ Gubernatori, eique ſollicitudinem Regni, & cumprimis Ladislaum nepotem ejus diligenti curæ commendat. dd. Romæ VII. Kal. Maji, anno 1205. *Ex Reg. anni VIII. Epiſtolarum Innocentii P.P. III, Ep.* 36.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Nobili Viro Duci *Andreæ* Regni *Ungariæ* Gubernatori ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Poſt obitum inclitæ recordationis *Henrici* Regis *Ungariæ* fratris tui (*p*) litteras tuas devotionis primitias benigne recepimus, & gratanter; quæ cum eſſent ejusdem Regis inſignitæ ſigillo, novitati tuæ, non falſitati petebas a nobis aſcribi; in quibus continebatur expreſſe, ut tuis verbis utamur, quod cum ex Regis ipſius diſpoſitione, ob teneram filii ejus Regis *Ladezlai* ætatem pueri curam, & regimen Regni ſuſceperis, promptam geris voluntatem, quæ bene conſtituta ſunt, obſervare, & quæ per ipſum Regem laudabiliter noveris inchoata, quantum in te eſt, feliciter ef-

(*p*) E quibus liquet præſente anno mortuum Henricum ſeu Emericum Regem Ungariæ, ut ita hallucinentur omnes cum Thurozio qui annum 1200. mortis conſignant. Si tamen verus dies emortualis eſt a Thurozio indicatus *Pridie Kal. Decembris.* Henricum ſub finem prioris anni jam mortuum fuiſſe dici oporteret, quamquam ſi hæc & poſteriora documenta expendantur, vix hic dies emortualis ſuſtineri poteſt.

Digitized by Google

effectui mancipare. Nos igitur intentionis tuæ ſinceritatem in Domino collaudantes, Regem ipſum puerum, cui fidelitatem feciſſe dinoſceris promiſſione facta ſuper adminiſtratione Regni, ac tutela ſuſcepta de ipſo tuæ proviſionis induſtriæ attentius commendamus, ut nomini tuo præconia veræ laudis accreſcant, cum idem Rex benignum Patrem in patruo, & protectorem propitium invenerit in patrono & ab altiſſimo Rege qui puero Reges venientes de *Sabba* plena devotionis munera obtulerunt, ſalus tibi proveniat, & remunerationis æternæ corona, nec contra ipſum Regem nepotem tuum pravas aliquorum ſuggeſtiones admittas, cui tanquam filio pro patre teneris adeſſe, quem cum ſit parvus, & puer, tanto debes chariorem habere, ac pro eo Regni negotia diligentius procurare, quanto propenſius impenſa ſibi beneficia recognoſcet, cum auctore Deo adultam pervenerit ad ætatem, in qua ſe patrem non perdidiſſe cognoverit, ſed mutaſſe. Datum *Romæ*, apud ſanctum *Petrum* VII. Kalendas *Maji*, Pontificatus noſtri anno octavo.

XIX.

Innocentius III. omnibus Regni Ungariæ incolis annunciat gaudium de reditu Eccleſiæ Bulgarorum & Blachorum ad Romanam Sedem, Legatumque Pontificium ad eas partes cum omni poteſtate miſſum eorum humanitati & liberalitati commendat. Anno 1204.

Ex Reg. anni VII. Innocentii P. P. III. Ep. 13.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & omnibus, tam clericis, quam laycis in Regno *Ungariæ* conſtitutis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Volens Apoſtolica Sedes filios ſuos per varias mundi partes diſperſos in unum, ceu Gallina ſub alis pullos ſuos congregat, congregare, ut ipſa ſuas oves agnoſcat, & agnoſcatur ab eis, fiatque unum ovile, ac unus paſtor, ſicut Dominus ipſe dicit; *Bulgarorum*, & *Blachorum* Eccleſia, (q) tamquam non cognoſceret ſemetipſam, illo paſtore relicto, cui *Chriſtus* paſcendas commiſerat oves ſuas, paſce inquiens oves meas, poſt veſtigia gregum abierat, & velut ovis errans receſſerat ab ovili, ad ſe deſiderat re-

(q) Hanc utramque gentem paulo ante domuerat Emericus Hungariæ Rex, ut paſſim apud ſcriptores rerum Hungaricarum legere eſt.

Digitized by Google

revocare, ut ſit juxta verbum propheticum bonum pariter & jucundum habitare fratres in unum, fiatque majus gaudium Eccleſiis Dei ſuper Eccleſia illa, cum ad Apoſtolicæ Sedis devotionem redierit, & reconciliata fuerit eccleſiaſticæ unitati, quam ſupra nonaginta novem aliis, quas nec mors nec gladius ab Eccleſiæ Romanæ reverentia ſeparavit. Ut igitur ejus exemplo, qui filium prodigum redeuntem induit ſtola prima, & annulum dedit ei, *Bulgarorum* & *Blachorum* populos ad devotionem, & reverentiam Sedis Apoſtolicæ redeuntes in ſpiritualibus, & temporalibus honoremus, per dilectum filium L. tituli ſanctæ *Crucis* Presbiterum Cardinalem Apoſtolicæ Sedis legatum Virum probum, & honeſtum, & inter cæteros fratres noſtros prærogativa quadam dilectionis acceptum ipſos duximus viſitandos, qui eos in fide Catholica, & Eccleſiæ *Romanæ* devotione ſtudeat confirmare. Ne autem primogenito ſcandalum pariat, & hy qui nobiſcum ſunt ſemper quadam velut invidia moveantur, ſic Eccleſiam illam nunc primo ad Matris ubera redeuntem taliter honoremus, occidentes in ejus reditu vitulum ſaginatum, ei autem nec hædum etiam, quem cum amicis ſuis comedat, tribuamus, ſed ipſe gaudeat, & pariter epuletur, cum epulari eum convenit, & gaudere, quia frater ejus, qui mortuus fuerat, jam revixit, & qui perierat, eſt inventus, eidem legato plenam conceſſimus facultatem, ut in provinciis, per quas tranſit, cauſas, quæ ad ejus audientiam perferentur, audiat, & decidat ſi poterit, vel deleget, metatque in earum deciſione, & delegatione de ipſis omnia ſcandala, & ſeminans ſemen pacis, controveſias ſtudeat ſepelire, & fiat odor vitæ in vitam omnibus, per quos tranſit. Monemus igitur univerſitatem veſtram, & exhortamur, attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus Cardinalem ipſum ſicut Apoſtolicæ Sedis legatum recipiatis hilariter, & honorifice pertractetis, & tam in eundo, quam redeundo in neceſſariis omnibus, & ſecuro conductu ita liberaliter provideatis eidem, ut patronum eum de cætero apud Sedem Apoſtolicam habeatis, tantoque citius ab ea exaudiatur pro vobis, quanto a vobis pro ipſa fuerit amplius honoratus.

XX.

XX.

***Innocentius III. univerſo Clero & incolis Serviæ præcipit, ut Legato a ſe miſſo omnem obedientiam honoremque tanquam ipſi Summo Pontifici præſenti exbibeant. dd. Laterani, Kalendis Maji. anno* 1204. *Ex eodem Reg. anni VII. Innocentii III. Ep.* 14.**

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & univerſo clero in *Serviæ* provinciis conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Volens Apoſtolica Sedes &c. *ut in proxima, usque; eſt inventus.* In *Servia* quoque ipſi legationis officium duximus injungendum, ut evellat, deſtruat, diſperdat, diſſipet, ædificet, & plantet, juxta quod ad profectum catholicæ fidei, ſtatum Eccleſiæ, correctionem, & utilitatem veſtram viderit expedire. Monemus igitur univerſitatem veſtram, & exhortamur in Domino, per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, præcipiendo, quatenus legatum ipſum, ſicut Perſonam noſtram immo Nos in eo recipientes hilariter, & honorifice pertractantes, ſtatuta & mandata ipſius ſuſcipiatis humiliter, & inviolabiliter obſervetis, alioquin ſententiam, quam tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter obſervari. Datum ut ſupra.

XXI.

***Innocentius III. gaudium ſuum nunciat Henrico Hungariæ Regi, quod Legatum ſuum, qui ad coronandum Jannitium Bulgarorum Dominum per Hungariam profectus fuerat, per terras ſuas tranſire non modo paſſus ſit, ſed etiam liberaliter exceperit. dd. Romæ IV. Nonas Octobris, Anno* 1204. *Ex Reg. anni VII. Innocentii P.P.III. Epiſt.* 137.**

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Cariſſimo in *Chriſto* filio (r) - - - - Illuſtri Regi *Ungariæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Tom. II. X x Gra-

(r) Henricus.

Gratum gerimus, & acceptum, & Serenitatem Tuam in Domino commendamus, quod licet primo quibusdam occaſionibus motus dilecto filio L. tituli ſanctæ *Crucis* Presbytero Cardinali Apoſtolicæ Sedis legato tranſitum feceris denegari, ne procederet ad coronandum *Jannitium* Dominum *Bulgarorum*, donec controverſia, quæ inter te, & illum ſuper terrarum terminis vertitur, judicio, vel concordia terminares. Poſtmodum tamen ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis & noſtram uſus conſilio ſaniori, ei tranſeundi pro voto conceſſiſti liberam facultatem. Sane quam cito verbum illud ad aures noſtras pervenit, quaſi prævidimus, & prædiximus, quod nunc videmus, & gaudemus impletum, quod videlicet non receptis litteris noſtris, nec etiam tuis nunciis expectatis corrigeres per te ipſum, quod in injuriam Apoſtolicæ Sedis videri poterat attemptatum. Cum igitur Cardinalem prædictum devote receperis, & honorifice pertractaris ut bonum initium meliori fine concludas, Celſitudinem Regiam rogamus, attente & monemus, quatenus eum in reditu ſuo benigne recipiens, & honeſte pertractans, per regnum tuum facias ſecure conduci, ut & ipſe, qui magnum in Eccleſia Dei obtinet locum, & Nobis inter cæteros fratres noſtros charus exiſtit, ad honorem & profectum tuum fortius obligetur, & Nos, qui perſonæ Noſtræ reputamus impenſum quidquid honoris exhibetur eidem, magnificentiam tuam propter hoc debeamus propenſius commendare. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* IV. Nonas *Octobris* Pontificatus Noſtri anno ſeptimo.

XXII.

Innocentius III. Archiepiſcopo Strigonienſi imponit, ut circa Præpoſituram, quæ ex caſtro Poſonienſi in locum extra munitionem transferenda erat, ſtatuat, quod neceſſitati regni, & utilitati eccleſiæ expedierit. dd. Laterani VIII. Kal. Maji. Ex Reg. anni VII. Innocentii P. P. III. Ep. 56.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Venerabili fratri *Strigonienſi* Achiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicavit Nobis Cariſſimus in Chriſto filius noſter (ſ) - - - - Rex Ungarorum illuſtris, ut quia in quodam caſtro ſuo *Poſonienſi* Præpoſitura con-

(ſ) Henricus.

Digitized by Google

conſiſtit, & ex acceſſu hominum ad eandem timet ſibi de caſtro ipſo periculum provenire, ei licentiam concedere dignaremur, ut præpoſituram ipſam extra munitionem conſtruere de licentia noſtra valeret. Nos autem ejus petitionibus annuentes fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper translationem ipſius præpoſituræ illud auctoritate noſtra ſtatuas, quod neceſſitati Regni, & utilitati Eccleſiæ noveris expedire. Proviſurus, ne corpus beati Martyris, qui in dicta Eccleſia requieſcit, debita veneratione fraudetur.

Datum *Laterani* VIII. Kalendas *Maji*, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

XXIII.

Innocentius III. Henricum Hungariæ Regem hortatur, ut Monachis latinis S. Ægidii liberam Abbatis electionem permittat, Archiepiſcopum Spalatenſem, qui violenter Abbatiam iſtam involaverat, coerceat, inſinuans ſimul ſe rei inquiſitionem commiſiſſe Abbati de Buccon & Præpoſito Strigonienſi. dd. Romæ XVIII. Kal. Octobris, Anno 1204. *Ejusdem tenoris paucis adjectis data ad Archiepiſcopum Spalatenſem.*

Ex Reg. an. VII. Innocentii P. P. III. Ep. 128.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Cariſſimo in Chriſto filio (*t*) - - - - Illuſtri Regi *Ungariæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Venientes ad Apoſtolicam Sedem dilecti filii H. G. A. & B. Monachi ſancti *Egidii* de *Ungaria* Nobis lachrymabiliter intimarunt, quod eorum Abbate defuncto alium ſibi ſecundum antiquum, & approbatum morem ſui Monaſterii elegerunt, quod hactenus tam Abbates, quam Monachi conſueverunt habere *latini*; ſed tu fili cariſſime, quod cum devotione & reverentia retulerunt, regium ſibi noluiſti præbere conſenſum, affirmans, quod in alium, quam *Ungarum* minime conſentires. Venerabilis autem frater noſter B. *Spalatenſis* Archiepiſcopus hoc attendens, ad præſentiam Tuæ Serenitatis acceſſit, & monaſterium ipſum velociter impetravit, de quo ſi verum eſt, valde miramur, quia licet profeſſione ſit Monachus, & natione *latinus*, cum tamen Pontificis gerat officium, Abbatis non debuit miniſterium uſurpare, præſertim & in aliena Dioceſi, &

(*t*) Henrico.

per laicam poteſtatem, qui non multo poſt cum ſervis monaſterii memorati Monachos univerſos ſuper theſauro monaſterii apud Regiam Celſitudinem graviter accuſavit, ſed ipſi voluntatem præſentientes illius ſtatim ipſo præſente cuidam homini tuo, quem ipſe ſecum adduxerat, & multis aliis bonis viris theſaurum Eccleſiæ non ſolum integrum aſſignarunt, ſed etiam augmentatum. Verum idem Archiepiſcopus voluntatem ſuam cupiens adimplere, oportunitate captata, in eos armata manu irruit violenter, & quosdam ex ipſis manu propria flagellavit, quosdam vero conjecit in vincula, cunctisque penitus deſtitutis Monachos *Ungaros* pro ſua inſtituit voluntate, appellationi non deferens, quam iidem Monachi ſuper tanto gravamine ad Sedem Apoſtolicam emiſerunt, terminum in aſſumptione *Beatæ Mariæ* virginis proximo præteritæ præfigentes. Quia vero nec novum eſt, nec abſurdum, ut in regno tuo diverſarum nationum conventus uni Domino ſub regulari habitu famulentur, licet unum ſit ibi *latinorum* cœnobium, cum tamen ibidem ſint multa *Græcorum*, Serenitatem Regiam rogamus attente, & monemus, quatenus in ſtatum debitum revocato, quod non tam proprio motu, quam alieno conſilio diceris conceſſiſſe, non impedias; nec impediri permittas, quo minus præfati Monachi ſecundum conſuetudinem hactenus obſervatam, aſſumant ſibi perſonam ideoneam per electionem canonicam in Abbatem. Nos enim Venerabili fratri noſtro - - - *Varadienſi* Epiſcopo, & dilectis filiis - - - Abbati *de Buccon* & Præpoſito - - - - *Strigonienſi* damus firmiter in mandatis, ut inquiſita diligentius veritate, ſi rem invenerint taliter proceſſiſſe, niſi præfatus *Spalatenſis* Archiepiſcopus ad commonitionem eorum exceſſum ſuum curaverit emendari, ipſi ei pro tanta præſumptione canonicam pœnam infligant, & eo a prælibato monaſterio prorſus excluſo, faciant illud juxta formam præſcriptam appellatione poſtpoſita ordinari. Contradictores quoslibet auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* XVIII. Kalendas *Octobris* Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Scriptum eſt *Spalatenſi* Archiepiſcopo in eadem forma, & modo, *usque præfigentes.* Ecce qualiter eccleſiaſticam libertatem diligis, & defendis, qualiter Apoſtolicæ Sedis honorem promoves, & procuras, qualiter Pontificalem modeſtiam exhibes, & obſervas; qualiter monaſticam regulam proſequeris, & zelaris? Certe niſi præſcriptos exceſſus per te ipſum corrigas & emendes, & a ſimilibus abſtineas, & attendas, Nos quanto familiarius te diligimus, tanto diſtrictius puniemus, ut pœna unius ſit cautela multorum, & juſti lavent manus ſuas in ſanguine peccatoris.

XXIV.

Digitized by Google

XXIV.

Innocentius III. Capitulo Strigonienſi injungit, ut ſuos Procuratores ad Sedem Pontificiam deſtinent definiendæ controverſiæ cauſa, quæ inter Capitulum & quosdam Epiſcopos Suffraganeos Hungariæ exorta eſt ob poſtulationem Archiepiſcopi Colocenſis ad Sedem Metropolitanam Strigonienſem. dd. Romæ X. Kal. Decembris. Anno 1204. *Ex Reg. anni VII. Epiſtolarum Innocentii P. P. III. Ep.* 159.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Dilectis filiis - - - - Capitulo *Strigonienſi* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Poſtulationi, quam celebraſtis de Venerabili fratre noſtro G. *Colocenſi* Archiepiſcopo ad *Strigonienſem* Metropolim transferendo, Venerabiles fratres noſtri ejusdem Metropolis Suffraganei, videlicet C. *Quinqueeccleſien.*, B. Wacien., R. Veſprimien., & J. Nitrien. Epiſcopi penitus contradicunt, per ſuas nobis litteras intimantes, quod V. bonæ memoriæ Archiepiſcopo veſtro viam univerſæ carnis ingreſſo eis inconſultis vos habito ad invicem conſilio diligenti quosdam de Concanonicis veſtris ad Cariſſimi in *Chriſto* filii noſtri H. (u) *Ungariæ* Regis Illuſtris præſentiam deſtinaſtis, & quem vobis præfici volebatis, nominetenus expreſſiſtis. Poſt dilationem vero non longam, cum ad feſtum beati *Stephani* Regis iidem Epiſcopi ſolenniter conveniſſent, & ſuper electione *Strigonienſis* Eccleſiæ unanimi deliberatione tractarent, vos ab eisdem Epiſcopis requiſiti, quem illi Sedi velitis eligi, ac præponi, taliter reſpondiſtis; quod nullum auderetis eligere, niſi qui plenam Regis gratiam obtineret, & protinus præfatum *Colocenſem* Archiepiſcopum, in quem jam pridem cum Rege conveneratis prædicto, nominare curaſtis, adicientes, quod in electione Archiepiſcopi Suffraganei nihil juris haberent, quibus ipſi Suffraganei reſponderunt, quod a prima Chriſtianitatis inſtitutione in Regno *Ungariæ* usque ad iſta tempora nullus ad Sedem *Strigonienſem* fuerat electus, niſi Suffraganeis una cum Canonicis eligentibus, juxta conſtitutionem canonicam, & conſuetudinem approbatam; Dixerunt etiam, quod prius inquiri deberet, utrum de gremio illius Eccleſiæ poſſet utilis, & idoneus reperiri, aſſerentes, quod in ea multi ſunt viri honeſti, diſcreti & litterati, qui poſ-

(u) Henrici, qui itaque 22. Novembris hoc anno adhuc ſuperſtes fuit.

Digitized by Google

poſſent illi Sedi decentius præſidere. Illud inſuper per eaſdem nobis litteras intimarunt, quod cum prædictus *Colocenſis* Archiepiſcopus usque ad hæc tempora *Colocenſem* Eccleſiam *Strigonienſi* Metropoli aſſeruerit eſſe parem, eique tam verbo quam opere varias, & intollerabiles injurias irrogarit, non modicum formidabant, ne ſi ad memoratam Metropolim transferretur propriæ confeſſionis, & aſſertionis non immemor, quaſi rubore perfuſus, ne ipſe ſibi contrarius videretur, negotia *Strigonienſis* Eccleſiæ minus efficaciter aſſumeret promovenda, & ipſos Epiſcopos, qui ejus verbis & actibus juxta debitum ſuum dure quandoque reſtiterant, opprimere non ceſſaret, cum tamen juxta canonicas ſanctiones Judex aliquibus non debeat dari ſuſpectus; porro dilectus filius - - - Abbas de *Buccon*, & Magiſter *Petrus* pro Rege prædicto, nec non & Præpoſitus *Poſonen.* & - - - - Theſaurarius Eccleſiæ veſtræ pro vobis in contrarium allegantes aſſeruere conſtanter, ea quæ ab ipſis Epiſcopis propoſita fuerant penitus eſſe falſa, firmiter proponendo, quod per eundem Præpoſitum, & alios ante communem tractatum vocati fuerunt ſolenniter & venerunt, eorumque de gratia multotiens fuit requiſitus aſſenſus, ſed cum ſuper Eccleſiæ veſtræ proviſione conſilium & auxilium vobis congruum denegarent, vos ipſi Eccleſiæ deſolatæ providere volentes vocatis præfatis Epiſcopis conveniſtis in unum, & vota veſtra in prædictum *Colocenſem* Archiepiſcopum, ut ipſum poſtularetis a Nobis unanimiter eis præſentibus contuliſtis, ſuppliciter exorantes, ut Nos ſuis litteris pro poſtulatione veſtra rogarent, quod ipſi facere penitus recuſarunt; Prænominatis autem nunciis aſſerentibus, quod translationem ipſius Archiepiſcopi urgens neceſſitas, & evidens utilitas exigebant, in ipſa diſceptatione fuit propoſitum coram nobis, quod memoratus Archiepiſcopus *Colocenſis* in grave *Strigonienſis* Eccleſiæ præjudicium vobis reclamantibus, & confirmationes Sedis Apoſtolicæ oſtendentibus filium præfati Regis coronatum (*x*) in Regem, cum non ad *Colocenſem* Eccleſiam, ſed etiam Metropolim veſtram coronatio Regis *Ungariæ* pertinere noſcatur, unde tamquam alieni juris invaſor, & Apoſtolici ſtatuti contemptor debebat graviter caſtigari, poteratque veriſimili conjectura præſumi, quod cum ipſe querelam contra ſe ipſum, & contra factum proprium non eſſet moturus, jus Eccleſiæ veſtræ ſuper hujusmodi prætermitteret indefenſum, per quod ei grave poſſet præjudicium generari, quamvis e contrario fuerit replicatum, quod absque contradictione cujuslibet, & præjudicio alicujus præſcripta corona-

(*x*) Ita in MS. ſed veroſimillime legendum : *coronaverit.*

Digitized by Google

natio ab univerſitate fuerat celebrata. Licet ergo per poſtulationem hujusmodi nullum jus ſit alicui acquiſitum, ideoque ſine præjudicio alicujus poſtulationem potuiſſemus repellere memoratam, ut tamen vobis, quantum cum Deo poſſumus, de ſpeciali gratia conſulamus, ita duximus providendum. Quod ſi præfati Pontifices in contradictione perſtiterint, & vos ad poſtulationem inſtiteritis obtinendam, quia Nobis non conſtitit de præmiſſis, usque ad ſeptuageſimam proxime venturam per Procuratores idoneos ad omnia ſufficienter inſtructos, noſtro vos conſpectui præſentetis, quatinus utraque parte præſente, quod juſtum fuerit, decernamus. Si autem illi duxerint a contradictione ceſſandum, & vos inſiſtere volueritis, ad poſtulationis gratiam obtinendam, nihilominus infra præſcriptum terminum perſonas idoneas ad noſtram præſentiam deſtinetis, quæ nobis fidem facere velint, & valeant ſuper hys, quæ fuerint opportuna. Quod ſi contradicentibus Epiſcopis memoratis vos minus de jure videritis confidendum, ne incaſſum laborem ſubeatis, pariter & dolorem, aliam vobis perſonam idoneam provideatis canonice in Paſtorem. Datum *Romæ* apud ſanctum Petrum X. Kalendas *Decembris*, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Scriptum eſt ſuper hoc Regi, hoc addito: Monemus igitur Celſitudinem tuam, quatinus præfatos Epiſcopos non impedias, nec impediri permittas, quominus Epiſcopi ſupradicti ſuam apud Nos juſtitiam libere proſequantur. Datum ut ſupra.

XXV.

Innocentius III. monet Andream gubernatorem Hungariæ, ut impleat voluntatem defuncti fratris ſui Henrici Regis Hungariæ, qui teſtamento juſſerat ut pecunia in monaſterio Pelis aſſervata in bifariam divideretur, cujus duæ partes fratribus Templariis in ſubſidium terræ ſanctæ, tertia filio Ladislao obveniret. Anno 1205. Ex eodem Reg. anni VIII. Innocentii III. Epiſt. 37.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Eidem (y)

Poſt obitum &c. *usque mancipare.* Accepimus autem Cariſſima in Chriſto filia - - - - Regina *Ungariæ* referente, quod cum prædictus Rex fra-

(y) Andreæ Gubernatori Hungariæ, & Tutori Ladislai Regis pueri. Huc ſpectat epiſtola Num. VIII. poſita.

Digitized by Google

frater tuus in ultimis laboraret coram Venerabili fratre noſtro . . . . Archiepiſcopo *Colocenſi*, & quibusdam aliis Regni Principibus de pecunia, quam in monaſterio de *Pelis* habeat, ita diſpoſuit, quod duas partes ejusdem fratres *Domorum templi* (z) & *Hoſpitales* haberent in ſubſidium *Terræ Sanctæ*, & tertia ejus filio conferretur. Cum ergo te deceat voluntatem illius ultimam adimplere, nobilitatem tuam monemus attente, & hortamur, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus juxta diſpoſitionem Regis ipſius, pecuniam illam facias erogari.

Datum ut ſupra.

XXVI.

Innocentius III. monet Andream gubernatorem Hungariæ, ut nepoti ſuo Ladislao, item & matri ejus Reginæ reditus, quos poſt fratris mortem eisdem promiſerat, integre & ſolerter pendat. Anno 1205. *Ex eodem Reg. anni VIII. Innocentii III. Ep.* 38.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.
Eidem Duci Andreæ &c.

Poſt obitum &c. *usque mancipare.* Cum autem eidem Regi, & Chariſſimæ in Chriſto filiæ Reginæ Matri ejus poſt fratris tui deceſſum quoſdam redditus, ſicut accepimus, promiſeris te daturum, monemus nobilitem tuam, & exhortamur attente, & per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus illos ei facias cum integritate perſolvi, ut circa eos & te Patrem exhibeas & Patronum, tibique propter hoc præmium ſalutis æternæ proveniat, & favor humanæ laudis accreſcat, cum te pium & benignum habueris, ubi pius & benignus teneris adeſſe.

Datum ut ſupra.

XXVII.

(z) Id eſt Templariorum, qui demum ſæculo XIV. extincti.

XXVII.

Innocentius III. commendat Andreæ Hungariæ gubernatori ſollicitam curam Ladislai pupilli, monetque ne alienentur regalia in detrimentum ipſius. Anno 1205. *Ex eodem Reg. anni VIII. Innocentii III. Ep.* 39.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Eidem, (*a*) & Dilectis filiis Nobilibus Viris univerſis Principibus in Regno conſtitutis ſalutem &c.

Poſt obitum inclitæ recordationis Henrici Regis *Ungariæ* fratris tui fili Dux litteras tuæ devotionis &c. *ut in prima, usque mancipare :* ut igitur eidem Regi Regni jura integra conſerventur ; Nos qui ex Apoſtolatus officio tenemur tueri pupillum, cum illius, quamvis indigni, vices geramus in terris, cui dicitur per Prophetam ; Pupillo tu eris adjutor, obſecramus in *Chriſto Jeſu*, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & auctoritate præſentium ſub obteſtatione divini judicii diſtrictius inhibemus, ne, dum idem Rex fuerit in ætate minori ; alienentur regalia in detrimentum ipſius, ſed ad ea fideliter conſervanda diligens ſtudium impendatis, & operam efficacem. Datum ut ſupra.

XXVIII.

Innocentius III. hortatur univerſum Clerum & populum Regni Hungariæ, ut ne contra pupillum Ladislaum Regem cuipiam conſilium aut auxilium impendant. Anno 1205. *Ex eodem Reg. anni VIII. Innocentii III. Ep.* 40.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Præpoſitis, cæteriſque Prælatis, atque Principibus, Clero, & univerſo populo *Ungariæ* ſalutem &c.

Poſt obitum inclitæ recordationis *Henrici* Regis Ungariæ dilecti filii Nobilis Viri Ducis *Andreæ* fratris ipſius litteras ſuæ devotionis &c. *ut in* *pri-*

(*a*) Andreæ Gubernatori Hungariæ.

Digitized by Google

prima uſque mancipare. Ut igitur erga Regem ipſum, qui poſt patris deceſſum vobis Dominus remanſit & hæres fidelitatis conſtantiam obſervetis, auctoritate vobis præſentium diſtrictius inhibemus, ne cui contra coronam ipſius, conſilium, vel auxilium impendatis, ſed reſiſtatis omnino, Regis defendentes honorem, ſi quis forſitan contra eum agere attemptaret &c. Datum ut ſupra.

XXIX.

Innocentius III. Colocenſi Archiepiſcopo & Varadienſi Epiſcopo præcipit, ut per cenſuram eccleſiaſticam eos compeſcant, qui Ladislaum Regem aut Reginam ejus matrem in poſſeſſionibus aut reditibus turbaverint. dd. Romæ V. Kal. Maji. Anno 1205. *Ex eodem Reg. anni VIII. Innocentii III. Ep.* 41.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Venerabilibus fratribus - - - - *Colocenſi* Archiepiſcopo, & - - - Epiſcopo *Varadienſi* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſit Regi tanquam præcellenti, juxta verbum Apoſtoli, deferendum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eos, qui Chariſſimi in Chriſto filii noſtri *Ladezlai* Regis, & Reginæ matris ipſius familiam ſive Clericos eorundem indebite moleſtare præſumpſerint, tam in poſſeſſionibus, quam redditibus Regio non deferentes honori, cum familiam, & Clericos ipſos ſub noſtra & Apoſtolicæ Sedis velimus conſiſtere, a præſumptione ſua per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcatis. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* V. Kalendas *Maji* Pontificatus Noſtri anno octavo.

XXX.

Innocentius III. Suffraganeis eccleſiæ Colocenſis præcipit, ut Archiepiſcopo ſuo fideliter aſſiſtant in iis, quæ tuitionem Ladislai Regis pueri, & matris ejus Reginæ ſpectant. dd. Romæ VII. Kal. Maji. Anno 1205. *Ex Reg. anni VIII. Innocentii III. Ep.* 42.

INNOCENTIUS Epiſcopus &c.

Venerabilibus fratribus Suffraganeis Eccleſiæ *Colocenſis* ſalutem &c.

Ut

Digitized by Google

Ut ſitis in fidelitate conſtantes, & integritatem famæ veſtræ conſervetis illæſam, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus in omnibus, quæ ad tuitionem Cariſſimi in Chriſto filii noſtri *Ladezlai* Regis *Ungariæ*, ac - - - - Reginæ Matris ejus, & Regni pertinent, Venerabili fratri noſtro - - - - *Colocenſi* Archiepiſcopo fideliter aſſiſtatis, ut inde retributionem a Domino & grates a nobis obtinere poſſitis. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* VII. Kalendas *Maji*. Pontificatus noſtri anno octavo.

XXXI.

Innocentius III. facultatem dat Colocenſi Archiepiſcopo; ut quendam epiſcopatum in terra filiorum Beleknese Sedi Romanæ & Archiepiſcopatui Colocenſi vendicet, modo is Epiſcopatus non ſit ſubjectus eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, cum qua ſcribit nuper unitatem fuiſſe initam. dd. Romæ V. Nonas Maji. Anno 1205. *Ex Reg. anni VIII. Epiſtolarum Innocentii P.P. III. Ep.* 46.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Venerabili Fratri - - - - *Colocenſi* Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte tua noſtris fuit auribus intimatum, quod quidam Epiſcopatus in terra filiorum *Beleknese* conſiſtit, quem, cum nulli ſubſit Metropoli, ad devotionem Apoſtolicæ Sedis intendis reducere, ac jurisdictioni Eccleſiæ ſubdere *Colocenſis*, dummodo tibi ſuper hoc noſtrum præberemus aſſenſum. Nos autem deſiderio tuo, quantum cum Deo poſſumus, annuentes præſentium tibi auctoritate concedimus, ut ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, Epiſcopatum ipſum tibi ſit licitum ad devotionem Eccleſiæ *Romanæ* reducere, ac ipſum *Colocenſis* Eccleſiæ ſubdere ditioni. Provideas autem attentius, ne Epiſcopatus ille ſit Eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ* ſubjectus, quia cum ipſa *Conſtantinopolitana* Eccleſiæ nuper ad Apoſtolicæ Sedis redierit unitatem, eam nolumus ſuo jure privari.

Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* V. Nonas *Maji*. Pontificatus noſtri anno octavo.

Digitized by Google

XXXII.

Innocentius III. præcipit Epiſcopo Cenadienſi, & Abbati de Stekdor, ut purgationem Canonicam publice recipiant ab Epiſcopo Quinqueeccleſienſi ſuper innocentia ſua, qua maligne reſperſus fuit. dd. Romæ XIII. Kal. Julii. Anno 1205. Ex Reg. anni VIII. Epiſtolarum Innocentii P. P. III. Ep. 98.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Venerabili Fratri - - - - *Cenadienſi* Epiſcopo & dilecto filio - - - - Abbati *de Stekdor Ciſtercienſis* ordinis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Venerabilis frater noſter C. *Quinqueeccleſienſis* Epiſcopus ſuam volens innocentiam demonſtrare, fecit Nobis humiliter ſupplicari, ut ſuper illa nota nefaria, qua excogitata malignitas eum invidioſe reſperſit, purgationem recipere ipſius dignaremur. Cum igitur contra eum nullus appareat accuſator, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus competentem ei locum aſſignetis, & diem, in quo cum duobus Epiſcopis, & tribus Abbatibus purgationem Canonicam publice recipiatis ab ipſo, attentius proviſuri, ut mandatum Apoſtolicum exequamini fideliter, ac prudenter.

Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum* decimo tertio Kalendis *Julii*, Pontificatus noſtri anno octavo.

XXXIII.

Innocentius III. reſcribit Andreæ Gubernatori Hungariæ, quod petitioni ejus ſubſcribere non poſſit circa poſtulationem Archiepiſcopi Colocenſis aut Epiſcopi Quinqueeccleſienſis ad ſedem Metropolitanam Strigonienſem, cum ob controverſiam inter Epiſcopos Suffraganeos & Canonicos Strigonienſes electio contra formam dati mandati regulariter celebrata non ſit. dd. Romæ VIII. Kal. Julii. Ex Reg. anni VIII. Epiſtolarum Innocentii P. P. III. Ep. 88.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Illuſtri Viro *Andreæ* Domino *Ungariæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

No-

Digitized by Google

Novit ille, qui ſcrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorum, quod ad honorem & profectum tuum ardenti deſiderio aſpiramus, pro certo ſperantes, quod tu progenitorum tuorum inhærens veſtigiis, ſacroſanctam *Romanam* Eccleſiam Matrem tuam prompta devotione cupias venerari. Licet ergo per primas litteras, quas noſtro Apoſtolatui deſtinaſti, poſtquam ad Regni gubernaculum aſcendiſti, fraterno ſigillo ſignatas, nos duxeris exorandos pro Venerabili fratre noſtro J. *Colocenſi* Archiepiſcopo ad *Strigonienſem* Metropolim transferendo. Poſtmodum tamen per alias litteras tuo caractere inſignitas Nobis humiliter ſupplicaſti, ut poſtulationem de Venerabili fratre noſtro C. *Quinqueeccleſienſi* Epiſcopo ad eandem Metropolim evocato admittere dignaremur, ſuper qua cum fratribus noſtris deliberavimus diligenter, & quia invenimus eam poſt appellationes ad nos legitime interpoſitas in multa diſcordia non ſolum Suffraganeorum, verum etiam Canonicorum *Strigonienſis* Eccleſiæ, contra formam mandati noſtri regulari ordine præmiſſo temere celebratam, illam exigente juſtitia non duximus admittendam, dolentes pro te pariter, & pro ipſo, quod ad poſtulationem hujusmodi non eſt eo modo proceſſum, ut eam ſecundum Deum approbare poſſemus. Monemus igitur Serenitatem Tuam, & exhortamur, attente, quatenus in hys non voluntatis noſtræ duritiam, ſed canonicæ ſanctionis cenſuram attendas, quam ſine perſonarum acceptione ſervare volumus, ut debemus, cum in manu noſtra non debeat eſſe pondus, & pondus quaſi ſtatera doloſa, ſciturus pro certo, quod preces, quas Nobis ſecundum Deum duxeris porrigendas, parati ſumus efficaciter exaudire. Ne vero *Srtigonienſis* Eccleſia ulterius maneat deſolata, *Strigonienſi* Capitulo per noſtras damus litteras in mandatis, ut ad providendum ſibi Paſtorem idoneum per electionem canonicam, vel poſtulationem concordem requiſito Suffraganeorum aſſenſu, ſi de antiqua & approbata conſuetudine fuerit requirendus, infra menſem poſt ſuſceptionem litterarum noſtrarum procedere non poſtponant, alioquin ex tunc, ne gregi Dominico diu deſit cura Paſtoris ad providendum eidem Eccleſiæ Paſtorem idoneum procedemus ſecundum officii noſtri debitum ex plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis. In quo quantum cum honeſtate noſtra poterimus, tuo deferemus honori.

Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* VIII. Kalendas *Julii*, Pontificatus noſtri anno octavo.

Digitized by Google

XXXIV.

Innocentius III. ſe Andreæ Gubernatori Hungariæ excuſat, quod hactenus petitioni ejus circa Epiſcopum Bambergenſem ſatisfacere non poſſit, commendat illi Clericum latorem harum. dd. Romæ VI. Kal. Julii. Anno 1205. *Ex Reg. anni VIII. Epiſtolarum Innocentii P. P. III. Ep.* 107.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Nobili Viro *Andreæ* Duci Gubernatori Regni *Ungariæ* (*l*) ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Tam multa fuerunt & magna, tam grata etiam & accepta ſervitia, quæ Progenitores, & Prædeceſſores tui ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ impenderunt, ut ſibi, quem credimus eis in devotionis & fidei propoſito ſucceſſiſſe, inter alios mundi Principes gratiam velimus impendere ſpecialem, & honorem & profectum tuum efficaciter intendendo, ita quod certis indiciis, & evidentibus argumentis agnoſces, quam ſincero te diligamus affectu. Licet igitur pro Venerabili fratre noſtro *Papebergenſi* Epiſcopo preces tuas nedum potuerimus exaudire pro eo, quod ante adventum ſolennium nunciorum, quos ſuper negotio *Imperii* deſtinatos jugiter expectamus, honori noſtro non expedit, nec Eccleſiæ congruit honeſtati, circa ſtatum ipſius aliquid immutare, cum id ad negotium *Imperii* dinoſcatur ſpecialiter pertinere, temporis tamen opportunitate conceſſa, ſi ſe ſtuduerit idoneum exhibere, preces tuas, quantum cum honeſtate noſtra poterimus, hilariter admittemus. Latorem vero præſentium Clericum tuum tibi reddimus commendatum, qui, quantum in eo fuit, negotium ſibi commiſſum, prudenter, ac diligenter ſtuduit procurare. Monemus igitur Nobilitatem tuam, & exhortamur attente per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus in devotione ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Matris tuæ talem te ſtudeas exhibere, quod ad honorem & profectum tuum magis ac magis intendere debeamus.

Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* VI. Kalendas *Julii*, Pontificatus noſtri anno octavo.

XXXV.

(*l*) Difficulter hic titulus conciliabitur cum emortuali die Ladislai, qui ſecundum Thurotzium Nonis Maji defunctus aſſeritur, vix enim credibile, ut Andreæ electio & ſucceſſio Pontifici Summo tecta eſſe potuerit tamdiu.

Digitized by Google

XXXV.

Innocentius III. monet Andream Hungariæ Regem, ut quoſdam ſubditos ſuos compellat ad reſtitutionem eorum, quæ Clerico Portuenſis Epiſcopi de ultramarinis partibus per Hungariam redeunti abſtulerunt. dd. Romæ VI. Kal. Auguſti. Anno 1205. Ex Reg. anni VIII. Epiſtolarum Innocentii P. P. III. Ep. 127.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Cariſſimo in Chriſto filio A. (c) Illuſtri Regi *Ungariæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Providendum eſt Regiæ poteſtati, ut euntes, & redeuntes per terram ſuam valeant ſecure tranſire, ne Regnum videatur carere Rectore, ſi ſubditi ad res alienas extenderint manus ſuas. Accepimus autem dilecto filio G. Clerico Venerabilis fratris noſtri P. *Portuenſis* Epiſcopi conquerente, quod *Georgius* frater *Savin. Rodominus*, & *Gojanus* ei de ultramarinis partibus redeunti quinque Baldachinos, (d) duo examita, (e) unum rubeum, & alterum jaldum, (f) & aliud examitum auro contextum, duo pallia, quinque carpetes, (g) tres ampullas balſami parvas, tres ſacculos (h) de ligno Aloes, quinquaginta & tres buccaranos, (i) quinquaginta & duos camelotos, (k) cirothecas, (l) marſupia, & margaritas, grammata, (m) pannos ſarracenicos, & unum ſcrinium, ubi erant reliquiæ & *Crux* aurea, in qua erat de ligno Domini, duodecim vaſa eburnea, duo texta *Evangelii* de argento, in quibus erant reliquiæ, viginti & quinque annulos, quorum unus magnum jacinthum habebat, quingentos mazamutin., (n) & alios pannos, & libros per violentiam abſtulerunt.

Cum

(c) Andreæ. (d) Baldakinus, ait *Carolus Dufreſne*, pannus omnium ditiſſimus, cujus utpote ſtamen ex filo auri, ſubtemen ex ſerico tegitur plumario opere intertextus, ſic dictus, quod Baldacoo, ſeu Babylone in Perſide in Occidentales provincias deferretur. (e) Pannos holoſericos. (f) Id eſt *Hyalinum*, nempe coloris vitrei. *Carolus Dufreſne in Gloſſ.* (g) Carpettæ vocabantur tunicæ muliebres, ſeu etiam ſtragula villoſa. (h) Sacculi, *inquit Carolus Dufreſne*, in miniſteriis eccleſiaſticis recenſentur, eos deportabant Acolythi, ut in ordine Romano de Pontifice ad altare procedente legere eſt. (i) Telæ ſubtilis ſpecies. (k) Pannos ex pilis camelorum textos. (l) Id eſt: Chirothecas. (m) Id eſt: limbos, fimbrias pro veſtibus ornandis. (n) Lege *mazamurrhina*, quæ erant pretioſa pocula ex murrha lapide pretioſi odoris & colorum varietate inſigni, de quo Plin. lib. 37. c. 2.

Digitized by Google

Cum igitur iidem malefactores ſub tuo dominio morari dicantur, Serenitatem Regiam monemus attente & hortamur, quatenus dictos malefactores, ut ablata cum integritate reſtituant, & de illatis dampnis ſatisfaciant competenter, tradita tibi poteſtate compellas. Reſtituta vero tandiu jubeas apud Diœceſanum Epiſcopum cuſtodiri, donec per fidelem nuncium una cum prædicto Clerico facias nobis illa deferri.

Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* VI. Kalendas *Auguſti*, Pontificatus noſtri anno octavo.

XXXVI.

Innocentius III. intimat Capitulo Colocenſi per translationem Archiepiſcopi ſui ad Strigonienſem Metropolim nullum præjudicium Eccleſiæ Colocenſi in jure aut dignitate generari. dd. Romæ II. Idus Octobris. Anno 1205. *Ex Reg. anni VIII. Epiſtolarum Innocentii P. P. III. Ep.* 140.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Capitulo *Colocen.* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet Archiepiſcopum veſtrum ad *Strigonien.* Metropolim exigente duxerimus neceſſitate transferendum, nolumus tamen, ut per translationem hujuſmodi aliquid Eccleſiæ veſtræ in jure, vel dignitate ſua præjudicium generetur. Unde ſuper hoc vobis præſentes litteras in teſtimonium decrevimus concedendas.

Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* II. Idus *Octobris*, Pontificatus noſtri anno octavo.

XXXVII.

Innocentius III. reſpondet ad petitionem Andreæ Hungariæ Regis, quod Præpoſitum germanum uxoris Andreæ Regis in Archiepiſcopum Colocenſem electum velit confirmare eique pallium mittere, modo prius ab Archiepiſcopo Salisburgenſi ejusque Præpoſito de ſufficienti litteratura & ætate novi electi Archiepiſcopi inſtructus fuerit, quos hac in re inquiſitores conſtituit. dd. Ferentini VII. Idus Junii. Anno 1206. *Ex Reg. anni IX. Epiſtolarum Innocentii P. P. III. Ep.* 74. *N.* 1.

IN-

Digitized by Google

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Cariſſimo in Chriſto filio (o) - - - Illuſtri Regi *Ungariæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum illo fatemur, ante quem non eſt tutum mentiri, quod Perſonam Tuam de corde puro, & conſcientia bona & fide non ficta diligimus, & ad honorem & profectum Tuum, quantum cum Deo poſſumus, efficaciter aſpiramus, volentes Te ſcire pro certo, quod nullam apud Nos patieris repulſam, in quo deberemus alium quemcunque Principem exaudire. Verum & illud te nolumus ignorare, quod ex Apoſtolicæ ſervitutis officio ad faciendum judicium ita ſumus aſtricti, ut abſque cauterio conſcientiæ, ac periculo famæ non poſſimus divertere ad dextram, vel ſiniſtram, cum non poſſit abſcondi lucerna ſuper candelabrum conſtituta, illud ſemper habentes præ oculis, quod de Nobis veritas proteſtatur. Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet ultra, niſi ut foras mittatur, & ab hominibus conculcetur. Licet igitur affectuoſas Nobis preces porrexeris pro Dilecto filio præpoſito germano - - - . Conjugis Tuæ in Archiepiſcopum *Colocenſem* electo, ut ei, quem in Archi-Epiſcopali officio Tibi, & Regno Tuo utilem, & neceſſarium fore confidis, munus confirmationis conferre, ac donum *Pallii* tranſmittere dignaremur, quia tamen Apoſtolus docet, ut manus cito nemini imponamus, videlicet antequam de ipſo per examinationem canonicam habeamus certitudinem pleniorem, & Nos de ipſius Præpoſiti litteratura, & ætate ſimus incerti, quin etiam probabiliter dubitemus: petitionem Regiam in hac parte non ſtatim potuimus executioni mandare, cum ſecundum legem Divinam in eo, & litteratura ſufficiens, & ætas legitima requiratur. Quia tamen, quantum honeſte poſſumus, Tuis concurrere deſideriis affectamus, facimus ad præſens quod poſſumus Venerabili fratri Noſtro - - - - Archi-Epiſcopo - - - - dilecto filio Præpoſito *Salzeburgenſi* dando per Noſtras litteras in mandatis, ut de litteratura, & ætate ipſius diligenter inquirant, & quod invenerint, fideli Nobis inſinuatione reſcribant, quatenus per eorum relationem certiores effecti, ſecurius procedere valeamus; Serenitati Tuæ præſentibus litteris intimantes, quod ſi litteratura non ſolum eminens, ſed ſaltem competens in eo fuerit inventa, & ætas non ſolum perfecta, ſed perfectioni ſaltem propinqua fuerit in ipſo reperta, usque adeo voluntati Tuæ, immo neceſſitati magis ſatisfacere cupimus, quin potius providere, ut niſi tantus fuerit in ultra-

(o) Andreæ.

utraque defectus, quod non tollerari debeat, temperato rigore, cum ipſo curabimus diſpenſare. Alioquin non noſtræ duritiæ, ſed ipſius inſufficientiæ poterit imputari, cum nervos eccleſiaſticæ diſciplinæ licet aliquando flectere, nunquam tamen rumpere debeamus. Equanimiter autem pro neceſſitate *Colocenſis* Eccleſiæ ſuſtinemus, ſi tam in ſpiritualibus, quam temporalibus interim adminiſtret, ita ut hoc impoſterum ad conſequentiam non trahatur.

Datum *Ferentini* VII. Idus *Junii* Pontificatus noſtri anno nono.

XXXVIII.

Innocentius III. laudibus extollit Andream Hungariæ Regem, jubetque, ut univerſus Clerus *& populus proli illius, quod proxime ſperatur, naſcituræ juramentum fidelitatis ſine dilatione præſtent, ad quod etiam a Strigonienſi Archiepiſcopo & Epiſcopo Varadienſi compellendi ſint. dd. Ferentini VII. Idus Junii. Anno* 1206. *Ex Reg. anni IX. Epiſtolarum Innocentii P. P. III, Ep.* 75.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & Principibus per *Ungariam* conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum pater & filius interpretatione juris eadem perſona fingantur, ſatis probabiliter ſubinfertur, quia quos pater retinet in viſceribus charitatis, eosdem filius & diligere debeat, & fovere. Cariſſimus ſiquidem in Chriſto filius noſter (p) - - - Illuſtris Rex *Ungarorum* quam circumſpecta proviſione inceperit diſponere Regno ſuo, Regnique Principes quanta dilectionis exhibitione ſtudeat honorare, vos ipſi eo certius noſtis, quo frequentius vobis & veſtris munificentiæ ſuæ ſubſidia benignus impendit, per quod eſt veriſimiliter præſumendum, quod ſoboles, quæ divina diſponente clementia ſubcreſcet ex ipſo, quo ad ſtrenuitatem morum, & regendi ſollicitudinem paterna debeat providentia imitari. Ideoque univerſitatem veſtram monemus, & exhortamur in Domino per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus proli, quæ Regi naſcetur eidem, quod auctore Domino futurum ſperatur in proximo, juramentum fidelitatis ad mandatum patris ipſius ſine difficultate præſtetis. Alioquin no-

(p) Andreas.

noveritis Nos Venerabilibus fratribus noſtris - - - - *Strigonienſi* Archi-Epiſcopo, & Epiſcopo *Varadienſi* in mandatis dediſſe, ut vos cum opus fuerit, ad id diſtrictione, qua convenit, appellatione remota compellant.

Datum *Ferentini* VII. Idus *Junii* Pontificatus noſtri anno nono.

XXXIX.

***Innocentius III. Strigonienſi Archiepiſcopo & Agrienſi Epiſcopo mandat, ut cum Comite Palatino in gradu ſecundo affinitatis, quocum ignoranter matrimonium contraxit, diſpenſent. dd. Ferentini VII. Idus Junii. Anno* 1206. *Ex Reg. anni IX. Epiſtolarum Innocentii P. P. III. Ep.* 74. *N.* 2.**

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Venerabilibus fratribus - - - - *Strigonien.* Archiepiſcopo, & - - - - Epiſcopo *Agrien.* ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte dilecti filii Nobilis Viri - - - - Comitis Palatini *Ungariæ* noſtro eſt Apoſtolatui nunciatum, quod cum olim Nobilem mulierem - - - - quæ ipſum ſecundo genere affinitatis, & gradu ſecundo contingit, in facie Eccleſiæ nullo contradicente ſibi matrimonialiter copulaſſet ignorans, quod hujusmodi affinitatis neceſſitudo poſſet matrimonium impedire. Poſtmodum ſaniori uſus conſilio, ne præfatam mulierem in animæ ſuæ diſpendium in ſuo conſortio retineret, Sedis Apoſtolicæ miſericordiam cenſuit implorandam, ut ex noſtræ diſpenſationis auctoritate mulierem retinere valeat memoratam. Quædam præterea Nobis fuere ſuggeſta, propter quæ diſpenſationis beneficium ſolet facilius obtineri, quia ſcilicet cohabitaverunt ſimul multis annorum circulis jam elapſis, quod etiam in diebus ſuis uterque proceſſit, & ſobolem ex illa copula ſuſceperunt, nec poſſent ſine graviſſimo ſcandalo ſeparari, cum nullus contra idem matrimonium appareat accuſator. Quia vero Nobis non conſtitit de præmiſſis, fraternitati Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, eisdem auctoritate noſtra diſpenſationis gratiam impendentes mandetis, ut inſimul de cætero libere permaneant, & licenter.

Datum *Ferentini* VII. Idus *Junii* Pontificatus noſtri anno nono.

Digitized by Google

XL.

Honorius Papa III. laudat Ducem Auſtriæ, quod Belam Regem primogenitum Regis Andreæ ad ſe confugientem receperit, monetque ut eum porro eadem benevolentia & liberalitate proſequatur. dd. Laterani VIII. Kal. Martii. Anno 1224. Ex Reg. anni VIII. Litterarum Honorii P. P. III. Ep. 298.

HONORIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Nobili Viro - - - Duci *Auſtriæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Devotionem tuam in Domino commendamus; quod cariſſimum in Chriſto filium noſtrum B. (q) Regem, Primogenitum cariſſimi in Chriſto filii Noſtri Regis *Ungariæ* Illuſtris, qui gravem, pro eo quod - - - - uxorem ſuam ad mandatum noſtrum recepit, perſecutionem patitur, & ad te propter hoc coactus eſt inſuper ſe transferre, tam benigne & honeſte pertractas tuo eum conſilio & auxilio refovendo. Licet igitur eum tibi commendare neceſſe non eſſet, quia tamen ſibi ex hoc merito adeſſe tenemur, Nobilitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus in fovendo ipſum ſolita conſtantia perſeverans, pro Eccleſiæ *Romanæ* reverentia eum habeas propenſius commendatum, ita quod in hoc, ſicut in aliis tuæ bonitatis appareat magnitudo, & Nos id etiam habeamus acceptum.

Datum *Laterani*, VIII. Kalendas *Martii*, Pontificatus noſtri anno octavo.

XLI.

Honorius III. ſcribit Duci Auſtriæ, ut Belam primogenitum Regis Hungariæ inducat ad præſtandam reverentiam & devotionem patri, & eorum conſortia evitet, qui diſcordias ipſum & patrem inter ſeminant. dd. Laterani III. Idus Martii. Anno 1224. Ex Reg. anni VIII. Litterarum Honorii P. P. III. Epiſt. 347.

HONORIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Nobili Viro - - - - Duci *Auſtriæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sic

(q) Belam IV.

Sic habere te credimus timorem divini Numinis, & amorem, ut quæ honeſta ſunt diligas, & inhoneſta odio habeas, & devites. Fiducialiter itaque Nobilitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus cariſſimum in Chriſto filium noſtrum B. (r) Regem natum cariſſimi in Chriſto filii noſtri A. (s) Illuſtris Regis *Ungariæ* ad patris ſui devotionem & reverentiam moneas propenſius & inducas, quem etiam ſollicitius exhorteris, ut familiaritatem devitet eorum, qui inter ipſum & patrem ſuum ſeminare diſcordiam, & ad bona vellent aliena extendere manus ſuas, ita quod nos de bonitate indolis ſuæ certi, ad honoris & exaltationis ejus augmentum ſemper intendere valeamus.

Datum *Laterani* III. Idus *Martii* Pontificatus noſtri anno octavo.

XLII.

Honorius III. Papa concedit Abbati, Priori & fratribus ordinis S. Benedicti in monte Pannoniæ monaſterii S. Martini, ut tempore Generalis interdicti ſubmiſſa voce divina officia celebrare poſſint in ſuis Eccleſiis. dd. Laterani Anno 1224. IV. Kalendas Aprilis.

HONORIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, Priori, & fratribus ordinis S. *Benedicti* monaſterii S. *Martini* in *monte Pannonie* ſalutem & Apoſtolicam benediccionem.

Precibus veſtris benignum impertiri aſſenſum volentes auctoritate Apoſtolica, qua per Dei miſerationem fungimur preſentium Apoſtolicarum literarum tenore in Domino concedimus ac indulgemus, ut in omnibus eccleſyis veſtris & cellis, quas per Regnum *Hungariæ* tenetis, liceat vobis generalis interdicti tempore non pulſatis campanis clauſis januis ſubmiſſa voce divina officia celebrare, ea tamen conditione ne excommunicatos aut interdictos ullo modo admittatis, aut eis in aliquo favorem, patrocinium, aut auxilium impendatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis vero hoc atemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Reat. IV. Kalendas Aprilis. Pontificatus noſtri anno octavo.

(r) Belam. (s) Andreæ.

Digitized by Google

XLIII.

Innocentius IV. Belæ Regi Hungariæ commendat, ut Ducisſæ Auſtriæ adverſus inimicos ſuos aſſiſtat. dd. Lugduni V. Kalendas Februarii. Anno 1248. Ex Reg. anni V. Litterarum Innocentii P. P. IV. Ep. 528.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Cariſſimo in Chriſto filio Noſtro Illuſtri Regi *Ungariæ* (*t*) ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum, ſicut accepimus, dilecta in Chriſto filia Nobilis mulier Duciſſa *Auſtriæ* (*u*) zelo fidei & devotionis accenſa inimicis Eccleſie opponere ſe intendat, Serenitatem Regiam rogamus, monemus, & hortamur attente, quatenus dictam Nobilem habens pro noſtra & Apoſtolice Sedis reverentia propenſius commendatam, eidem neceſſitatis tempore, cum ab ea requiſitus fueris, tam in jure ſuo, quam contra ipſos inimicos aſſiſtas, ita quod ipſa preces noſtras ſibi apud te ſentiat profuiſſe. Noſque Seritatis tue zelum merito commendemus.

Datum *Luduni* V. Kalendas *Februarii*. Pontificatus noſtri anno quinto.

In eodem modo ſcribitur Regi *Boemiæ* (*x*) Illuſtri.

XLIV.

Innocentius Papa IV. hortatur Przimislaum Ottocarum Ducem Auſtriæ primogenitum Regis Bohemiæ, ut cum patre ſuo & Rege Hungariæ pacem ineat, inſinuatque a ſe miſſum eſſe Valaſcum Penitentiarium ſuum, qui pœna interdicti & excommunicationis rebelles cogat ad fœdera pacis, non obſtantibus privilegiis, quod ſententiæ excommunicationis in terris Auſtriæ non poſſint promulgari. dd. Aſſiſii Kalendis Julii. Anno 1254. Ex Reg. anni XI. Litterarum Innocenti P. P. IV. Ep. 5.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Nobili Viro P. (*y*) Duci Auſtrie ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Si

(*t*) Belæ IV. (*u*) Margaretha poſtea conjux Przimislai Ottocari Boemiæ Regis. (*x*) Wenceslao I. (*y*) Przemislao Ottocaro.

Digitized by Google

Si conſiderarent, ut expediret, guerrarum diſcrimina dimicantes, cum hinc inde vix, aut nunquam, niſi animarum pericula, excidia perſonarum, & rerum damna reportent, ab eorum forſan inchoatione, vel ſaltem exercitio abſtinerent. Sed quia quosdam ſic plerumque impetus furoris involvit, ut eo plus ſe bellis exercitent, quo magis ipſorum non ſine amaritudine detrimenta deguſtant, oportet Nos, qui non tam puri hominis, quam veri Dei vicem in terris gerimus, partes noſtras contra talia interponendo diſcrimina, removere ſcandala, ſedare litigia, & revocare ad concordiam diſcordantes. Accepimus ſiquidem veridica relatione multorum, quod inter te, & cariſſimum in Chriſto filium (z) - - - - Regem *Boemie* Illuſtrem patrem tuum ex parte una, & cariſſimum in Chriſto filium noſtrum. (a) - - - - Regem Ungariæ Illuſtrem ex altera adeo ſcintilla diſcordie, ſufflante inimico humani generis eſt ſuccenſa, ut quos antea familiaris decorabat dilectio, & familiaritas confovebat alterna, tempeſtatis exagitet ſpiritus, & in profundum vorago jurgiorum abſorbeat, dum ad non neceſſaria bella, ſed pernicioſa prorſus inſurgitis, & ad invicem dimicatis, ſicque fit, quod vobis Regna veſtra predantibus, & depopulantibus circũmpoſitas regiones, terra remanet habitatoribus proh dolor deſolata. Quia vero noſtre ſollicitudinis intereſt, ut Nos, qui diſponente Domino univerſali regimini preſidemus, ex officio noſtro, pro eo maxime, quod Eccleſie, que inde conſueverunt, nunc ledi, nunc deſtrui, preſerventur, & Chriſtianus populus taliter non perdatur, tantis occurramus periculis remediis opportunis. Nobilitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur attente, in remiſſionem tibi peccaminum imponentes, quatenus ab hujusmodi guerris omnino deſiſtens cum predicto Rege ſic ad pacem & concordiam pro Apoſtolice Sedis, & noſtra reverentia ſine dilatione ac difficultate qualibet revertaris, quod exinde apud Deum & homines valeas non immerito commendari. Nos enim dilectum filium fratrem *Valaſcum* Pœnitentiarium noſtrum ad partes illas ad reformanda inter vos pacis fœdera deſtinamus, dantes ei cogendi contradictores & rebelles per excommunicationis in perſonas & terras ipſorum interdicti ſententias plenariam poteſtatem. Non obſtante, ſi vobis ab Apoſtolica Sede conceſſum ſit, ut in vos, ſeu terras veſtras non poſſint hujusmodi ſententie promulgari.

Datum *Aſſiſii* Kalendis *Julii*, Pontificatus noſtri anno undecimo.

XLV.

(z) Wenzeslaum. (a) Belam IV.

Digitized by Google

XLV.

Przimiſlaus Rex Boemie & Stephanus Rex Ungarie promittunt mutuo perpetuam pacem & concordiam obſervare, dantes arbitris plenam poteſtatem ad firmandam concordiam inter ipſos. dd. in inſula juxta Pozonium Anno 1267. *Ex Diplomatario chartaceo Ottocari II.*

Amator pacis, Rex pacificus & eternus filios ſancte Matris Eccleſie, quos redemptos ſanguine pretioſo in vnitate fidei katholice coniunxit, etiam in karitatis dilectione mutuaque pacis obſeruatione diſpoſuit, atque voluit unum eſſe, vt ydemptitatem fidei ydemptitas ſiue vnio concordie ſequeretur, & eos, quos vna coniunxit fides mentium, diſſenſus non diuideret actionum; & certe quidem licet ad tanti diſpoſitoris exemplar, pacem diligere & ſeruare teneantur ſinguli *chriſtiani* nominis Profeſſores, tamen hos, quos diuina prouidentia in dignitatum arce locauit, regali dyademate inſignitos, decet tanto amplius fore pacis, & concordie zelatores, quanto ſe cognoſcunt honoris & ſublimitatis apicem altius conſcendiſſe, ut ab ipſis tamquam a lucernis ſuppoſitis, pacis & juſtitie lumen refulgeat, & eorum concordia perſonis inferioribus tranſeat in exemplum; Ea propter attenta conſideratione penſantes, & in pectoris noſtri archa diligentius reuoluentes, quod ex diuina clementia Regni & terrarum gubernacula teneamus, in trono regio collocati, ne lumen pacis, quo lucere debemus, aliis tenebre ſint, cum Domino *Stephano* Sereniſſimo Rege *Vngarie*, cum quo tam conſanguinitatis, quam affinitatis fibula in amicitia Nos connectit, & alterutrum Nos inuitant ad concordie unionem, pacem plenam & perpetuam promittimus obſeruare, quam per Nos vel Noſtros nullo vnquam tempore aliqua diſſenſionis corruptela, diffidii Zyzania violari volumus aliquatenus, vel corrumpi. Et vt quidem pacis federi poſſent perſonis intermediis fortius conniueri, ecce nobis, & predicto Rege *Stephano* in inſula iuxta *Pozonium* & *Potenburch* pariter conſtitutis, in octo perſonas, quibus arbitrandi plenariam dedimus facultatem, per Nos hinc, & inde exiſtit compromiſſum, talibus autem conditionibus interiectis, & cetera; In cuius rei teſtimonium, & cetera; Acta ſunt autem hec anno dominice Incarnationis *Milleſimo* & cetera.

Digitized by Google

XLVI.

Archiepiſcopus Collocenſis Cancellarius Aule Regis Ungariæ & alii Epiſcopi promittunt pro Rege Ungariæ concordiam, & pacem Przmislao Regi Bohemie cum promiſſione aſſiſtendi eidem, ſi Stephanus Rex pacta violaverit. dd. VIII. Kal. Auguſti Anno 1267. *Ex chartulario diplomatario Ottocari II.*

Nos *Stephanus* Diuina miſeratione Archiepiſcopus *Collocenſis*, Aule Regis *Vngarie* Cancellarius, *Lamperdus Aguenſis*, *Job Colicenſis*, *Philippus Watonienſis*, *Paulus Weſprinienſis*, *Thymotheus Zagrabienſis*, & *Ladislaus Thynenſis* Eccleſiarum Epiſcopi, ſignificamus tenore preſentium vniuerſis; quod ad requiſitionem Domini noſtri *Stephani* Dei gratia Illuſtris Regis *Vngarie* ex beneplacito, & voluntate ipſius, ut bellorum diſcrimina & occaſio effundendi ſanguinis auferatur, promittimus, & promittendo iuramus, Nos procuraturos & facturos, quantum in nobis eſt, vt pacta & conuentiones pacis & vnionis habite inter ipſum Dominum noſtrum Regem *Vngarie* ex una parte, & Dominum *Othakarum* inclitum Regem *Boemie* ex altera: attendantur, & obſeruentur per ipſum Dominum Noſtrum Regem, & ſuos, bona fide, ſine fraude, & abſque omni malo ingenio, qui ſi temerator, violator, & transgreſſor omnium, vel ſingulorum contentorum in ipſis pacis, & conuentionis litteris exſtiterit, ex tunc ipſo facto ſententiam excommunicationis, quam ex nunc de conſenſu, voluntate, & beneplacito eiusdem Domini noſtri Regis *Vngarie* requiſiti proferimus, idem Dominus noſter Rex *Stephanus* ex hujusmodi violatione pacis incurret, promittentes ſub religione preſtiti juramenti; quod poſtquam nobis per Regem *Boemie* de violatione & transgreſſione hujusmodi conſtiterit euidenter ipſum Dominum Regem noſtrum *Stephanum* euitabimus, & faciemus ab omnibus acrius euitari, & ipſum Dominum Regem *Stephanum* deſeremus, ac Regi *Boemie* adherebimus, fouentes eundem pro viribus, & pro poſſe; Promittimus nihilominus, quod totam terram ipſius ſubiciemus eccleſiaſtico interdicto, quilibet noſtrum in ſua Dyoceſi, remotis omni gratia & fauore *Romane* Eccleſie, & illorum, qui cenſuram Eccleſiaſticam compellere & cohercere valeant ad premiſſa arctius exſequenda, preſertim cum Archiepiſcopus *Saltzburgenſis* & *Pragenſis*, *Olomucenſis*, *Patauienſis*, *Friſienſis*, (z) *Ratiſponenſis* Eccleſiarum

(z) Frinſingenſis.

Epiſcopi ſimilem in ſcriptis ſententiam protulerint, contra predictum Regem *Boemie* de ipſius beneplacito, & conſenſu, ſi articulorum in forma pacis comprehenſorum exſtiterit violator, & cetera; In cuius rei teſtimonium ad petitionem Domini noſtri Regis & inſtantiam litteras noſtras conceſſimus ſigillorum noſtrorum munimine roboratas; Actum & datum Anno Domini *milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo*, Octavo Kalendas *Auguſti* &c.

XLVII.

Stephanus Rex Hungarie compromittit in Eliſabetham Duciſſam Cracoviæ ſororem ſuam promittens ipſius deciſioni, quæ circa concordiam inter ipſum & Ottocarum Regem Bohemiæ ſtatuerit inhæſurum. dd. in Ungaricali Broda VII. Kal. Novembris, Anno 1273. *Ex Diplomatario chartaceo MS. Ottocari II.*

Nos *Stephanus* Dei gratia Rex *Vngarie;* Notum facimus Vniuerſis, quibus expedit, preſentium per tenorem; quod in cauſa, quam habemus cum Domino *Othakaro* Rege *Boemie* Illuſtri, perdilecto affine, & cognato noſtro, quem Nobis pro patre kariſſimo reputamus, ſuper facienda concordia, & ordinanda, componenda, vallanda, & ſtabilienda pace ſeu concordie vnione elegimus, & aſſumpſimus pro parte Noſtra in mediatricem, arbitricem, & amicabilem compoſitricem, Sereniſſimam Dominam *Elizabeth* Duciſſam *Cracouie*, cariſſimam ſororem Noſtram, eius compoſitioni, ordinationi, laudo, arbitrio, & ſententie, ſuper ipſa pace, & ceteris reformandis, inter predictum Dominum Regem, & Nos, ſubmiſimus Nos & conſenſimus, ac etiam conſentimus, promittentes bona fide, ſine fraude, pro firmo, & rato habere, & tenere, quidquid predicta Domina inter ipſum Dominum Regem, & Nos pro bono pacis, & concordie ordinauerit, compoſuerit, laudauerit, ſententiauerit, & fuerit arbitrata, nec recedere ab eo vllo ingenio, ſtudio, vel modo, & ad premiſſa omnia, & ſingula approbanda, percipienda, tenenda & ſeruanda, Nos preſentium teſtimonio obligamus, quas duplici Noſtro ſigillo & ſigillis Venerabilium Patrum *Vngaricalium* Epiſcoporum, & Dominorum Magiſtri *Bertoldi*, & cetera; fecimus communiri; Datum in *Vngaricali Broda*, Anno Dominice Incarnationis *milleſimo ducenteſimo, ſeptuageſimo tertio*, ſeptimo Kalendas *Novembris*, & cetera.

XLVIII.

Digitized by Google

XLVIII.

Nicolaus Papa IV. ſcribit Rudolpho Romanorum Regi, quod Joanni Eſino Epiſcopo commiſſionem ſuper eo dederit, quod Regnum Hungariæ filio ſuo Alberto in feudum dederit. dd. apud urbem veterem V. Kal. Januarii. Anno 1291. *Ex Reg. anni III. Litterarum Nicolai P: P. IV. Ep.* 875.

NICOLAUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Cariſſimo in Chriſto filio R. (*a*) Regi *Romanorum* Illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Litteras Regias noſtro nuper Apoſtolatui præſentatas benignitate recepimus conſveta, quarum ſerie diligenter perpendimus, quod poſt obitum quondam *Latislai* Regis *Ungariæ* tu certa conſideratione inductus, quod eædem litteræ exprimebant, dilecto filio Nobili Viro *Alberto* Duci *Auſtriæ* nato tuo, & ejus Hæredibus de conſilio & aſſenſu Principum, Baronum, Nobilium & Procerum Regni tui in feudum Regnum *Ungariæ* conceſſiſti, cum autem præfatum Regnum ad *Romanam* Eccleſiam ex cauſa multiplici pertinere noſcatur, Celſitudini Regiæ per Venerabilem fratrem noſtrum *Johannem Eſinum* Epiſcopum ſuper hujusmodi negotio reſpondemus.

Datum apud *Urbem Veterem* V. Kalendas *Januarii*, Pontificatus noſtri anno tertio.

XLIX.

Nicolaus IV. Rudolphum Romanorum Regem rogat, ut ne jura, quæ Sedi Pontificiæ in Regnum Hungariæ competunt, invadat, aut per alium invadi admittat. dd. apud Urbem Veterem II. Kal. Februarii. Anno 1291. *Ex eodem Reg. anni III. Nicolai IV. Ep. IV.* 876.

Eidem Regi. (*b*)

Literas Regias &c. *ut ſupra, usque conceſſiſti.*

Licet igitur fili cariſſime intentionis noſtræ non ſit juri, ſi quod tibi

(*a*) Rudolpho. (*b*) Romanorum Rudolpho.

Digitized by Google

tibi in Regno ipſo competit, derogare; nolumus tamen ignorare Celſitudinem Regiam, quod prædictum Regnum ad *Romanam* Eccleſiam Matrem tuam ab antiquo etiam dinoſcitur pertinere, propter quod circa illud aciem ſollicitæ conſiderationis extendimus, & de ſtatu eius ſollicite cogitamus. Ideoque Regalem Magnificentiam rogandam attente duximus, & hortandam, quatenus pro divina & apoſtolicæ Sedis & noſtra reverentia jura quælibet ad nos & eandem Eccleſiam in Regno memorato ſpectantia per te, vel alium ſeu alios non invadas, aut occupes, vel uſurpes, ſive aliquid facias in noſtrum, & ipſius Eccleſiæ præjudicium & gravamen, quæ potius manutenere ſollicite, ac illibata & integra plenis favoribus ſervare te convenit, utpote ſpecialem advocatum ejusdem Eccleſiæ, ac præcipuum defenſorem. Sic ergo ſuper hoc precibus noſtris obtemperes, ſic noſtræ inſtantiæ acquieſcas, ut devotionem Regiam, quæ ſemper erga præfatam Eccleſiam claruiſſe conſpicitur, uberibus in Domino laudibus attollamus.

Datum apud *Urbem Veterem* II. Kalendas *Februarii*, Pontificatus noſtri anno tertio.

L.

Nicolaus IV. edocet Albertum de juribus, quæ Sedi Romanæ in Regnum Hungariæ competant. Anno 1291.

Ex eodem Reg. anni III. Nicolai IV. Ep. 877.

NICOLAUS Epiſcopus &c.

Dilecto filio Nobili Viro *Alberto* Duci *Auſtriæ* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cariſſimus in Chriſto filius noſter R. (*c*) Rex *Romanorum* Illuſtris Pater tuus nuper Nobis per ſuas litteras intimavit, quod poſt obitum quondam *Latislai* Regis *Ungariæ* tibi & hæredibus tuis de conſilio & aſſenſu Principum, Baronum, Nobilium & Procerum Regni tui in Feudum Regnum *Ungariæ* duxerat concedendum. Licet igitur fili noſtræ intentionis non ſit, jure, ſi quod tibi in Regno ipſo competit derogare, ignorare tamen te nolumus, quod dictum Regnum ad *Romanam* Eccleſiam matrem tuam &c. *ut ſupra, mutatis mutandis, uſque, utpote ipſius Eccleſiæ ſpecialem filium,* &

(*c*) Rudolphus.

& devotum. Sic ergo ſuper hoc precibus noſtris obtemperes, ſic noſtræ inſtantiæ acquieſcas, ut devotionem tuam dignis exinde in Domino laudibus commendemus. Datum ut ſupra.

LI.

Nicolaus IV. orat Albertum Ducem Auſtriæ, ut Legato ſuo Eugubino Epiſcopo omnem aſſiſtentiam præbeat, quem in Hungariam miſit, ut populo aſſumendam crucem perſuaderet adverſus Tartaros, Saracenos, Neugerios, & Paganos, quibuscum Rex Ungariæ fædus iniiſſe aſſeratur. dd. Romæ XIII. Kal. Junii. Anno 1291. *Ex Reg. anni III. Litterarum Nicolai P. P. IV. Ep.* 867.

NICOLAUS Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Nobili Viro A. (*d*) Duci Auſtriæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Confidimus fili dilecte, quod tu tanquam Princeps catholicus & devotus mentem tuam ad cæleſtia deſideria dirigens circa illa te promptum & paratum exhibeas, quæ ſuperno ſint accepta conſpectui, tuæ ſalutis profectum reſpiciant, & procurent fidei *Chriſtianæ* continuum incrementum. Sane didiciſſe te credimus, quam reprehenſibiliter hactenus, quamque inhoneſte, quin imo periculoſe ſe geſſerit *Ungariæ* Rex, qui veſanis adhærens conſiliis, & a via veritatis exorbitans Chriſtiana Religione poſtpoſita, ſe cum *Tartaris*, *Sarracenis*, *Neugeriis* & *Paganis* damnatæ converſationis audacia fœdus aſſeritur contraxiſſe, ſumpta norma nefaria ſpecialiter vivendi cum *Neugeriis* ſupradictis, ac turpiter & impudenter abjecta Conjuge propria regalibus utique orta natalibus & honeſtæ converſationis, ac vitæ titulis inſignita, videlicet cariſſima in Chriſto filia noſtra E. Illuſtri Regina *Ungariæ* crudeliter ſeviens in ſe ipſum & Domum *Ungariæ* inclytam Regibus pollere Catholicis conſvetam, thorum fœdare non metuit conjugalem, in grandem ſupernæ Majeſtatis offenſam, grave ſuæ ſalutis diſpendium, & ſcandalum fidelium plurimorum. Nos autem æquanimiter ferre talia, & tam gravia non valentes, & cupientes per Apoſtolicæ Sedis providentiam opportunum ſuper hys Domino favente remedium adhiberi Venerabilem fratrem noſtrum B. Epiſcopum *Eugubin.* vi-

(*d*) Alberto.

Digitized by Google

virum utique virtutibus inſignitum, ac Nobis & fratribus noſtris merito ſuæ probitatis acceptum ad Regnum *Ungariæ* commiſſo ſibi plene legationis officio in eodem Regno, nec non *Dalmatiæ*, quæ *Ungariæ* Regibus ſolet eſſe ſubjecta, *Auſtriæ*, *Styriæ*, *Carinthiæ*, *Cumaniæ* & *Boſnæ* partibus tanquam pacis Angelum deſtinamus, ſibi per alias literas noſtras injuncto, ut ſi *Tartari*, *Saraceni*, *Neugerii* & *Pagani* præfati ſuos conatus nefarios contra fidei orthodoxæ cultores exercere præſumpſerint, ne ipſorum crudelitas in ejusdem fidei diſpendium invaleſcat, adverſus eos, & alios adhærentes eisdem, vel ipſos in iis quomodolibet confoventes, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, ſtatus aut conditionis exiſterent, ac etiam contra *Hæreticos*, qui de diverſis mundi partibus in nonnullis locis ſuæ legationi ſubjectis, ſicut aſſeritur, convenerunt, omnibus Chriſtifidelibus per Regnum *Ungariæ* ſupradictum, ac alias dictæ legationis partes per ſe vel per alium, ſeu alios verbum *Crucis* ſollicite proponere ſtudeat, & ad eam promptis animis aſſumendam *Chriſtianum* populum exhortari. Rogamus itaque Nobilitatem tuam, & hortamur in Filio Dei Patris, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatenus diligenti meditatione recogitans, quod per hoc poſſet Catholicæ fidei non modicum deperire, contra *Tartaros*, *Sarracenos*, *Neugerios* & *Paganos* eosdem præfato Epiſcopo pro Divina & Apoſtolicæ Sedis, ac noſtra reverentia, cum ſuper hoc & aliis etiam ſuæ legationis negotiis ex parte ipſius Epiſcopi contigerit te requiri, aſſiſtere ſtudeas conſiliis, auxiliis, & favoribus opportunis, ut illorum damnatis & repreſſis erroribus & pravis conatibus penitus vacuatis tibi exinde ex alto proveniat præmium, quod pro piis actibus compenſatur; Nosque devotionem tuam uberibus in Domino laudibus attollamus. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* XIII. Kalendas *Junii*, Pontificatus noſtri anno tertio.

LII.

Literæ credentiales datæ a Nicolao IV. Joanni Epiſcopo Eſino Legato Pontificio in Hungariam deſtinato. Anno 1291.

Ex eodem Reg. anni III. Nicolai IV. Ep. 878.

Eidem Epiſcopo.

Quantis ab olim periculis, quantisve diſpendiis & jacturis Regnum *Ungariæ* ob culpas regnantis in illo multiplices expoſitum fuerit, jam in

Digitized by Google

in remotis partibus fama præambula divulgavit; quamobrem expedire non vidimus, ut illa præſentium ſerie repetantur, & quoniam de ſtatu & conditionibus dicti Regni poſt obitum quondam *Latiſlai* Regis *Ungariæ* multa non uniformiter, ſed diverſimode plurimorum relatibus ſunt expreſſa, quamquam ſuper hoc plena ſit habita certitudo. Nos poſt diverſos variosque tractatus cum fratribus noſtris in hac parte habitos, nunc de legato, nunc vero de ſolenni ad partes illas nuncio deſtinando ſtudia noſtra convertimus, & eundem te illuc ſumpta de tua multiplici probitate fiducia providimus dirigendum. Volumus igitur, & per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia promptis animis hujusmodi onus aſſumens, te ad partes conferas ſupradictas, ac de ſtatu, conditionibus, ac circumſtantiis omnibus dicti Regni per viros fideles tam Religioſos, quam alios partium earundem, te plene inſtruere, ac informare procures, ut Nos per tuæ relationis oraculum plenam poſſimus informationem recipere præmiſſarum. Cum autem præfatum Regnum ad *Romanam* Eccleſiam ab antiquo etiam pertinere noſcatur, & per dictum Regem ſub obligatione ſua, & Regni ſui tempore, quo Venerabilis frater noſter - - - - *Firmanus* Epiſcopus in ipſo legacionis officio fungebatur, nonnulla promiſſa & jurata fuiſſe, quæ poſtmodum non ſervavit. Volumus, tibique præcipimus, ut ad perſonarum Eccleſiaſticarum & ſæcularium Regni prælibati notitiam, quantæcunque, ſeu cujuscunque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus extiterint, ad illarum maxime, quæ ſibi dicunt jus aliquod competere, quomodolibet in Regno præſato, perducere ſtudeas Regnum ipſum, ab antiquo etiam ad *Romanam* Eccleſiam pertinere, ſibique fore, prout præmittitur obligatum, ut hæc illæſa, & integra eidem Eccleſiæ impoſterum conſerventur, & ne quivis illa quomodolibet invadere, occupare, vel uſurpare præſumat, aut in noſtrum, & ejusdem Eccleſiæ præjudicium, & gravamen aliquid attemptare. Volumus autem, quod ea, quæ in hac parte feceris, Nobis per tuas litteras plene, ſerioſe, ac fideliter ſtudeas intimare, ac nihilominus ſuper denunciacione, ac proteſtatione hujusmodi confici facias duo publica ſimilia inſtrumenta, quorum unum tibi retineas, & reliquum per fidelem nuncium Nobis mittas.'

Datum ut ſupra cap. 876.

LIII.

Digitized by Google

LIII.

Nicolaus IV. Joannem Epiſcopum Eſſinum ad Hungariam Legatum mittit cum mandato, ut ſi Rudolphum Romanorum Regem aut Albertum Ducem Auſtriæ convenire contigerit, eis denunciet, ut alteruter Regni Hungariæ jura invadere, vel id occupare præſumat. Anno 1291. *Ex Reg. anni III. Nicolai IV. Ep.* 878.

NICOLAUS Epiſcopus &c.

Venerabili fratri *Johanni* Epiſcopo *Eſſino* ſalutem &c.

De tuæ probitatis induſtria fiduciam gerentes in Domino ſpecialem, te ad partes Regni *Ungariæ* certis tibi commiſſis negotiis deſtinamus. Cum itaque Regnum ipſum ad *Romanam* Eccleſiam ab antiquo etiam pertinere noſcatur; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi te tranſire contigerit per loca, ubi cariſſimus in Chriſto filius noſter R. (*e*) Rex *Romanorum* Illuſtris, & dilectus filius Nobilis Vir *Albertus* Dux *Auſtriæ* natus ejus, vel alter ipſorum fuerint eis inſimul, vel disjunctim ex parte noſtra expreſſe, manifeſteque denuncies prædictum Regnum ad Romanam Eccleſiam, ut præmittitur, pertinere, noſtro & ipſius Eccleſiæ nomine publice & aperte proteſtans, ut ipſi, vel eorum alter jura quælibet in Regno ipſo ad Nos & Eccleſiam prædictam ſpectantia quoquomodo uſurpare, occupare vel invadere non præſumant, aut in noſtrum, & ejusdem Eccleſiæ præjudicium & gravamen aliquid attemptare. Volumus autem, quod ea, quæ in hac parte feceris, Nobis per tuas literas plene, ſerioſe, ac fideliter intimare procures. Ac nihilominus ſuper denunciatione & proteſtatione hujusmodi confici facias duo publica ſimilia inſtrumenta, quorum alterum tibi retineas, & reliquum per fidelem nuntium Nobis mittas. Datum ut ſupra in cap. 876.

LIV.

Nicolaus IV. jubet, ut Joannes Epiſcopus Eſſinus, literas quas idem Pontifex ad Prælatos, & Nobiles Regni Hungariæ dedit, eisdem per ſe vel alium extradat. Anno 1291. *Ex eodem Reg. anni III. Nicolai IV. Ep.* 881.

NI-

(*e*) Rudolphus.

NICOLAUS Epiſcopus &c.

Venerabili fratri *Johanni* Epiſcopo *Eſino:* ſalutem &c.

Licet univerſis Eccleſiarum Prælatis & Nobilibus etiam per Regnum *Ungariæ* conſtitutis noſtras rogatorias & hortatorias litteras dirigamus, dantes eis per illas nihilominus in mandatis, ut pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia tibi circa ea, quæ in ipſis litteris continentur, aſſiſtere ſtudeant conſiliis, auxiliis, & favoribus opportunis, Noſque ſuper ſtatu, conditionibus & circumſtantiis dicti Regni certificare procurent, ut circa ſtatum ipſum, & fidelium in eodem Regno degencium poſſimus utilius, & efficacius providere, volumus tamen, & fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper hujusmodi executione negotii te gerens ſollicite & prudenter, prædictas litteras illis & eisdem Prælatis, ac Nobilibus, de quibus expedire videris, per te, vel per alium præſentare, vel ad notitiam deducere ſtudeas eorundem.

Datum ut ſupra.

LV.

Nicolaus IV. Archiepiſcopum Strigonienſem increpat, quod nec de obitu Ladislai Regis, nec ejusdem calamitoſo Regni ſtatu Romanam Sedem informaverit, quam ob cauſam intimat a ſe mitti Joannem Eſinum Epiſcopum Legatum. Anno 1291. *Ex eodem Reg. anni III. Nicolai IV. Ep.* 879.

NICOLAUS Epiſcopus &c.

Venerabili fratri - - - - Archiepiſcopo *Strigonienſi* ſalutem &c.

Solebat hactenus laudabile tuæ ſollicitudinis ſtudium, regnante quondam *Latislao* Rege *Ungariæ,* Apoſtolicam Sedem paginis viſitare frequentibus, miſerabilem ipſius Regis & *Ungariæ* Regni ſtatum, nec non diſſenſiones & ſcandala, graviaque pericula, quæ in Regno ipſo regnantis inibi operante malitia ſucceſſu temporis contingebant, plenius & ſerioſius aperire vias & modos exprimendo multiplices, per quos tantis obviare periculis, & ejusdem Regni ſtatui poſſet ſalubriter provideri, propter quod eidem Sedi gratus reddebaris non modicum, & ejus tibi favorem & gratiam uberius vendicabas. Sed revera grandi, nec immerito, admiracione deducimur, quod eodem Rege ſublato de medio, qui dies uti-

Digitized by Google

utinam ſuos ſalubriter concluſiſſet, tu quaſi mutatus in virum alterum, & reprehenſibili negligentiæ deditus nihil omnino de ipſius Regis obitu, & ejusdem Regni ſtatu, aut novitatibus plurimis inibi ſubſecutis, ſive ad ejus aſpirantibus Regimen nuncio vel literis ad ejusdem ſedis notitiam pertuliſti, cum multa poſtmodum, ac varia & adverſa circa ipſius Regni ſtatum relatus expreſſerit plurimorum. Quamobrem dictæ Sedis circumſpecta providentia certitudinem præmiſſorum non obtinens, ex qua circa ſtatum bonum, & pacificum dicti Regni certum & opportunum poſſet adhibere remedium, nunc legatum, nunc vero ſolempnem ad partes illas dirigere nuncium perſæpe diſpoſuit, prout de ipſius Regni ſtatu & conditionibus relatorum varietas exigebat. Cumque poſt Regis obitum ſupradicti Sedes ipſa diucius expectarit, nec adhuc votis ejus occurrerit de qualitate conditionis, aut ſtatus ejusdem Regni plenaria certitudo, Venerabilem fratrem Noſtrum *Johannem Eſinum* Epiſcopum latorem præſentium, Virum utique providum, & diſcretum, ac nobis, & fratribus noſtris merito ſuæ multiplicis probitatis acceptum, ad partes illas providimus deſtinandum, ut ſuper præmiſſis plene, ac diligenter inſtructus, nos informare poſſit, ut expedit ſuper illis, ac ſpecialiter in quo ſtatu, quantum ad fidem Catholicam Rex deceſſerit memoratus, & utrum ſtatus ejusdem Regni pacis tranquillæ ſucceſibus gratuletur, & an illi metus immineat de incurſibus *Paganorum*, ac de aliis eciam conditionibus dicti Regni. Cum autem Regnum ipſum ad *Romanam* Eccleſiam ab antiquo etiam pertinere noſcatur, teque non lateat per eundem Regem tempore, quo Venerabilis frater noſter N. *Firmanus* Epiſcopus in Regno ipſo legationis fungebatur officio, nonnulla ſub obligatione ſua & Regni ſui promiſſa, & jurata fuiſſe, quæ poſtmodum non ſervavit, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus erga præfatam Sedem devotionis ſolitæ zelum ſervans ad perſonarum Eccleſiaſticarum & ſæcularium Regni prælibati notitiam &c. ut ſupra uſque in finem.

Datum ut in eadem.

LVI.

Ejusdem generis data ad Archiepiſcopum Colocenſem. Anno 1291. Ex eodem Reg. anni III. Nicolai IV. Ep. 886.

NICOLAUS Epiſcopus &c.

Venerabili fratri - - - - Archiepiſcopo *Colocenſi* ſalutem &c.

Oc-

Digitized by Google

Occurrit noſtris ſenſibus non immerito admirandum, quod poſt obitum quondam *Latislai* Regis Ungariæ de ſtatu Regni, & novitatibus plurimis inibi ſubſecutis nihil ad Apoſtolicæ Sedis notitiam perduxiſti, de quibus varia & diverſa Sedes ipſa percepit relatibus exprimentibus plurimorum, quamquam ſibi ſuper hoc nondum plena innotuerit certitudo, & præcipue cum nonnunquam retroactis temporibus diſpendia gravia & jacturas, quæ Diœceſi & Provinciæ *Colocenſi* intulit truculenta ſævitia *Sciſmaticorum*, & etiam *Paganorum*, eidem Sedi per tuas duxeris litteras intimandum, poſt præfati tamen Regis obitum, utrum hujusmodi mala periculave ceſſaverint, aut invaluiſſe noſcantur, & an ipſius Regni ſtatus pacis, & quietis commodis affluat, nuncio Nobis, aut litteris nullatenus expreſſiſti. Nos autem de Regno ipſo, & ejus conditionibus ſollicite cogitantes tam eodem Rege vivente, quam etiam ſublato de medio, noſtra una cum fratribus noſtris convertimus ſtudia, nunc ad ordinandum ſolliciti de legato, nunc vero de ſolenni ad partes illas nuncio deſtinando, prout relatorum diverſitas exigebat. Sed cum prædicta Sedes poſt ejusdem Regis occaſum diucius expectarit, necdum ſibi plena certitudo patuerit de ſtatu, & conditionibus dicti Regni, Venerabilem fratrem noſtrum *Johannem Eſinum* Epiſcopum latorem præſencium &c. *ut ſupra, usque pertinere* noſcatur; nec te latere credamus, per eundem Regem &c. *ut ſupra usque in finem.*

LVII.

Carolus IV. ſe purgat Ludovico Regi Hungariæ de quibusdam falſis rumoribus, & amicitiam cum eo confirmatam cupit. Datum Tyrnaviæ, Anno 1360. Feria VI. ante Aſcenſionem Domini.

Karolus &c. Notum facimus &c. Sicut venenum aſpidum inſanabile quidem confiditur, quod proditorie ſuggeſtionis vicio humanis fuerit carnibus applicatum, ſic & lingue peſtifere virulente ſaniei delibute verſuciis inter Sereniſſimum Principem Dominum *Ludevicum* Regem *Ungariæ* Illuſtrem fratrem noſtrum cariſſimum ab una, & nos parte ab alia turpis utique mali odioſam perniciem ſeminaſſent, niſi tantis perfidiis & vicioſis conatibus noſtra utrobique ſollercia auctore Domino, & racionis adjuta ſuffragiis prudentius obſtitiſſet. Ideoque ut de corde cariſſimi noſtri fratris, omnis mali tollatur ſuſpicio, ſibi in verbo noſtre veritatis honoris, & fraternalis fidei, ac etiam veritate corporalis ſuper hoc pre-

Digitized by Google

ſtiti juramenti promittimus & ſpondemus quod talibus detractivis ſuſurrancium loquelis & malis ſermonibus, qui ſtatum, famam, vel honorem dicti noſtri fratris quovis prætextu videbantur, ſeu poterant in aliquo ſigillare, habito reſpectu ad conſanguinitatis, affinitatis, & parentele vincula, quibus nos utrobique divina clemencia foderavit, & ad ſinceram fidem, ac mutue dileccionis flagranciam, quibus ſe noſtri progenitores, dum viverent, ſunt quidem benignis & conſtantibus amiciciis proſecuti, numquam aurem credulitatis noſtra Majeſtas apposuit, nec apponet in antea, aut fidem habebit in tam proditoriis & vanis relatibus, ſed omnibus eliminatis a noſtro corde & animo, nec non cujuscunque ſiniſtre informacionis conceptuum veſtigiis reliquiisque penitus evulſis. Si que ſine impreſſione credulitatis noſtro forſitan animo inheſiſſe quomodolibet potuiſſent. Auxiliante Deo gubernatore bonorum operum, pro noſtris viribus ad omnia illa nitemur, que honoris, fame ac profectus ejusdem noſtri fratris augmentum, nec non principatuum & dominiorum ejus uberem ſtatum proſpiciunt. Id ipſum ſperantes indubie erga predictum cariſſimum noſtrum fratrem relative dileccionis affectibus invenire.

Datum in *Tyrnavia* Anno M. CCC. LX. Feria VI. ante Aſcenſionem Domini &c. Regnorum &c.

CANCELLARIUS.

LVIII.

Carolus IV. oppignorat Wilhelmo Præpoſito Erlacenſi Ludovici Regis Hungariæ Cancellario, & poſtulato Epiſcopo Quinque-Eccleſienſi oppidum Selzz mille florenis parvis Florentinis, quos ei de peculiari gratia donare dignatus. Datum Norimbergæ, Anno 1360. *die S. Jacobi.*

Nos Karolus &c. Recognoſcimus &c. quod conſiderantes fidelia, ſedula ſervitia, quæ honorabilis *Wilhelmus* Præpoſitus *Erlacenſis* Comes Capelle Sereniſſimi Principis & Domini Domini *Ludovici Regis Hungariæ* fratris noſtri cariſſimi Cancellarius, & poſtulatus Epiſcopus *Quinqueeccleſienſis*, devotus noſter dilectus, nobis ſæpius prompte exhibuit, quotidie exhibet, & futuris temporibus exhibere vult, & debet, eidem damus ex ſingulari gratia mille parvos florenos *Florentini* ponderis, & pro his eidem oppignoramus oppidum noſtrum *Selzz* cum omnibus appertinentiis;

tiis; exceptis noſtris theloneis, & ſolutione vectigalium ibidem in *Selzz*, quæ eidem non oppignoramus. Ita quod prænominatus *Wilhelmus*; aut qui literas has cum voluntate ejus poſſederit, prædicta bona, ut pignus, tamdiu poſſidere valeant, quousque nos, aut ſucceſſores noſtri prædicta bona pro jam nominatis mille florenis integrè ab ipſo liberaverimus, & exſolverimus. Tenebitur etiam prædictus *Wilhelmus*, aut qui loco ejus ibidem fuerit, noſtro Præfecto in *Elzaz*, qui nunc eſt, aut pro tempore fuerit, loco noſtri promittere, ac jurare fidelitatem, ſubmiſſionem & obedientiam. In quorum teſtimonium &c.

Datum *Norimbergæ* anno 1360. die ſancti *Jacobi*, Regnorum noſtrorum &c. Per Dominum Magiſtrum Curiæ *Henricus* Auſtralis.

LIX.

Carolus IV. eidem Wilhelmo poſtulato Epiſcopo Quinque-Eccleſienſi pro eadem ſumma oppignorat advocatiam Wiſenburg & Muntat &c. eadem anno & die datum.

Nos Karolus &c. Recognoſcimus &c. Quod conſiderantes fidelia ſedula ſervitia, quæ honorabilis *Wilhelmus* Præpoſitus *Erlacenſis* Comes capellæ Sereniſſimi Principis & Domini Domini *Ludovici* Regis *Hungariæ* fratris noſtri cariſſimi Cancellarius, & poſtulatus Epiſcopus *Quinqueeccleſienſis* devotus noſter Dilectus nobis ſæpius prompte exhibuit, quotidie exhibet, & futuris temporibus exhibere vult & debet, eidem damus ex ſingulari gratia mille parvos florenos *Florentini* ponderis, & pro his eidem oppignoramus advocatiam noſtram *Wiſenburg*, *Muntat*, & omnia his appertinentia, ita quidem, quod prænominatus *Wilhelmus*, aut qui literas has cum voluntate ejus poſſederit, prædicta bona, ut pignus, tam diu poſſidere valeant, quousque nos, aut Succeſſores noſtri prædicta bona pro jam nominatis mille florenis integre ab ipſo liberaverimus, & exſolverimus. Tenebitur etiam prædictus *Wilhelmus*, aut qui loco ejus ibidem fuerit, noſtro Præfecto in *Elſaz*, qui nunc eſt, aut pro tempore fuerit loco noſtri, promittere ac jurare fidelitatem, ſubmiſſionem & obedientiam. In quorum teſtimonium &c.

Datum *Norimbergæ* anno 1360. die ſancti *Jacobi*, Regnorum noſtrorum &c.

Per Dominum Magiſtrum Curiæ. *Heinricus* Auſtralis.

Digitized by Google

LX.

Carolus IV. Ludovico Regi Hungariæ, & Caſimiro Regi Poloniæ eorumque Succeſſoribus cedit Ducatum Ploczenſem, omniaque jura in Principatus Mazoviæ, & ſubditos a ſubjectione ſibi debita eximit. Norimbergæ Anno 1360. *VII. Kalendas Auguſti.*

Karolus IV. &c. Notum facimus &c. Quod illius intimi amoris, & favoroſi affectus intuitu, quo Sereniſſimos Principes Dominos *Ludovicum Hungarie* & *Kazimyrum Polonie* Reges Illuſtres fratres noſtros cariſſimos fraterne karitatis pia benignitate proſequimur, ipſis ambobus heredibus & ſucceſſoribus eorundem *Hungarie* & *Polonie* Regibus, Ducatum *Ploczenſem* cum appendiciis, dominio, & pertinenciis ſuis, nec non omnia jura, que nobis in predicto Ducatu *Ploczenſi* & aliis Principatibus *Mazovie* competunt, ipſis rite donavimus, & donamus, univerſos & ſingulos cives, homines, & inhabitatores opidorum & pertinenciarum hujusmodi, ab omni fidelitatis & ſubiectionis homagio, juramentis & promiſſionibus nobis, ut Regi *Boemie* preſtitis, auctoritate preſencium abſolventes. Nullis juribus in dictis Ducatu, dominio, & pertinentibus nobis, aut noſtris heredibus, aut ſucceſſoribus Regibus *Boemie* reſervantes. Preſencium &c.

Datum *Nurmberg*, anno LX. Indiccione xiii. VII. Kalendas Auguſti, Regnorum noſtrorum anno Romani XV. *Boemie* xiiii. Imperii vero ſexto.

Per Dominum Cancellarium, *Heinricus Auſtralis.*

LXI.

Literæ credentiales Ladislai Comitis Palatini Hungariæ datæ ad Przimislaum Ducem Teſchinenſem ſuper contrahendo matrimonio inter Sigismundum filium Caroli IV. Imp. & Bobemiæ Regis, & filiam Ludovici Hungariæ & Poloniæ Regis, dd. in Güntz 30. *Januarii* 1372.

Illuſtri Principi Domino *Przimislao* Duci *Theſchinenſi.*

Illuſtris Princeps, & frater cariſſime, materiam quam vos, & olim Dominus *Franko* bonæ memoriæ ad noſtram deduxiſtis notitiam, prout diu vobis conſtat, per Dei gratiam in bonum deſiderium perduximus taliter,

ter, quod ex eadem materia vobis & nobis bonum eveniet, prout pridem nobis dixiſtis. Et deſuper mittimus ad vos fidelem noſtrum *Heinczonem* militem, qui vos debebit de ſingulis informare, cui in dicendis fidem adhibeatis per omnia ſicut nobis.

Datum *Günſz* feria ſexta ante feſtum *Purificationis Beatæ Virginis* (*30. Januarii*) anno Domini *milleſimo* CCC. LXXII.

Per nos *Ladislaum Opulienſem* & *Welinienſem* Ducem & Comitem Palatinum *Hungariæ*.

LXII.

Literæ datæ ad Ducem Teſchinenſem, quibus ei nunciatur ad contrahendum inter Sigismundum filium Imperatoris Caroli IV. & filiam Regis Hungariæ deſiderari præſentiam Ducis Teſchinenſis, qui id nomine Imperatoris a Rege Hungariæ petat. Porro ſtaturum ex arbitrio Imperatoris, utrum ſponſi novi in aula Imperatoris an Regis Hungariæ educandi ſint. Regem Hungariæ filiæ ſuæ in dotem aſſignaturum ducenta millia aureorum; Id tamen a Rege Hungariæ deſiderari, ut Carolus IV. Duces Bavariæ in plenam amicitiam aſſumat.

Gratioſe Domine Dux *Theſchinenſis*. Dominus meus Dux *Opulienſis* Comes Palatinus *Hungariæ*, frater veſter, præmiſſis amicitia & ſervitiis ſuis Gratiæ veſtræ ſignificat, quod ipſe materiam, quam alias vos, & Dominus *Franko* bonæ memoriæ ad Domini Regis *Hungariæ* notitiam deduxiſtis ſuper parentela (*f*) inter natos ſeu filios Domini (*g*) - - - Imperatoris, & Regis *Hungariæ*, (*h*) ad plenum finem perduxerit, & Dominus meus Comes Palatinus plene deſiderat, quatenus vos ob executionem ejusdem materiæ verſus *Hungariam* perſonaliter equitare velitis. Aſſecurat enim vos omnimode, quod ſi *Hungariam* veneritis, & nomine Domini - - - Imperatoris Regem *Hungariæ* rogaveritis pro filia ſua tradenda matrimonialiter Imperatoris filio cum ſolemnitate conſueta, ex tunc Imperator & vos a Rege *Hungariæ*, & ambabus Reginis intentum obtinebit, absque dubio. Et in voluntate ſeu arbitrio Imperatoris ſtabit, ſi ipſe filium ſuum & filiam Regis in poteſtate & curia Regis inſimul manere velit permittere. Quod ſi facere voluerit, ex tunc tam Rex quam Regina filium & filiam, ſicut cariſſimos pueros & natos ſuos dulciter, & ami-

(*f*) Id eſt cognatione ſeu affinitate contrahenda. (*g*) Caroli IV. (*h*) Ludovici.

Digitized by Google

amicabiliter tenebunt. Si autem - - - Imperatoris intentio fuerit, filiam Regis verſus *Bohemiam* in domum ſuam recipere, hoc ſtabit in voluntate ſua.

Inſuper intentio Regis eſt, dictæ filiæ ſuæ nomine dotis dare ducenta millia florenorum. (*i*) Et ſignanter retulit dictus miles & nuncius, quod Dux *Theſchinenſis* præfatus propter præmiſſa ſecure venire deberet ad Regem, præſertim cum talia plenum finem & effectum ſortiri deberent, & quod de his aſſecuraret eum dictus Comes Palatinus per corpus, animam, honorem & bona ſua. Etiam retulit dictus nuncius, quod Imperator per præmiſſa Duces *Bavariæ* Regi *Hungariæ* æqualiter in plenam amicitiam aſſumere debeat, & quod ipſi Duces *Bavariæ* debeant vice verſa Imperatori ſingula facere, quæ de jure tenentur.

LXIII.

Inſtructio & Articuli quos dedit Carolus IV. Przemislao Duci Teſchinenſi ad contrahendum matrimonium inter filium ſuum Sigismundum cum filia Regis Hungariæ.

Dux *Theſchinenſis* apud Comitem Palatinum ante omnia experiri, & etiam ſe aſſecurare debet tam apud Regem, quam Reginas *Hungariæ* ſic, quod certus exiſtat, quod in caſum, ubi ipſe Dux nomine Imperatoris Regem *Hungariæ* pro filia ſua filio Imperatoris tradenda rogaverit, quod ex tunc negativam, ſeu repulſam non habeat, & habita ſecuritate tali, tunc primum rogare debebit.

Item ad ſecundum articulum poſtquam in præmiſſis ad hunc effectum deventum fuerit, quod inter dictos infantes ſponſalia contracta ſunt, tunc Imperatoris intentio eſt filiam Regis *Hungariæ* verſus *Bohemiam* duci, & eam in domo ſua tenere, juxta arbitrium ſibi datum, ſicut ſuperius expreſſum eſt.

Item in ſumma dotis Imperator contentus eſt.

Item ad ultimum articulum intentio Imperatoris eſt, quod ipſe Duces *Bavariæ* libenter velit in amicitia habere. Salvo ſemper jure filii ſui Regis *Bohemiæ* & aliorum filiorum ſuorum, ac etiam Marchionis *Moraviæ*, & filiorum ſuorum, ac etiam juribus, quæ in & ſuper Marchionatu, & Marchia *Brandeburgenſi* habere noſcuntur, & etiam ſalvo jure, ſi quod Du-

(*i*) Id eſt: aureorum.

Digitized by Google

Duces *Bavariæ* prædicti in Marchionatu & Marchia prædictis ſe prætendunt habere. Et eſt in hoc intentio Imperatoris, quod talia jura utrarumque partium coram Principibus Electoribus, vel majore parte eorum definiri debeant juſtitia mediante.

Item Dux *Theſchinenſis* loqui debet de pignoribus, quibus filius Imperatoris ſuper dicta ſumma ducentorum millium florenorum aſſecurari debeat.

Item tractare debet, quod talis aſſecuratio adeo effective fiat, quod dicta parentela imposterum diſſolvi non poſſit, & videtur Imperatori conſultum eſſe hunc modum ſervari in talibus, videlicet, ut quæcunque partium parentelam huiusmodi infringeret, vel non ſervaret, quod eadem pars omnem pecuniam, quam prætextu ipſius parentelæ quovis modo dediſſet omnino perderet, & quod adhuc aliæ aſſecurationes neceſſariæ, & utiles, prout melius excogitari valerent, in talibus, adderentur.

LXIV.

Ludovicus Hungariæ Rex ſcribit Carolo IV. Imp. & Boh. Regi, quod ratum habeat matrimonium inter filiam ſuam ejusque filium, ad quæ rite ſtabilienda ſe mittere Ladislaum Ducem Opulienſem & Thomam Archiepiſcopum Strigonienſem. dd. Budæ 20. Februarii, Anno 1372.

Sereniſſimo Principi & Domino Domino *Karolo Romanorum* Imperatori ſemper Auguſto, & *Bohemiæ* Regi, fratri noſtro cariſſimo.

Illuſtriſſime & Sereniſſime Princeps, cariſſime frater. Venit ad nos Dux *Theſchinenſis*, exponens nobis, nomine veſtro, quod filiam noſtram filio veſtro matrimonialiter dare, & deſponſare vellemus. Et quia idem Dux bonus nuncius eſt, & legationem veſtram optime dirigere ſcit, & bene executus eſt, fecimus voluntatem veſtram, & filiam noſtram filio veſtro matrimonialiter deſponſandam promiſimus, ac ad confirmandum talia, & effectualiter roborandum mittimus ad dilectionem veſtram Illuſtrem *Ladislaum* Ducem *Opulienſem* Comitem Palatinum *Hungariæ*, conſanguineum noſtrum, & Reverendum in *Chriſto* Patrem Dominum *Thomam* Archiepiſcopum *Strigonienſem* Principem & Conſiliarium noſtrum de inten-

tentione noſtra plenarie informatos, & cum omnimoda poteſtate, firmitatem in talibus faciendam. (*k*)

Datum *Budæ* feria ſexta proxima poſt feſtum ſancti *Valentini* (2. Februarii) anno LXX. ſecundo.

LUDOVICUS Dei gratia *Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ* &c. Rex.

LXV.

Reverſales Caroli IV. Imp. & Boemiæ Regis, quibus nomine ſuo filiorum, fratris & nepotis per juramentum in manus Patriarchæ Alexandrini emiſſum aſſecurationem dat Ludovico Regi Hungariæ, quod nunquam aſpirare, vendicare aut uſurpare velit Regna Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ &c. dd. Wratislaviæ die 14. Martii Anno 1372.

Karolus quartus &c. Notum facimus &c. Quod ob ſingularem internæ caritatis ardorem, quo Sereniſſimum Principem Dominum *Ludovicum Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ* &c. Regem fratrem noſtrum cariſſimum, nec non Sereniſſimas *Elizabeth* matrem, & *Elizabeth* conſortem ejusdem fratris noſtri filios & hæredes ipſorum pio, fraternoque zelo complectimur, ipſis animo deliberato non per errorem, aut improvide, ſed maturo Principum, Comitum, Baronum, & Nobilium noſtrorum fidelium ad hoc accedente conſilio, & ex certa ſcientia pro nobis & Sereniſſima *Elizabeth Romanorum* Imperatrice, & *Bohemiæ* Regina, conſorte Illuſtri, & Magnifico *Wenceslao Bohemiæ* Rege filio, ac Illuſtribus *Joanne* ſeniore fratre, & *Jodoco* ejus primogenito Marchionibus & Dominis terræ *Moraviæ* noſtris cariſſimis; cæterisque noſtris & eorum filiis & hæredibus in perpetuum promiſimus, & promittimus bona fide, dolo & fraude quibuslibet procul motis; & ſub eo juramento corporali, quod ſuper lignum vivificæ *Crucis*, & ſancta Dei evangelia in manibus Reverendi in Chriſto Patris Domini *Johannis* Patriarchæ *Alexandrini*, Domini noſtri Papæ legati

(*k*) Infecto negotio receſſere hi plenipotentiarii Hungarici, nam cum Ludovicus Hungariæ Rex nollet a fœdere & vinculo Bavariæ Ducum recedere, contra Carolus IV. ob Brandeburgiam ab iisdem invaſam eis placari nollet, niſi Electorum Imperii definitioni acquieſcerent, res in ſimultates abiit, ac pene in bellum Carolum IV. inter & Ludovicum erupit, ad quod ſopiendum miſſus a Summo Pontifice Legatus Joannes Patriarcha Alexandrinus, de cujus hac in re negotiis plura deinceps hic ſubjiciuntur inſtrumenta.

Digitized by Google

gati præſtitimus, quod tam nos, quam prædicti, Imperatrix, filii, fratres, nec non noſtri & eorum hæredes, & ſucceſſores nunquam aſpirare debemus, nec volumus ad vendicandum, aut uſurpandum nobis vel ipſis, aut alicui ex nobis *Ungariæ*, *Poloniæ*, *Dalmatiæ* &c. Regna, & ſignanter ſpecifice & expreſſe eorundem Regnorum & coronarum Principes Eccleſiaſticos, ſeu ſeculares, Principatus ſeu Ducatus, & nominatim *Waywodatus* Muldawiæ &c. ſeu alios eorum quoscunque Principatus, Ducatus, terras, homines, dominia, civitates, caſtra, ſeu quaslibet pertinentias eorum communiter vel diviſim in genere, ſeu in ſpecie, ſive in *Ungaria*, *Polonia*, *Dalmatia*, vel aliis Regnis prædictis, ſeu alias ubicúnque locorum conſiſtant, vel ad vendicandum, ſeu uſurpandum nobis quascunque earum, vel alicujus eorum metas, granicias, gades, ſeu terminos, aut jura, libertates, pertinentias ſeu conſuetudines, vel obſervantias, quæ ſeu quas ad præſens tenent, habent, vel poſſident, ſeu auctore Domino de jure adipiſci, habere, tenere, obtinere, vel poſſidere poterunt, ſeu debeant quomodolibet in futurum, ſeu etiam quæcunque alia ad ipſos quovis modo ſpectantia ubicunque ſita, quæ non ſunt nominatim incluſa, præſentibus etiamſi talia forent, de quibus hic fieri deberet vel poſſet mentio ſpecialis. Et in eum caſum, ſi hujusmodi eorum Principes, Principatus, Ducatus, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & clientes, cives, civitates, oppida, caſtra, aut univerſitates terræ ſeu homines, vel eorum aliquæ, ſeu aliquis ſeu voluntarie ſeu ſponte nobis offerrent, offerre vellent, vel quovis modo deliberarent ſubdere, ſubjicere, vel offerre, quod ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc promittimus & ſpondemus pro Nobis, ac omnibus, & ſingulis ſupradictis ſub juramento & fide præfatis, tales vel talem nullatenus aſſumere, recipere, ſeu aliquatenus acceptare, quibuscunque adinventionibus, ingenio vel colore quæſitis, præſentium &c.

Datum *Wratiſlaviæ* die XIV. *Martii*, quæ fuit Dominica *Judica* &c. (*l*)

(*l*) Secundum eandem formam & tenorem petebantur reverſales a Ludovico Rege Hungariæ de non aſpirandis, vendicandis, aut invadendis terris Imperatoris. Sed cum a Ducum Bavariæ fœdere recedere nollet Ludovicus, reverſalium iſtiusmodi commutatio in longum protracta eſt, ut ex ſequentibus documentis patebit.

Digitized by Google

LXVI.

Synopſis eorum, quæ Joannes Patriarcha Alexandrinus tum mandato Summi Pontificis Gregorii XI, quam Caroli IV. Imperatoris circa contrahendum matrimonium Sigismundi cum Ludovici filia, tum circa reverſales de non vendicandis utrinque terris, tum de Ducum Bavariæ pacificatione egit, cum allegatione documentorum de anno 1372.

Quaternus de facto & literis (m) Patriarchæ *Alexandrini*.
Memoriale Domini Imperatoris ſuper agendis per Patriarcham *Alexandrinum* in *Ungaria*. Tria continentur, ſcriptum manu Patriarchæ in hæc verba:

Primum ut laborem cum Rege, quod non expectata dilatione ad feſtum *Aſſumptionis beatæ Mariæ* confirmet tractatus de regnis non invadendum, & parentelæ.

Item quodſi *Bavari* nolunt ſtare alteri de duabus viis per Dominum Cæſarem oblatis, videlicet de ſtando electorum judicio, aut Papali, quod Rex non debeat ipſos juvare, vel ſi per alterutram iſtarum viarum condemnati, & nollent ſtare condemnationi.

Tertium, quod debeant mutuo ſe videre, & breviter, dummodo Rex non expectato termino ſibi dato approbet ſtatim, quæ facta fuerunt ſuper on invadendis regnis, & nolit in caſibus jam dictis juvare *Bavaros*.

Nota effectum primæ litteræ legationis Patriarchæ ad - - - Imperatorem de *Hungaria* tranſmiſſam.

In die *Aſcenſionis Domini* Patriarcha venit ad Regem *Hungariæ* verſus *Bodam*, (n) & invenit ibidem cum Rege Ducem *Stephanum* de *Bavaria* juniorem.

Item ibidem Patriarcha requiſivit Regem, quod juraret, & ratificaret literas in *Wratislavia* pridem conceptas, & nomine ſuo juratas literas ſuper parentela, quam ſuper non invadendis regnis &c. & obtulit ſe ſtare, dare Regi literas Imperatoris reverſales, ſicut juratum fuit. Rex *Hungariæ* reſpondit, quod Patriarcha loqueretur cum Duce *Bavariæ*, qui tunc erat in eadem civitate, & quod hoc faceret pro honore Regis; tunc in craſtinum vellet facere, quod Patriarcha petebat.

In-

(m) Joannis. (n) Budam.

Digitized by Google

In craſtino requiſitus Rex reſpondit, quod parentelam juraret, & literis firmaret, ſed ſuper facto de non vendicandis Regnis &c. dixit, quod faceret, cum Imperator & Rex ſimul eſſent; & deſideravit Rex, quod circa feſtum *Pentecoſtes*, cum ipſo conveniret; Patriarcha reſpondit, non competere ipſos mutuo convenire, rebus ſic ſtantibus in dubio, maxime cum Imperator cum Rege convenire nollet, niſi prius ſuper prædictis concluſum foret.

Altera die Rex & ſui parentelam juraverant de filia juniore Regis; & ſi Rex non haberet maſculum, de primogenita Regis, & ſi illa interim moreretur, de ſecundogenita cum *Sigismundo* filio Imperatoris.

Item Rex juravit ibidem ſervare tractata de non vendicandis Regnis &c. & tunc dare literas reverſales, quando Imperator & ipſe ſimul eſſent, dum tamen Imperator, Patriarcha, & Dux *Theſinienſis* ſibi dicerent, quod ſalvo honore ſuo illas dare poſſet, & non aliter.

Item interrogatus Rex per Patriarcham, utrum Rex vellet juvare *Bavaros*, ſi nollent amplecti aliquam viam juſtitiæ per Imperatorem exhibitam, videlicet coram Papa, vel Principibus Electoribus Imperii, aut etiam coram ipſo Rege, de partium tamen utrarumque conſenſu?

Rex reſpondit, quod licet ſecundum tractata in *Wratislavia* omnia deberent eſſe in ſtatu, in quo erant ante tractata hujus de parentela prædicta ſolummodo in ſuo robore duratura, ipſe tamen Rex in hoc caſu non faceret injuſtitiam; ſed de hoc Rex literas dare recuſavit.

Item in eadem littera excuſat ſe Patriarcha, quod licet ſingula non fecerit ad voluntatem Imperatoris juxta memoriale ſibi traditum; tamen fecerit poſſe ſuum, & confidenter egerit, & conſulit Imperatori, ut cum Rege conveniat ad certum terminum, quem Rex Imperatori diſponi committit.

Item ſcribit Patriarcha, quod litteras Imperatoris ſuper parentela, & non vendicandis Regnis &c. Regi dabit, quando ſimiles Reverſales, & aliter non.

Data hujus litteræ eſt in *Boda* (o) die Dominico infra *Aſcenſionem Domini*.

Item effectus ſecundæ litteræ eſt, per Patriarcham Domino Imperatori transmiſſæ, talis eſt:

Patriarcha ſequenti die *Mercurii* ivit *Wiſſegradum* & recepit juramentum Reginæ junioris ſuper parentela, deditque literas Imperatoris Regi, & vice verſa ſuper eodem recepit Regis *Ungariæ* literas reverſales.

(o) Buda.

Digitized by Google

Item litteras de non vendicandis &c. Rex dare voluit, quo ſupra, ſuper quo puncto Rex habuit inducias ad feſtum ſancti *Joannis Baptiſtæ*, an conſentire vellet, vel non, & tunc ibidem per Patriarcham in eadem videlicet de non vendicandis &c. petivit inducias longiores quousque conveniret cum Imperatore.

Datum *Wiſſegrad* in Vigilia *Pentecoſtes*.

Item effectus litteræ tertiæ Patriarchæ.

Patriarcha reverſus ad Regem invenit ibi cum Rege dictum *Stephanum* Ducem Bavariæ, Rex dixit, quod ex quo idem Dux *Stephanus* pro ſe, & aliis ducibus *Bavariæ* dicebat, quod ipſi vellent ſtare juſtitiæ, & illam oſtendere coram Domino Patriarcha tanquam nuncio Domini Papæ in uno brevi termino, videlicet feſti *Aſſumptionis beatæ Mariæ* Virginis, ſic quod Imperator eſſet in *Vienna*, & Rex cum *Bavaris* in *Pozonia*; in quo termino, vel etiam ante, ſi Imperator cum Rege conveniret, ipſe Rex paratus eſſet dare litteras de non vendicandis &c. dum tamen per Imperatorem, Patriarcham, & Ducem *Theſinienſem* hoc ſibi ſalvo honore ſuo conſuleretur, & aliter non; Et hoc Rex juravit in manibus Patriarchæ, & usque eundem terminum Rex deſideravit habere liberum arbitrium circa litteram; & juramentum de non vendicandis &c. aſſerens hoc petere propter honorem ſuum.

Data in *Wiſſegrado* die *Pentecoſtes*.

Item effectus quartæ litteræ:

Patriarcha prima die *Junii* voluit arripere iter verſus *Trincbinium*, (*p*) ubi Imperator, & Rex convenire debebant, ad quem locum Rex, & ſui etiam tranſierant.

Item Patriarcha ſcribit, quod licet pridem Imperatori ſcripſerat, & etiam intimaverat per Ducem *Theſchinenſem*, quod Rex litteras de non vendicandis &c. dare, & jurare nollet; niſi ſub conditionibus ſupra dictis; tamen hoc non obſtante Rex jam juraſſet tunc punctum, & dare litteras, & ſic jam dediſſet actu Patriarchæ litteras reverſales &c. tam ſuper parentela, quam ſuper non vendicandis Regnis &c.

Et ſcribit ibidem Patriarcha, quod hujusmodi litteras Regis apud ſe habeat, & literas Imperatoris Regi tradiderit vice verſa, & ideo Imperator debeat omnem diffidentiam ab Imperiali mente deponere.

Datum in *Wiſſegrado* ultima die Menſis *Maji*.

Item

(*p*) Trenſchinium.

Item effectus quintæ litteræ.

Patriarcha hortatur Imperatorem, quod veniat ad diem ſtatutam cum Rege, & ſcribit, quod omnia ſint in bonis terminis, & quod ſicut alias ſcripſit tam litteras de non vendicandis Regnis &c. quam ſuper parentela jam diu ſit, quod apud ſe habeat, & litteras Imperatoris Regi dederit vice verſa.

Datum in *Strigonio* XI. die *Junii.*

Item effectus ſextæ litteræ.

Patriarcha ſcribit, quod ſit deſperatus de bono fine negotiorum, pro quibus Ungariam iverat; aliquid irreverenter Imperatori ſcripſerit, quod de hoc parcat ſibi Imperator, quoniam ad ſcribendum talia ex fidelitate auſum ſumpſerit.

Scribit etiam, quod ante adventum Archiepiſcopi *Pragenſis* & Ducis *Teſchinienſis* nunciorum Imperatoris ad Regem pro tunc deſtinatorum omnia cum Rege concordaverit, & ſtatim ſubjungit, quod in concordia *Bavarorum* Imperator dare debeat honorem & gloriam Apoſtolicæ Sedi, ſecundo Regi *Ungariæ*, tertio Duci *Ruperto* ſeniori.

Datum *Luthmuſchil* (q) XVIII. die *Auguſti.*

Item effectus ſeptimæ litteræ.

Patriarcha ſcribit, quod Rex cum Imperatore convenire non poſſit, niſi infra octavas ſancti *Michaelis*, & facta prius concordia inter Imperatorem & *Bavaros* ſupra dictos.

Datum *Pragæ* in die beatæ *Mariæ Magdalenæ.*

LXVII.

Prima littera (r) Patriarchæ in ordine, & eſt data Bodæ (s) Dominica infra octavas Aſcenſionis Domini.

Sereniſſime Princeps, ac ſingulariſſime Domine, Noverit Veſtra *Majeſtas* glorioſa, quod in craſtinum *Aſcenſionis Domini* Dominus Dux *Theſſinenſis* & ego intravimus *Budam*, ubi fuimus multum reverenter & cum gaudio per Dominum Regem *Ungariæ* recepti, cum quo invenimus Ducem *Stephanum Bavariæ* juniorem, qui in *Pruſiam* iverat iſto anno, qui qui-

(q) Luthomiſchl, *Litomiſsly* in Bohemia. (r) Joannis Alexandrini. (s) Budæ.

Digitized by Google

quidem Dux una cum quibusdam aliis de conſilio Domini Regis, quibus iſta concordia non multum placet adeo facta, tractaverant, quod totum negotium erat in periculo deſtructionis, niſi fuiſſet Comes magnus Palatinus inexplicabiliter fidelis, & voluntarius ſervitor Veſtræ *Majeſtatis*, qui ſemper ſuſtinuit partem veſtram in tantum, quod venit ad verba injurioſa, & alta cum dicto Duce *Bavariæ*, & ad facta ſcandaloſa, niſi Dominus Rex ſe inter ipſos interpoſuiſſet. Illa autem diemet, qua intravimus *Budam* Rege in domo, ubi habitabam, exiſtente, expoſita ſibi legatione Domini Papæ requiſivi Majeſtatem Suam, qui juxta tractata & jurata nuper in *Wratislavia* vellet ipſe una cum duabus Reginis jurare, & ratificare, & litteras reverſales dare tam ſuper parentela, quam ſupra non invadendis Regnis &c. cum ego eſſem paratus eidem dare litteras veſtras, & Dominæ Auguſtæ, & Domini Regis *Bohemiæ*, & Domini Marchionis *Moraviæ*, & ſui primogeniti dare, tunc reſpondit, quod ipſe erat paratus illa facere libenter, tamen pro honore ſuo loqueretur cum illo Duce *Stephano*, ex quo erat præſens in civitate, & in craſtinum ipſe faceret, quod petebam. In craſtinum iterato ipſe venit ad domum, in qua habitabam, cum multis Prælatis, & conſiliariis & tractando de negotio iſto voluit ſtatim complere factum parentelæ, & jurare, & literas dare, ſed ſuper facto de non vendicandis Regnis &c. dixit, quod illud faceret, & litteras daret, cum vos & ipſe eſſent inſimul, cum jam miſiſſet ad *Majeſtatem* veſtram ſuper hoc, ut in feſto *Pentecoſtes* conveniretis in aliquo loco. Nos alii diximus ſibi, quod non videbatur nobis expediens, quod viſio veſtra, & ſui fieret rebus in tali dubio manentibus, maxime quod per talem prorogationem *Majeſtas* veſtra ponet dubitationem in ipſo, & ubi deberet creſcere amor & confidentia, ereſceret rancor, & diffidentia; & maxime quia non credebamus, quod niſi illud prius fieret, quod vos velletis ad aliquem locum convenire. Finaliter poſt multos tractatus, & verba devenimus ad iſtam concluſionem & executionem ibidem in præſentia infinitæ multitudinis adſtantium, quod idem Dominus Rex ſupra altare juravit ſuper lignum *Crucis*, & ſuper Miſſale in manibus meis, & in præſentia Domini Ducis *Theſſinenſis* Procuratoris veſtri parentelam juxta tractata eligendo filiam juniorem, ſi maſculum non haberet, & ſi haberet maſculum, primogenitam, & ſi illa moreretur, ſecundogenitam cum Domino *Sigismundo* filio Veſtræ *Majeſtatis*. Inſuper juravit ibidem & ſimili forma, tractata, & firmata cum ſuis nuntiis in *Wratislavia* ſuper non vendicandis Regnis &c. & quod dabit litteras reverſales, quando eritis ſimul, etiam non expectato termino ſuper hoc ſibi dato, ſi antea convenietis, dummodo ſuper vos, & per Dominum

Du-

Ducem *Theſſinenſem* & me videatur, & ſibi dicatur, quod illas poteſt dare ſine dedecore ſuo, & iſtud idem juraverunt omnes Prælati & nobiles ibidem adſtantes, & jurabunt Dominæ Reginæ. Et ego die craſtina a die data litterarum debeo eſſe una cum ipſo in *Wiſſegrado* pro recipiendo juramento Dominæ Reginæ junioris, & mitto poſt ad Dominam ſeniorem, ut faciat idem. Inſuper Sereniſſime Princeps, & præſente Duce *Stephano*, & aſſentiente pro ſe, & in quantum poteſt pro aliis Ducibus *Bavariæ*, tractatum, quod non ſpectetur terminus ad *Aſſumptionem beatæ Mariæ*, ſed quod ipſi omnes debeant convenire, ad præſentiam V. *Majeſtatis* ad aliquem locum & terminum, de quibus videbitur V. *Majeſtati*, & Domino Regi, quando eritis ſimul, ut ibidem de jure veſtro & ipſorum videatur, & ſi juſtitia pro vobis & filiis veſtris ſit, remaneatis cum illa, quæ judicio meo clara eſt, vel e contra, ſi juſtitia fuerit pro ipſis. Inſuper interrogatus per me Dominus Rex in præſentia Domini Comitis Palatini, & Domini Ducis *Theſſinenſis*, quod nollet ipſos juvare, ſi nollent ſtare alicui de viis juſtitiæ, quas V. *Majeſtas* eis offert; aut nollent ſtare commiſſioni meæ, quando eritis præſentes in unum? reſpondit: quod licet ſecundum tractata in Wratislavia in illum caſum omnia (parentela excepta) deberent eſſe in ſtatu, in quo erat iſtud tractatum cum ipſo, in illum caſum non foveret injuſtitiam ipſorum, de hoc tamen litteram dare noluit. Sed vere, Domine mi, in quantum apparet, & ipſemet dat; (*t*) Ipſe eſt adeo athedantus (*u*) de ipſis, quod ipſe perquirit vias, quas poteſt, diffidendi ab ipſis cum honore ſuo, & vult vos in amicum habere, & tot bona loquitur de vobis in iſta materia, quod apparet, quod ex corde vult amicitiam veſtram. Quare pro Deo, Domine invictiſſime, & ſi omnia non ſint facta juxta memoriale, quod mihi dediſtis, tamen Dominus Dux & ego ſervitores veſtri fecimus, ut melius potuimus, & ſumus certificati, quod in viſione mutua omnia habebunt finem juxta voluntatem veſtram, & honorem veſtrum. Quare pro Deo non differatis viſionem, ut celerius poteritis, nec aliquo modo contradicatis viſioni quam multum Rex affectat, & locum & terminum remittit diſpoſitioni veſtræ, multum reverenter loquens de perſona veſtræ *Majeſtatis*, nam certo cor ſuum eſt vobiſcum, & ab aliis diſceſſit, ſicut plenum magis Dominus Dux iſta, & omnia alia V. explicabit *Majeſtati* & ſupplebit defectum meum. Si aliquid minus plena ſcribo, cui Domine mi fidem detis, tanquam illi, quem in iſtis negotiis & aliis honorem coronæ veſtræ tangenti-

(*t*) Ita in MS. ſed forte legendum: *dicit*. (*u*) Ita rurſum obſcure in MS. ſed forte legendum *attelatus* a Gallico *atteler* quaſi ſejunctus.

bus vidi ſuper omnes alios fideliorem, & diligentiorem, ſicut alias explicavi veſtræ *Majeſtati*. Ego literas parentelæ alias dabo, quando cos ſimiles reverſales mihi dabuntur, & alias non. Scriptum in *Buda* die Dominica infra octavas *Aſcenſionis Domini* (9. Maji)

Veſtræ Majeſtatis Capellanus, Patriarcha, Compater, & Servitor,

LXVIII.

Littera ſecunda Patriarchæ.

Sereniſſime Princeps, ac Sacratiſſime Cæſar, Domineque mi ſingulariſſime. Noverit Veſtra Inclyta *Majeſtas*, quod poſt diſceſſum Domini Ducis *Theſſinenſis*, qui die Dominica infra octavas *Aſcenſionis Domini* de *Buda* verſus V. Serenitatem iter arripuit, die *Mercurii* immediate ſequenti (12. Maji) veni *Wiſſegradum* pro juramento ſuper parentela Dominæ Reginæ junioris præſentialiter recipiendo, quod fieri Dominus Rex libentiſſime ſtatim mandavit, & ipſa tractantiſſime fuit executa & literæ reverſales mihi datæ fuerunt, deſtinaboque certum nuncium ad Dominam Reginam ſeniorem; cum ego ad ipſam commode accedere non valeam in *Cracoviam*, ubi ipſa degit, pro ſimili littera & juramento obtinendis, litteras autem reverſales dare, & juramentum præſtare ſuper non vendicandis &c. Dominus Rex paratus eſt hæc, cum per Serenitatem Veſtram, & Ducem ſupradictum & me videbitur, quod illud facere poſſit ſalvo ſuo honore, ſicut mihi, præſente dicto Duce juravit, etiam ante feſtum beati *Joannis*, quamvis usque ad illud feſtum haberet terminum ad deliberandum de conſentiendo, vel contradicendo. Ideo Domine mi invictiſſime multum & multum expedit, quod viſio Veſtra & ſua omnibus poſtpoſitis negotiis acceleretur, alias omnia, quæ facta ſunt, modicum valebunt, & utinam, ſi cito non fiat, noviſſimus error non efficiatur pejor priore. Quare pro Deo Domine, & invictiſſime Princeps non perdatis tantum bonum culpa Veſtra, quin aliis omiſſis negotiis omnino ante dictum feſtum videatis Vos cum iſto Domino Rege, quia per illa, quæ perpendo, omnia diſponentur juxta votum Veſtrum, & honorem, & ſi Domine mi, quod abſit, non poſſet fieri circa feſtum beati *Joannis*, petit idem Dominus Rex, quod ſibi prorogetis terminum beati *Joannis* per aliquos dies, usque ad diem, qua convenietis ſimul, quod ego Invictiſſime Princeps non potui, nec debui concedere, ſed ſuper hæc ſcribo cum inſtantia Veſtræ *Majeſtati*, ſi eidem videatur faciendum, & aliter non, ne diceretis

po-

Digitized by Google

poſtea, quod ego tale conſilium dedi, quia ſi Deo placuerit, neutra partium in me decepta remanebit; cum illud ſupplico, & multiplicatis precibus, & inſtantiis deprecor, quatenus Veſtra *Majeſtas* dictam viſionem pro ſui honore & utilitate facere & ante dictum feſtum præveniendo accelerare deſtinetis, quia ſcio, quid loquor, & quid poſtulo in hac parte. Certe nec ſine ratione miratus, & turbatus ſum Sacratiſſime Cæſar, quod non certificavit me ſervum ſuum Veſtra *Majeſtas*, ſicut promiſerat, de his quæ facta fuerunt cum Duce *Roberto*, nam juxta condicta ſive veniſſet ibidem Dux vel non, ſive concordaſſet ſive non, Veſtra *Majeſtas* convenerat mihi mittere feſtinanter de die, & de nocte unum nuncium, & me certificare de illis, ut conſultius ſcirem, qualiter procedere haberem in agendis, ſuper quo nulla nova habui, quamvis a die placiti dicti *Roberti* fluxerit magnum tempus. Inſuper invictiſſime Princeps, quamvis Serenitas Veſtra mecum conveniſſet, quod concordante *Roberto* tenderet verſus *Brandeburgam*, & non concordante inter pratum & balnea reſideret, quousque de me ſervo ſuo reſponſionem & nova haberet, præſumendo de mutua viſione cum Domino Rege, de qua viſione, ut me præſente Comes Palatinus & Archiepiſcopus *Strigonienſis* certe ſervitores veſtri fideles de mandato Veſtræ *Majeſtatis*, ut aſſerunt, Dominum Regem ubi & quando eidem placeret, certificarunt, propter quam relationem etiam ante meum, & Ducis *Theſſinenſis* adventum idem Dominus Rex quemdam militem ſuum ad Vos pro dicta viſione in feſto *Pentecoſtes* fienda miſerat, turbatus eſt aliqualiter dictus Dominus Rex, & ego ſecundum conventa miratus, quod Veſtra *Majeſtas* ut aſſeritur, ad partes longinquas circa *Rhenum* diverterit, propter quam diſtantiam, & elongationem præſumit dictus Rex, quod de viſione, de qua dicti Comes & Archiepiſcopus eidem ex parte Veſtra dederant, non curabitis; egoque turbor, quia dubito, ſi ante feſtum beati *Joannis* poteritis convenire ſimul, quod ſi non, tunc erit debito, quod nihil factum ſit, imo remaneant negotia in pejori ſtatu. Quare pro Deo provideat Veſtra *Majeſtas* quid eidem in præmiſſis expediat, & me certificet feſtinanter, qui non habendo etiam certificationem dictum feſtum expectando, ipſo elapſo ſtatim recedam, & tendam verſus Veſtram Sereniſſimam *Majeſtatem*, quæ me dignetur in ſua gratia habere commendatum, quam Deus conſervet diutius & feliciter ad regimen univerſi. Scriptum manu noſtra in *Wiſſegrado* in veſperis *Pentecoſtes* (15. Maji.)

V. Majeſtatis Capellanus Patriarcha *Alexandrinus*
Compater & Servitor.

LXIX.

Digitized by Google

LXIX.

Littera tertia Patriarchæ.

Sereniſſime, ac Invictiſſime Princeps & Singulariſſime Domine. Poſtquam ſcripſeram litteram, principalem acceſſi ad Curiam Domini mei Regis *Ungariæ*, ubi erat cum eodem Dux *Bavariæ Stephanus* junior; & poſt alios & varios tractatus Dominus Rex dixit, quod ex quo dictus *Stephanus* pro ſe & pro aliis Ducibus Bavariæ dicebat, quod volebant ſtare juſtitiæ, & de ſua juſtitia coram me tanquam Domini mei Papæ nuncio ad hoc miſſo oſtendere in uno brevi termino, in quo præfati Duces cum Veſtra & Domini Regis *Majeſtate* erant parati convenire in *Vienna*, & ipſe Dominus Rex ſtabit in *Poſonia*, quæ ſunt loca ad conveniendum omnibus partibus ſatis apta, quod ipſe Dominus Rex volebat expectare terminum ad *Aſſumptionem beatæ Mariæ* datum dictis Ducibus &c. ſed volebat, ſi Veſtræ *Majeſtati* placeret, quod Vos & ipſe conveniretis prius, & ut citius poſſetis, ſicut per Ducem *Theſſinenſem*, & litteras meas, jam ut puto, eſtis certificatus, circa feſtum beati *Joannis*, ubi paratus eſt Vobis dare litteras de non vendicandis Regnis &c. & jurare, ſicut Veſtræ *Majeſtati* & Domino Archiepiſcopo *Pragenſi*, & Domino *Theſſinenſi* & mihi videbitur, & ei conſulemus, honorem ſuum ſervantes, ita ad ſancta Dei evangelia, & ſuper lignum *Crucis* in manibus meis juravit palam, & ſi per *Majeſtatem* Veſtram ſtaret, quod non poſſetis cum ipſo ante dictum feſtum beati *Joannis*, aut in feſto convenire, etiam poſt dictum feſtum placet ſibi, quod idem fiat, quando, & ubi Veſtræ placebit *Majeſtati*. Petit tamen Dominus Rex, & ut apparet mihi, multum rationabiliter, quodſi *Majeſtas* Veſtra poſt feſtum ſancti *Joannis* vellet ſe videre cum ipſo, & non ante, quod tunc ipſe propter honorem ſuum habeat liberum arbitrium circa litteram & juramentum de non vendicandis &c. usque ad diem per Vos eligendum Veſtrum & ſuæ viſionis, quamvis revera, ut præmiſſum eſt, jam promiſerit, & juraverit illa dare, & jurare, ſicut ſupra eſt ſcriptum, ſed illud vult ſolum propter quendam talem honorem. Quare Domine mittatis mihi ſuper hoc unum ſcriptum veſtrum, veſtra manu ſubſcriptum, & annulo ſigillatum. Inſuper Domine mi vult idem Dominus Rex, quod omnes Duces *Bavariæ* conveniant ad dictum locum de *Vienna* cum Veſtra & Sua *Majeſtate*, & mecum, ubi oſtendant de juſtitia ſua meliori modo, & per quemcunque modum potuerint, ut ſi ipſam & de *Baſſavia* die xv. menſis *Julii* habuerint, remaneant cum juſtitia ſua, ſi vero ju-

Digitized by Google

juſtitia pro *Majeſtate* Veſtra, aut liberis Veſtris fuerit, remaneatis cum ipſa, quia ſicut ipſe in præſentia mea, & ſupradictorum Prælatorum dixit, non erat ſua intentio dictos Duces, ubi appareret, quod juſtitiam non haberent, in juſtitia juvare, & ſuper hoc voluit dictus Dominus Rex, quod feſtinanter ego ſcriberem Veſtræ *Majeſtati*, & quod ſtatim, & de omnibus ſupra dictis certificaretis Suam *Majeſtatem*, & me per litteras Veſtras de veſtra voluntate certa & clara, nam ipſe iſta remittit Veſtræ *Majeſtati*, de qua ſemper idem Dominus meus Rex loquitur vere multum reverenter, & cum honore magno, ac ſi Vos haberet in patrem, & atteſtor Deo Domine mi, & vobis, quod nunquam vidi Principem, & ſignanter tam potentem, quam magnum cum tanta humilitate & modeſtia, & abſque aliqua inordinatione loquentem, & pacem & tranquillitatem ſuo cum honore ſervato deſiderantem, & hoc coram Deo, & coram Domino Papa, & coram toto mundo peto atteſtari. Imo Domine eſto, quod Veſtra *Majeſtas* nollet in dicto loco de *Vienna* in dicto termino xv. dierum *Julii* convenire ipſe vult, quod coram ipſo ſupradicti Duces conveniant, quando vult ſcire, ſi ſint juſti, an injuſti. Quare Domine expedit multum V. *Majeſtati* juxta videre meum, quod poſtpoſitis omnibus aliis negotiis cum ipſo etiam, ſi omnino fieri poſſit, ante feſtum beati *Joannis* ut antea fiat viſio Veſtra & Sua, quam dictorum Dominorum Ducum & Vos ipſos præveniatis, & cum eritis ſimul, in quantum valeo percipere, omnia habebunt inter Vos & ipſum bonum finem, & hoc facto, cum illi Duces in ſequenti termino proximo convenient, facile erit, præſtante pacis auctore, omnia ad pacem & bonam concordiam devenire. Iſta Domine mi abbreviantur juxta Veſtram, ut mihi apparet; voluntatem, & Dominus Rex, & dicti Duces ſe ponunt in bona ratione & via, & per Deum Domine mi, cum reverentia debita loquendo, ſi iſta per Vos deficiant, Sedes Apoſtolica & mundus non poterunt de V. *Majeſtate* bene opinari, & fama bona & opinio, quæ pro vobis usque huc eſt, contra Vos convertetur. Quare pro Deo in iſtis plene & tanquam Princeps prudentiſſimus deliberetis, & Dominum Regem & me abſque mora certificare dignetur V. *Majeſtas* Sacratiſſima, quam Deus Omnipotens conſervet feliciter juxta Imperialia vota, cujus gratiæ me humiliter recommendo. Scriptum propria manu in die *Pentecoſtes* in *Wiſſegrado* (16. Maji.)

V. *Majeſtatis* Capellanus & Compater
Patriarcha.

Digitized by Google

LXX.

Quarta littera Patriarchæ.

Sereniſſime Princeps, & Singulariſſime Domine. Penultima die menſis *Maji* in *Wyſſegrado* recepi litteras Veſtræ *Majeſtatis* Sacratiſſimæ, quæ de nova concordia Illarum Veſtrarum Imperialium Serenitatum, & Comitis de *Wartemberg*, & aliorum proſperitatum Veſtrarum mihi cum gaudio attulerunt, quæ utique nova, quia proſpera non ſub modio repoſui, ſed ſuper candelabrum, ut cunctis nota fierent, exaltavi, quæ utique nova, quia de adventu etiam Veſtræ *Majeſtatis* ad diem ſtatutum parlamenti in *Trincbinio* (*x*) ultra æſtimationem exulto, quem Domine mi invictiſſime nullatenus differre vel immutare eadem *Majeſtas* ex qualicunque cauſa pro Deo dignetur, quoniam vere omnia ad Veſtram voluntatem & Imperialem honorem ſunt diſpoſita, & pro certo ſicut de *David* ſcribitur; In omnibus Deus direxit viam, & conſilium Veſtrum. Dominus etiam Rex totus erga *Majeſtatem* Veſtram inviſceratus, & benivolus, jam ad illas partes, & locum incepit viam ſuam, & omnes fere magni tam Prælati, quam alii greſſus ejus inſequuntur, ego etiam die craſtina, quæ eſt prima dies *Junii* etiam incipio &c. verſus *Trincbinium*, volens Cæſareæ *Majeſtati* occurrere in *Broda*, & cum ipſa de multis conferre ante diem parlamenti ſive viſionis. Inſuper glorioſiſſime Cæſar, quamvis per relationem Domini Ducis *Theſſinenſis*, & meas per eundem delatas litteras Veſtræ *Majeſtati* intimatum fuerit, quod Dominus Rex juraſſet dare litteras de non vendicandis Regnis &c. Si Veſtra *Majeſtas*, & dictus Dux, & ego illud eidem honore ſuo ſalvo conſuleremus, & non aliter, hoc non obſtante ipſe mandavit mihi litteras reverſales tam ſuper parentela, quam ſuper non vendicandis &c. dari, & illas habeo penes me, & Veſtras dedi eidem, in quo poteſtis bonum animum ſuum percipere, & diffidentiam deponere ab Imperiali mente, ille etiam filius meus & frater Dominus *Carolus* qui erit, & eſt totus Veſter una cum Domino Rege ad præſentiam Veſtræ *Majeſtatis* vadit; Vere Domine mi, ego non potui notare in iſto Principe Domino Rege, niſi omne bonum, & per ipſum omnes Prælatos, & alios magnos ſum ultra modum verbo & opere, & ſervitio honoratus, me humiliter Veſtræ recommendans *Majeſtati*, quam Deus incolumem conſervet feliciter ad regimen univerſi. In *Wiſſegrado* ultima die *Maji*, qua die mitto ad dictum Dominum Regem litteras, quas eidem mittit Serenitas ſæpe dicta.

V. *Majeſtatis* Capellanus Patriarcha, Servitor.

(x) Trenſchinio.

Digitized by Google

LXXI.

Quinta littera Patriarchæ.

Sereniſſime Princeps, & Singulariſſime Domine. Noverit Veſtra *Majeſtas*, quod ego diſpoſueram heri die *Jovis*, quæ fuit decima dies menſis *Junii* arripere iter meum verſus *Trinchinium* & *Brodam*, ut ibi occurrerem Veſtræ *Majeſtati* ante diem Parlamenti per tres, vel per quatuor dies, ſed Dominus Rex intimavit mihi, quod ipſe erit in *Strigonio*, ubi interſum die lunæ proxima, quæ erit XIV. dies dicti menſis pro loquendo, & tractando mecum ſuper aliquibus factis, & ideo oportet, & decet me ipſum usque tunc expectare, ſed ſtatim colloquio habito arripiam iter meum verſus Veſtram *Majeſtatem* taliter, quod Deo favente die *Veneris* proximo ante diem parlamenti diſpono eſſe in *Broda*, ſupplicans Veſtræ *Majeſtati* quod non differatis, nec immutetis adventum, quia omnia ſunt in bonis terminis, & ſicut alias ſcripſi, ego, jam diu eſt, habeo litteras, tredum de parentela, imo & de vendicandis Regnis &c. Et litteras dedi; ſuper quibus verus labor præſentium ad Dominum Regem venerit, nec per Veſtram *Majeſtatem*, nec per Dominum Regem fuit mihi intimatum, de quo fui admiratus, quia ſi aliqua, quod abſit, fuiſſent immutata, ego ſervus Veſter, ut communis perſona, & ſervitor ambarum partium debui certificari, ſi materia ſit de illo facto, pro quo laboro. Inſuper Sereniſſime Princeps pro Deo, juxta ſingularem prudentiam Vobis a Deo datam ſuper omnes, quos novi, cogitet *Majeſtas* Veſtra aliquam bonam viam, quam apponatis inter Dominum Regem fratrem Veſtrum & Duces *Auſtriæ* Veſtros utiles colligatos, & parentela junctos; quia alias de guerra dubito, niſi Deus & Veſtra *Majeſtas* provideat. Et ſi, quod abſit, ſuſcitaretur illa guerra, etiam Veſtra, & Regis recidivaret, quod Deus avertat, qui a ſua parte conſervet & dirigat feliciter ad regimen univerſi Veſtram Sacratiſſimam *Majeſtatem*, cujus gratiæ me humiliter recommendo. Scriptum meum nota in *Strigonio* die *Veneris* XI. die *Junii*; In *Broda* ſi placet, mandetis officialibus Veſtris, ut mihi & fratri meo, & familiis meis provideant de bona & capaci habitatione, quod non placeat oblivioni Veſtra *Majeſtas* tradere, ne propter multitudinem minus unde tranſire haberem.

LXXIV.

Digitized by Google

LXXII.

Sexta littera Patriarchæ.

Sereniſſime Princeps, & Singulariſſime Domine. Si nuper aliqualiter turbatus, imo de bona fide negotiorum, pro quibus in *Ungariam* veneram, deſperatus irreverenter Veſtræ ſcripſero *Majeſtati*, apud eandem veniam pro Deo obtineam; quoniam ex fidelitate, & ex ſincero affectu, ad talia ſcribenda auſum aſſumpſi. Qualiter autem negotia cum Domino Rege *Ungariæ* præſentibus Veſtris nunciis ſe habuerint, ſcripſit Dominus Archiepiſcopus *Pragenſis* (y) Veſtræ *Majeſtati*, quæ omnia ante ipſorum nuntiorum adventum erant concordata, quod ipſi ſciunt. Poſt etiam dictorum nunciorum receſſum ego remanens ſolum per unam diem in *Ungaria* propter debilitatem, quam patiebar, inſteti apud Dominum Regem, quod ipſe confeſtim mitteret ad Dominum Ducem *Rupertum*, & alios conſanguineos ſuos unum ſollemnem nuncium, qui nomine Domini Regis intereſſet una mecum ex parte Papæ concordiæ Veſtræ & ipſorum, quam Dominus Rex omnino vult ex cauſa, quam ſecrete explicabo Veſtræ *Majeſtati*. Quare Sacratiſſime Cæſar pro Deo in hac concordia fienda dignetur *Majeſtas* Veſtra dare honorem, & gloriam primum Sedi Apoſtolicæ, quæ me ſervum Suum & Veſtrum ad hoc miſit cum laboribus multis; Secundo Domino Regi cordiali amico Veſtro, & fratri, ut ex relatione mea perpendetis, tertio illi Domino Duci *Roberto*, de cujus magnificentia, & prudentia audio multa bona; Ego enim Invictiſſime Cæſar, quantum poſſum accelero greſſus meos ad *Majeſtatem* Veſtram quamvis debilis ex quodam accidenti mihi in illo aere *Ungaricali* peſſimo contingenti, & ſi non poſſem ſeptima die reſtantis menſis *Auguſti* (23. *Auguſti*) eſſe in præſentia Veſtræ *Majeſtatis*, pro Deo Sereniſſime Princeps, dignemini diem aſſignatum *Bernaboni* ſolum ad octo dies immediate ſequentes, ut ibi poſſim intereſſe, prorogare contra illum venenatum ſerpentem, Imperiali gladio, cum nunc vehementius ſanctam Romanam Eccleſiam perturbaverit, procedendo. Indictionem etiam curiarum generalium in *Nuerenburga*, ſicut jam Dominus noſter Papa per copias litterarum Imperialium prævie certificatus exiſtit, in memoriam & executionem dignetur ponere Veſtra *Majeſtas* Sacratiſſima, cui me humiliter recommendo, quam Deus Omnipo-

(y) Joannes.

potens conſervet feliciter ad regimen univerſi. Scriptum nota manu in civitate (z) *Ducolmienſi* XVIII. die Auguſti.

Veſtræ *Majeſtatis* Servitor, Patriarcha Alexandrinus.

LXXIII.

Septima Littera Patriarchæ.

Sereniſſime Princeps, & Singulariſſime, ac Metuendiſſime Domine. Noverit V. *Majeſtas* Dominum Archiepiſcopum *Pragenſem*, & me hodie in feſto beatæ Mariæ Magdalenæ ad prandium *Pragam* adveniſſe, & ſicut a nonnullis didici, Veſtra *Majeſtas* mittit Magiſtrum *Petrum* Notarium ſuum ad Dominum Regem *Ungariæ*, ex qua cauſa tamen ignoro, ſed ſi ſuper videndo ſive conveniendo cum præfato Rege ille mittatur, non video, quod conventio bene fieri poſſit, quouſque ad octavas ſancti Michaelis, ſicut idem Rex cum nunciis Veſtris, & mecum convenit; cum ipſe medio tempore aliis arduis negotiis profunde infra Regnum ſuum debeat occupari. Inſuper Domine mi, iſta eſt ſua concluſio finalis, quod ad nulla alia nova dictus Rex procedet, niſi facta concordia veſtra, & *Bavarorum*, pro qua fienda mittit noviter Ambaſſiatores ſuos ad ipſos. Scriptum *Pragæ* in feſto, quo ſupra propria manu.

V. *Majeſtatis* Servitor, Patriarcha.

LXXIV.

Puncta & articuli, quos Carolus IV. Imp. Ambaſiatoribus ſuis ad Romanam Curiam miſſis Summo Pontifici Gregorio XI. exponenda & urgenda commiſit, quorum maxima pars ſpectant Ludovicum Regem Hungariæ, & Duces Bavariæ, qui Brandeburgenſem Marchionatum eidem & filiis eripere moliebantur. De Anno 1373.

Inprimis quamvis inter Majeſtatem *Imperatoris*, (*a*) Dominum Regem *Bohemiæ* filium ſuum, hæredes & ſucceſſores ipſorum ab una; & Regem *Ungariæ*, (*b*) hæredes & ſucceſſores ſuos parte ex altera facta ſit pax, & con-

(z) Veroſimillime legendum Lutomislenſi, nam in præviis ſummariis legitur Luthmuſchl, erat enim Patriarcha Alexandr. in itinere verſus Pragam, ut ex ſequenti Epiſtola liquet (*a*) Carolum IV. (*b*) Ludovicum.

concordia, & parentelæ contractus, quantum ipſos & Regna ipſorum tangit, taliter, quod neutra partium ullo tempore in futurum debeat invadere, uſurpare, appetere, aut ſibi appropriare Regna, principatus, terras, vaſallos & bona alterius, ſicut omnia præmiſſa clarent ex litteris datis a partibus utrobique; tamen Rex *Ungariæ*, quando litteræ hinc inde datæ fuerunt, proteſtatus eſt, quod propter ligam, quam idem Rex dixit ſe cum Ducibus *Bavariæ* feciſſe, vellet ipſos juvare etiam contra Dominum *Imperatorem*, Regem *Bohemiæ*, & quemlibet hominem ſecundum ligam eandem, & aliter in traditionem litterarum ſuarum *Imperatori* faciendam nullatenus conſentiret. Quam proteſtationem Dominus *Imperator* audiens, quamvis fuiſſet paratus Regi litteras ſuas dare ſine omni conditione, & ſervare ſimpliciter, quod promiſerat, & quod in dictis litteris continebatur, proteſtatus eſt, quod ipſe utique vellet juvare Duces *Auſtriæ* etiam contra dictum Regem *Ungariæ*, quos etiam abſque omni proteſtatione in eum caſum juvare poteſt, ſi eos Rex *Ungariæ* in Principatibus & terris ſuis invadere niteretur.

Item quamvis inter ante dictos Principes, *Imperatorem* videlicet, & - - - Regem *Ungariæ* pax & tranquillitas promiſſæ, juratæ, & litteris firmatæ ſint, ut præmittitur, tamen ex eo, quod Rex *Ungariæ* proteſtatus eſt velle juvare *Bavaros*, qui pacem nolunt, nec treugas habent cum - - - *Imperatore*, niſi usque ad feſtum *Pentecoſtes* venturum proxime, quas dudum fregerunt, & frangunt quotidie, & quod aliter in traditionem litterarum ſuarum Imperatori faciendam nullatenus conſentiret, inter ante dictos Principes, *Imperatorem* videlicet & Regem *Ungariæ* non eſt, nec eſſe ſperatur pax, aut ſecuritas in effectu.

Item Dominus - - - *Imperator* tanquam Princeps pacificus & pius, ac ſanguinis humani effuſionem abhorrens ob reverentiam Dei & Apoſtolicæ Sedis in perſona Patriarchæ *Alexandrini* Apoſtolici Nuncii dictis Ducibus Bavariæ plures obtulit rationabiles vias, quibus meliores effectu excogitari non poſſent ad pacem & concordiam inducendam.

Primo videlicet ut Rex *Ungariæ* tractaret amicabiliter, & quæſtionem ipſorum decideret amicabiliter, de beneplacito utriusque partis.

Item ſecundo, quod ambæ partes tam Dominus *Imperator* nomine filiorum & hæredum ſuorum, quam *Bavari* ſtarent ordinationi & deciſioni Principum Electorum Imperii, aut majoris partis eorum.

Item tertio, ſi ſupradictæ viæ non placerent, quod quælibet ex ſupradictis partibus eligeret duos amicos pro parte ſua, qui quatuor ſic electi haberent cognoſcere de controverſia, quæ vertitur inter ſupradictus

Digitized by Google

das partes; & ſi concordarent dicti quatuor ſic electi, tunc ambæ partes ſtare ipſorum ſententiæ tenerentur, ſi vero diſcordarent, ex tunc Dominus noſter Summus Pontifex (c) ſuperarbiter eſſe deberet, cujus ordinationi, & definitioni *Imperator* bona voluntate ſtare volebat, quod quidem ante dicti *Bavari* acceptare minime voluerunt, imo fugientes pacem omnem, dictarum viarum neutram voluerunt admittere, & ita per dictum Regem *Ungariæ* pro parte *Bavarorum* fuit antedicto Patriarchæ reſponſum infra terminum ad hoc ſtatutum, videlicet infra feſtum *Aſſumptionis beatæ Mariæ* Virginis ultimo jam elapſum.

Item Dominus *Imperator* & Rex *Ungariæ* convenerunt inſimul in metis Regnorum *Bohemiæ* & *Ungariæ*, & in eorum viſione mutua multæ viæ pacis, & concordiæ per dictum Patriarcham & alios inter Dominum *Imperatorem* & *Bavaros* antedictos tractatæ fuerunt, quarum viarum iidem *Bavari* neutram recipere, ſeu admittere voluerunt; quod videns Dominus - - - *Imperator* anhelans ſemper ad tranquillitatem, & bonum ſtatum *Chriſtianitatis*, quamvis trevgarum dilatio pro pueris & hæredibus ſuis non faceret, conſenſit tamen in trevgas duorum annorum, dummodo in caſu, quo dictæ trevgæ per dictos *Bavaros* frangerentur, præfatus - - - Rex *Ungariæ* promitteret, nolle juvare *Bavaros* eosdem, quod dictus Rex facere voluit, ſi *Rupertus* Dux *Bavariæ* Comes Palatinus *Rheni* Patruus dictorum *Bavarorum* faceret, & promitteret illud idem, quod Dux *Rupertus* jam dictus facere renuit.

Item dictus Dominus *Imperator*, ex quo non poteſt cum præfatis Ducibus *Bavariæ* in aliqua via bona trevgarum aut pacis ipſis renuentibus concordare expedit, & oportet neceſſario ipſum per bellum, & manum potentem, ſe defendere, & conſervare jus ſuum, quod ipſe per Dei gratiam bene & potenter facere poterit, ſubditorum ſuorum fidelium auxilio mediante.

Item ultra prædicta, ne poſt mortem Domini *Imperatoris* aut Marchionis *Brandeburgenſis* Imperium relinquatur penitus in errore ex eo, quod ſuper dicto Marchionatu *Brandeburgenſi*, & voce electionis inter filios & hæredes Domini *Imperatoris* prædicti, & *Bavaros* eſt quæſtio, & quamdiu hujusmodi quæſtio indeciſa, & indeterminata exiſtit, cum neſciatur, quis ex partibus prædictis eſſe debeat Marchio & Princeps Elector *Imperii* ratione Marchionatus ejusdem, & ſic Imperium relinquitur in errore, dictus Dominus *Imperator* requirit, extrajudicialiter tamen,

(c) Gregorius XI.

Digitized by Google

Apoſtolicam Sanctitatem, ut penſatis præmiſſis ſibi Apoſtolica Sedes de remedio provideat, & infra ſcriptis modis ſubveniat.

Primo videlicet, quod ipſe mandet per ſuas literas Apoſtolicas Electoribus *Imperii*, vel majori parti eorum ſub excommunicationis pœna, quod ſe de cognitione talis cauſæ intromittant, & ad aliquem tertium locum coram ſe citent partes utrasque ad parendum in tali cauſa juſtitiæ, ita quod ambæ partes ſtent contentæ in eo, quod ſententia dictaverit Electorum, vel majoris partis eorum. Et quod ipſe mandet per ſuas literas ipſis partibus, ut in quæſtione præfata ſtent judicio, definitioni, ſententiæ Electorum, vel majoris partis eorum, ut ſi illud una ex ipſis partibus facere contemneret, infra terminum eis ab ante dictis electoribus præfigendum, ex tunc Principes Electores imponant violentiam eidem parti inobedienti, tanquam contemptori juſtitiæ, Marchiam *Brandeburgenſem*, occaſione cujus inter partes prædictas eſt quæſtio amodo non petendi, arreſtandi, occupandi, ſeu ipſam ſibi quomodolibet vendicandi. Et ex hoc declaretur, quis ex tunc inter partes ipſas eſſe, & cenſeri debeat Marchio *Brandeburgenſis*, & Princeps elector.

Item quod Dominus noſter Papa dictum Marchionem *Brandeburgenſem* per Apoſtolicas literas hortetur, moneat, & inducat, quod univerſa & ſingula juramenta, promiſſa, fœdera, & fidelitatum homagia, ſive ex inductione, mandato & compulſione ſuos per quoscunque nobiles, vaſallos, cives, incolas & ſubditos caſtrorum, terrarum, civitatum, oppidorum, villarum & quorumcunque locorum ejusdem Marchiæ *Brandeburgenſis* ſive propria temeritate eorum contra legitimam donationem, fidelitatum homagia, juramenta, fœdera, promiſſa, & literas filiis & hæredibus Domini *Imperatoris* hactenus factas & datas, facta, & data, ſicut ſuperius eſt expreſſum, nunc de novo, & ex facto contra Deum & juſtitiam præfatis Ducibus *Bavariæ* præſtita, cum juramenta vincula iniquitatis eſſe non debeant, indilate tolli, & effectualiter revocari, & retractari procuret, ac per easdem litteras Apoſtolicas inhibere, quod de cætero talia facere non attentent.

Item quod ſimiliter ſcribatur per Apoſtolicas litteras præfatis nobilibus, vaſallis, civibus, incolis, & ſubditis Marchiæ *Brandeburgenſis* prædictæ, qui in præjudicium filiorum & hæredum Domini *Imperatoris*, ſicut præmittitur de novo, juramenta, fidelitatum homagia, promiſſa, pacta, & fœdera, ſive ex inductione, mandato, & compulſione Marchionis *Brandeburgenſis*, ſeu temeritate propria dictis Ducibus *Bavariæ* feciſſe noſcuntur, quod a talibus recedant, & juramenta fidelitatum, homagia, fœ-

fœdera, & promiſſa priora dicti Domini *Imperatoris* filiis, & hæredibus facta hactenus, effectualiter teneant, & obſervent.

Item quod deſtinetur per S. Dominum noſtrum Papam certus Apoſtolicæ Sedis Nuncius, mandatum habens per Apoſtolicas literas, ut in caſum, quo ipſi nobiles, vaſalli, cives, incolæ, & ſubditi Marchiæ *Brandeburgenſis* prædictæ exhortationes & monita Apoſtolicæ Sedis contemnerent in præmiſſis, ipſos & eorum quemlibet ad talia realiter, & effectualiter facienda Apoſtolica auctoritate compellat, ac adverſus eosdem, & eorum quemlibet nominatim, tanquam contra perjuros, & mandatorum *Romanæ* Eccleſiæ contemptores procedat aliis viis, & juris remediis opportunis. Quodque idem Apoſtolicæ Sedis Nuncius eum his, qui in præmiſſis ducti ſpiritu ſaniore parere voluerint, & a juramentis, & fidelitatum homagiis, promiſſis, fœderibus, & pactis dictis *Bavaris* præſtitis & factis, quæ nullius efficaciæ ſunt, recedere auctoritate præfata gratioſe diſpenſet.

Item ſcribatur per Apoſtolicas literas nobilibus, vaſallis, civitatibus, oppidis & locis dictæ Marchiæ *Brandeburgenſis* qui circa juramenta, fidelitatum homagia, promiſſa per ipſos filiis & hæredibus Domini *Imperatoris*, hactenus ut præfertur, facta, & præſtita ſe immobiles præſtiterunt, & literas ſuas in talibus fideliter obſervarunt, commendando ipſos de animi, fidei, & virtutis conſtantia, & hortando, quod in talibus in antea perſeverent.

Item exponatur Sanctitati Suæ de rebellione, & liga Archiepiſcopi *Salczburgenſis*, & quod realem executionem in hujusmodi facto Nuncii Domini *Imperatoris* reportent.

Item ut Sanctitas Sua citationem perſonalem ad inſtantiam Abbatis de *Sicben* contra *Weneeslaum* & *Albertum* Duces *Saxoniæ* Sacri *Imperii* Principes, Electores, & eorum vaſallos alias conceſſam tollat, maxime ex eo, quod Abbas prædictus, qui ad *Imperium* in temporalibus pertinet, fraudulenter, & temeritate propria ab *Imperatore* receſſerit, & Marchionibus *Miſnenſibus* adhæreat, dictusque Dominus Imperator Ducibus *Saxoniæ* mandaverit, ut præfatum Abbatem de rebellione ſua compeſcerent, & ad Sacri *Imperii* obedientiam reducerent. Etiam ex eo, quod jam dictorum Ducum progenitores, quam ipſi in obedientia ſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ perſtiterint, prout hoc ipſum Dux *Albertus*, qui & modo citatus eſt cum Domino *Imperatore* tanquam ſupremus *Mareſcallus Imperii* cum gentibus ſuis ad ſerviendum Eccleſiæ in Italiæ partibus expoſuit ſe & ſua, & inſolitum, ac quaſi inauditum exiſtat, tam magnificos Principes, Ele-

Digitized by Google

ctores *Imperii*, & Eccleſiæ *Romanæ* fideles ad inſtantiam ſimplicium perſonarum nulla monitione præcedente ad *Romanam* Curiam perſonaliter evocari. Nam quaſi impoſſibile eſt ipſos, vel eorum alterum propter guerras graviſſimas, quibus occaſione Ducatus *Lunemburgenſis* involuti ſunt, etiam ſi ſponte vellent, poſſe ſe ad præſens Apoſtolico conſpectui præſentare.

Item ut Sanctitas Sua tollat citationes perſonales conceſſas contra ... Epiſcopum *Pathavienſem*, & Comitem de *Wirtemberg* propter evitandum ſcandalum, cum ſint obedientes, & fideles Eccleſiæ *Romanæ*, & *Imperii*. Et quod de his alicui Prælato vicino committat in partibus, qui vocatis vocandis ſuper meritis cauſarum cognoſcat, & juſtitiam faciat.

Item ſcribatur Marchionibus *Miſnenſibus* per Apoſtolicas literas ſuper facto Eccleſiæ *Herbipolenſis*.

Item ſuper facto Abbatiæ, & civitatis *Pegomenſis*.

Item quod Sanctitas Sua illum de *Heſpurg*, qui ſe in contemptum Apoſtolicæ Sedis intromiſit de civitate *Herbipolenſi*, & quibusdam aliis civitatibus & caſtris ejusdem Eccleſiæ, in quibus defacto tanquam *Herbipolenſis* Epiſcopus adminiſtrat, puniat, prout S. præfatæ videbitur, ſic quod tranſeat aliis rebellibus in exemplum.

LXXV.

Alia puncta eisdem Ambaſiatoribus ab eodem Imperatore ſeorſim data de eodem anno 1373.

Ex eo, quod Rex *Ungariæ* (*d*) vult omnino juvare *Bavaros* adverſus Dominum (*e*) ... *Imperatorem*, & quemlibet nemine excepto, prout in copia ligæ, quam habet cum *Bavaris*, expreſſum eſt; & ex quo idem Rex ſibi *Bavaros*, qui ſunt Principes Imperii, & *Imperatori* juramento fidelitatis adſtricti, taliter attraxit, ut præſumitur, quod alios ſimiliter ab Imperio alienare nitatur. *Imperator* hoc ipſum ſuſtinere non volens, nec debens, prohibitione potenti dicto Regi in talibus ſe opponet. Unde Imperatore, & dicto Rege *Ungariæ* ſibi invicem guerram moventibus, vel aliter in diſcordia exiſtentibus, *Turci*, *Tartari*, *Ruteni*, & alii *infideles*, qui etiam de præſenti dicto Regi guerras movent, ipſumque damnificant, occaſionem & opportunitatem habebunt, eundem Regem, cæte-

(*d*) Ludovicus, (*e*) Carolum IV.

Digitized by Google

teroſque fideles & *Chriſtianum* populum fortius invadendi, ſicque eorum occaſione non ſolum *Romanum* Imperium, ſed & *Chriſtianitas* guerris, perturbationibus, & erroribus quam plurimis involvantur; unde Papa in talibus deliberet providere, ſi ſibi videbitur, quod Dominus Rex *Ungariæ* in liga prædicta, quam ut præmittitur, in præjudicium Imperatoris, & *Romani* Imperii habet cum *Bavaris*, recedat, ac Principes Imperii ulterius ſibi taliter non alliciat, vel aſſumat.

Item Marchio *Brandeburgenſis* omne jus & Dominium quod in dicto Marchionatu *Brandeburgenſi* feudó Imperii habuit, & habet, jure donationis puræ & ſimpliciter inter vivos factæ, & cum licentia & auctoritate, & conſenſu Domini - - - - Imperatoris feudi Domini, aſſiſtente, & conſentiente Eccleſiaſticis & Sæcularibus Electoribus Principibus Imperii transtulerit in filios, & hæredes Domini - - - Imperatoris, & talium hæredum hæredes & ſucceſſores in perpetuum, quod juramentum Marchio *Brandenburgenſis* prædictus in contemptum Divini nominis, & ſuæ animæ detrimentum, quantum in ſe eſt, defacto violavit, & fregit. Nam dictum Marchionatum *Brandenburgenſem* contra ſuam donationem, & juramenta, fidelitatum homagia, promiſſa, & literas, temere veniendo, in alias perſonas, videlicet *Bavaros*, quantum in ipſo fuit, transtulit, & eisdem Bavaris, de aliquibus civitatibus, caſtris, villis, & locis Marchionatus prædicti homagia, & fidelitates fieri compulit, quamvis prius de eisdem Marchionatu *Brandenburgenſi*, civitatibus, caſtris, villis, & locis homagium, & fidelitatem ante dicti Domini Imperatoris filiis, & hæredibus, vigore dictæ donationis intervenientibus corporalibus juramentis præſtari feciſſet.

Item quia illud ſine conſenſu Domini feudi, imo potius contra feudi Dominum in manifeſtum præjudicium filiorum & hæredum Domini - - - Imperatoris, & adverſus donationem prædictam, nec non juramenta præſtita, promiſſiones, fædera, & litteras patentes datas deſuper, & factas præſumpſit facere, merito propter præmiſſa, & contemptum hujusmodi dictus Marchio *Brandenburgenſis* cecidit ab omni jure ſuo, ſi quod in dicta Marchia *Brandenburgenſi* ejusque juribus & pertinentiis pridem habuit, vel ad præſens ſe contendit habere - - - .

LXXVI.

Digitized by Google

LXXVI.

Sigiſmundus Hungariæ Rex confirmat duas ſuas Majeſtatis literas, quibus Walburgi viduæ Petri Kaplirz ejusque liberis oppignoratur caſtrum Kecz cum adſitis terris in Hungaria ſitis. dd. Poſonii die S. Agathæ, Anno 1426.

Sigiſmundus Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Dalmatiæ* &c. Rex, & Marchio *Brandeburgenſis*, ac Lucemburgenſis heres. Omnibus in Chriſto fidelibus modernis ſimul & futuris, vel poſteris, qui notitiam harum rerum habuerint, ſalutem in Salvatore omnium &c. Ad Regiam ſpectat dignitatem, ut fidelium ſuorum literæ quondam gratioſe conceſſæ novarum literarum robore, atque ſplendore confirmentur, & illuſtrentur. Quapropter ſeriem infra poſitarum literarum in ſingulorum notitiam venire volentes, teſtamur, quod fidelis noſtra Nobilis Domina *Walpurgis* vidua *Petri Kaplirz* quondam Capitanei caſtri noſtri *Poſonienſis*, nomine proprio, & filiorum ſuorum *Joannis & Petri*, item filiarum ſuarum *Margarethæ*, *Barbaræ*, & *Urſulæ* nobis extradiderit quasdam duplices literas, unam moderno minori ſigillo noſtro pendenti munitam, qua caſtrum noſtrum *Kecz* nominatum in diſtrictu *Muzoninenſi* exiſtens una cum oppido etiam *Kecz* nominato cum poſſeſſione *Pamern* vocata & medietate loci *Kedendorff* dicti cum omnibus fructibus, & appertinentiis ad caſtrum noſtrum *Kecz* ſpectantibus Dominæ *Walburgi*, ejusque filiis *Joanni* & *Petro*, item *Margarethæ*, *Barbaræ*, ac *Urſulæ* filiabus prædicti *Petri Kaplirz*, ſub quibusdam clauſulis ac conditionibus in his noſtris literis clarius explicatis, fatemur oppignoraſſe. Et alteram Capituli Eccleſiæ *Pozoninenſis*, vulgo *Hamfeſſt*: concernentem confirmationem & extraditionem ſupradicti caſtri noſtri *Kecz*, & oppidi etiam *Kecz* dicti, ſimul cum omnibus horum fructibus, nempe caſtri & oppidi prædictorum. Dominæ *Walpurgi*, *Joanni*, *Petro*, *Margarethæ*, *Barbaræ*, & *Urſulæ* eorumque hæredibus, etiam ſub quibusdam clauſulis in dictis his literis ordinatim deductis, uti inferius ſcriptum patebit, factam. Ideoque Noſtram Majeſtatem humiliter, & devote rogavit, ut easdem literas firmas, ratas, & gratas habentes, his noſtris literis *Hamfeſſt* dictis de verbo ad verbum inſcriptas, illi vel illis, nempe Dominæ *Walpurgi*, *Joanni*, *Petro*, *Margarethæ*, *Barbaræ*, & *Urſulæ*, eorumque hæredibus, usque ad terminum annorum in prænominatis literis præfixum omnia

Digitized by Google

omnia & ſingula confirmare dignaremur. Primarum literarum vero tenor eſt ſequens.

Nos *Sigismundus* Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus, & *Hungariæ*, *Bohemiæ* &c. Rex; Memoriæ mandamus, & notum facimus, hiſce noſtris literis omnibus, quibus competit, quod fideles noſtri, id eſt, Nobilis Domina *Walpurgis* vidua, *Joannes* & *Petrus* filii, *Margaretha*, *Barbara* & *Urſula* dictæ, filiæ quondam Petri *Kaplirz* Capitanei caſtri noſtri *Pozoninenſis* (quibus pro duobus millibus florenorum aureorum caſtrum noſtrum *Kecz* dictum, cum oppido etiam *Kecz* nominato, & altero *Pamern* dicto cum medietate poſſeſſionis, & rebus in *Kedendorff* ſitis, jam antea oppignorata & tradita fuerunt) nunc denuo pro ſingulari neceſſitate noſtra quatuor millia, & quingentos florenos aureos, paratæ pecuniæ, pro conficiendis certis & neceſſariis rebus, quæ Majeſtatem noſtram & Regnum *Hungariæ* concernunt, nomine mutui dederint, ac conceſſerint, atque tradiderint, & adhuc ſupra hanc ſummam duo millia aureorum puri auri in reparationem ædificiorum caſtri noſtri *Kecz* prædicti, ideoque in noſtram utilitatem expendere promiſerint. Quapropter de certa noſtra ſcientia, etiam Sereniſſimæ Principis Dominæ *Barbaræ* Regnorum prædictorum Reginæ, conthoralis noſtræ, cum conſenſu etiam, & ſalubri conſilio, plenaque voluntate noſtrorum Prælatorum, & Dominorum, jam dictum caſtrum noſtrum *Kecz* una cum oppido etiam *Kecz* dicto, cum prædio *Pamern* & cum medietate jam nominati loci *Kedendorff*, cum omnibus aliis juribus, & fructibus, appertinenciis, & nominatim terris, & agris cultis, & incultis, ſylvis, rubetis, pratis, viretis, aquis, piſcinis, *Danubii* teloneo, quod in *Kecz* recipere conſueverunt, & univerſim cum omnibus fructibus, quibuscunque vocentur nominibus, ſub eorum certis, & veris antiquis limitibus, cum quibus hucusque hæc habita, & poſſeſſa fuerunt, pro ante dictis ſex millibus, & quingentis florenis aureis nobis antea & nunc conceſſis, & pro ſupra etiam nominatis duobus millibus florenis aureis, quos pro reparatione ſupra dicti caſtri noſtri expendere debent, quod in una ſumma efficit octo millia quingentos florenos aureos, huic Dominæ, filiis, & filiabus ejus ſupra nominatis, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus cenſuimus oppignorare, imo oppignoramus, obnoxium reddimus, & propter fidelia ſervitia jam dicti olim *Petri Kaplirz*, & ejusdem Dominæ *Walpurgis*, quæ nobis fideliter, & evidenter tempore neceſſitatis noſtræ exhibuerunt, conſentimus, volumus, atque damus, ut quam diu vixerit Domina *Walpurgis*, prædictum caſtrum *Kecz* una

cum oppido ſimiliter nominato, prædium dictum *Pamern*, cum medietate nominati *Kedendorff*, & omnibus ejus appertinentiis & fructibus habere, tenere, inde uſusfructus recipere, & ſervare poſſit, adeo, ut neque nos, nec ſucceſſores noſtri, Reges *Hungariæ*, dictum caſtrum noſtrum, & ejus appertinentias anteſcriptas ab eadem Domina ad dies usque vitæ ejus repetere, exſolvere, neque ad ea ſe immittere, minus iterum poſſidere, & quacunque de cauſa ab eadem ſeparare poſſimus. Verum poſt mortem etiam hujus Dominæ, filii ejus, & filiæ, eorumque filii & ſucceſſores caſtrum noſtrum prædictum *Kecz*, una cum antedictis fructibus, modo nempe antedicto oppignoratum & obnoxium ad tempus uſque reluitionis eodem jure habere, poſſidere, omnes fructus recipere poſſint, & valeant. Hanc ſolum exceptionem inſerendo, quod ſi antedicta Domina *Walpurgis* deceſſerit e vita, & nos, noſtrive ſucceſſores jam ante dictum caſtrum *Kecz* voluerimus reluere, tunc illi filii & filiæ olim Petri *Kaplirz*, & nobilis Dominæ *Walpurgis*, vel liberi eorum, teneantur plenarie & integre receptis his octo millibus, & quingentis florenis aureis prænominatum caſtrum noſtrum *Kecz* una cum omnibus fructibus, & appertinentiis antea dictis nobis, vel noſtris ſucceſſoribus absque omni contradictione cedere. Hoc etiam ſingulariter adjicimus, quod Domina hæc, & jam nominati filii ejus & filiæ de præfatis duobus millibus pro labore, & reparatione caſtri hujus computum usque ad plenariam expoſitionem horum duorum millium & quingentorum florenorum, plus minus, quolibet anno deponere, & nobis, vel noſtris Officialibus, quos ad hoc deſtinabimus, extradere tenebuntur. Suſcipimus etiam in Nos & ſucceſſores noſtros *Hungariæ* Reges, atque verbo Regio promittimus prædictæ Dominæ *Walpurgi* ad tempora vitæ ejus, eam & etiam filios & filias antedicti *Kaplirz*, & Dominæ *Walpurgis* eorumque hæredes & ſucceſſores in Dominio & poſſeſſione dicti caſtri, & omnium fructuum, & pertinentiarum prædictarum usque ad tempus reluitionis velle relinquere, eos contra omnium invaſiones hæc impugnantium aut ſe opponentium tuendo, præſervando, & defendendo propriis noſtris, & noſtrorum ſucceſſorum expenſis; Ad quæ ſigillum noſtrum minus, (*f*) quo ut Rex *Hungariæ* utimur, appendi fecimus in vim literarum, quas ſub forma noſtri *Hamfeſt* inſcribere ſolemus, etiam ſigillo Majeſtali noſtro majori, quo itidem, ut Rex *Hungariæ* utimur, munituri, dum perſonaliter allata nobis fuerint.

Datum *Poſonii* die ſanctæ *Agathæ* Virginis & Martyris, anno Domini milleſimo quadringenteſimo xxvi. Regni noſtri *Hungariæ* xxxix, Romano xvj. Bohemiæ vj.

Se-

(*f*) Sigillum iſtud excuſum habetur Num. V.

Digitized by Google

Secundarum vero literarum, nempe Capituli Poſonienſis, tenor ſequitur in hæc verba:

Omnibus in Chriſto fidelibus præſentibus & futuris, qui notitiam harum literarum habuerint, Capitulum Eccleſiæ *Pozonienſis* ſalutem in Summo ſalutis Largitore. Ad notitiam omnium tam præſentium, quam futurorum tenore harum literarum volumus pervenire; quod literas Sereniſſimi Principis Domini *Sigismundi* Dei gratia *Romanorum* Regis ſemper Auguſti, & Bohemiæ Regis &c. Domini noſtri oppignorationem & inveſtitionem concernentes ſigillo ejusdem ſignatas, & Nobili Dominæ *Walpurgi* viduæ, & filiis quondam *Kaplirz* Capitanei *Pozonienſis* gratioſe datas, atque mandatum nobis transmiſſum debito honore & obedientia obtinuerimus. His verbis: *Sigismundus* Dei gratia *Ramanorum* Rex ſemper Auguſtus, & *Hungariæ*, *Bobemiæ* Rex, fideli noſtro Capitulo *Pozoninenſi* ſalutem & gratiam. Cum nos caſtrum noſtrum *Kecz* dictum una cum oppido etiam *Kecz* nominato cum teloneo, quod ibidem recipi ſolet, una cum prædio *Pamern* & medietate loci *Kedendorff* dicti in diſtrictu *Miczonenſi* conſtituti, cum omnibus aliis fructibus, & appertinentiis hujus caſtri, & omnium aliarum pertinentiarum fructibus fidelibus noſtris Dominæ *Walpurgi* viduæ relictæ poſt Dominum *Kaplirz* Capitaneum caſtri noſtri *Pozoninenſis* ad dies vitæ ejus, *Joanni* vero & *Petro* filiis, *Margarethæ*, *Barbaræ* & *Urſulæ* filiabus dictorum *Kaplirz* & *Walpurgis* ad tempus usque reluitionis ejusdem caſtri noſtri vi & virtute literarum harum pro certa ſumma pecuniæ ab eis, nempe *Walpurga* & filiis, ac filiabus ejus Majeſtati Noſtræ nomine mutui conceſſæ titulo oppignorationis, & pignoris dederimus, & oppignorare voluerimus; hinc eos per noſtrum ſimul & veſtrum hominem in poſſeſſionem & Dominium eorum juxta conſuetudinem Regni noſtri debite induci mandamus. Quocirca fidelitati veſtræ ſerio, & efficaciter mandantes jubemus, ut hominem veſtrum mittatis fide dignum in teſtimonium, in cujus præſentia *Joannes Thombek de Orczwar*, vel *Petrus Groff* de *Kathaſſalvy*, vel *Hermannus* etiam *Groff*, ſi alius non adeſſet, homo noſter in aream nominati caſtri *Kecz* convocet cives, & communitatem ad hoc caſtrum & loca jam dicta appertinentem, coram omnibus intrans, inducat prænominatam Dominam *Walpurgam*, filios ac filias dicti *Kaplirz* in poſſeſſionem & dominium dictorum locorum, & conſtituat, ut dictum caſtrum cum omnibus appertinentiis ejus, & aliis jam nominatis, cum teloneo, & omnibus aliis fructibus. Scriptam rem eis tradendo, habeant, & poſſideant, ſi contradicentes non fuerint. Quodſi contra-

Digitized by Google

tradicentes adfuerint, jubemus, ut eos evocet, vel citet contra prædictos, nempe contra viduam, filios, & filias ejus coram Prætore in judicium debitum, ut juſtam cauſam contradictionis ſuæ exponant, inductio nihilominus, & inveſtitio legitime fiat, contradicentibus vero & evocatis, ſi qui fuerint, terminus aſſignetur unius anni pro conſuetudine communi, & Prætori ſignificetur. Datum *Pozonii* feria 5ta die *Jovis* proxima ante diem *S. Valentini* Martyris anno Domini MCCCCXXVI. Regnorum noſtrorum anno Regni *Hungariæ* XXXIX. *Romani* XVI. & *Bohemiæ* VI. Quapropter mandato jam nominati Regis in omnibus & ſingulis obedire cupientes, prout ex debito tenemur, cum nominato *Hermanno* dicto *Groff de Kathaffalvy* homine Regis noſtri, hominem noſtrum, nempe honeſtum Virum ſacerdotem *Martinum* Parochum, & Canonicum noſtrum fide dignum, ad hanc inductionem celebrandam pro teſtimonio noſtro mittere deſtinavimus, & illi abinde revertentes, unanimiter nobis retulerunt, quod certus ille homo Regis noſtri, coram noſtro jam nominato teſte die *Veneris* ſtatim poſt *S. Valentinum* in area caſtri jam dicti, convocatis civibus & aliis, quos adeſſe oportebat, comparens coram illis induxerit prænominatam Nobilem Dominam *Walpurgam* viduam, & *Joannem* ac *Petrum* filios, atque *Margaretham*, *Barbaram*, & *Urſulam* Virgines filias ejus in poſſeſſionem & dominium hujus certi loci jam nominati, & quod etiam conſtituerit, ut dictum caſtrum & poſſeſſiones jam nominatas, una cum teloneo, & aliis omnibus fructibus & appertinentiis antefactis, tradendo illis rem ſcriptam, teneant, & poſſideant. Et cum conſuetos dies iſthic moraretur, contradictorum nullus ſe exhibuit. In cujus rei teſtimonium conſenſimus, ut literæ hæ noſtræ per Hamfellt dictum, noſtris ſigillis pendentibus roborentur. Datum ſexta die poſt inductionem in poſſeſſionem anno Domini, ut ſupra.

Atque ideo Nos humilibus & devotis precibus jam nominatæ Dominæ Clementia Regia inclinati, has literas duplices non raſas, non cancellatas, nec abolitas, ſed abſque omni ſuſpicione falſi repertas his paginis inſcriptas de verbo ad verbum abſque imminutione, vel additione, in omni eas æquo ſenſu ſuſcipimus, certificamus, & confirmamus, propter ejus fidelia merita & ſervitia, quæ noſtræ Serenitati exhibuit, ſimulque confirmamus oppignorationem & inductionem in caſtrum hoc, & oppidum, & alia loca jam ſæpe nominata, & in literis notata de vera & plena poteſtate Regia, & de certa noſtræ Majeſtatis ſcientia, ſimul cum conſenſu & bona voluntate Sereniſſimæ Principis Dominæ *Barbaræ* Reginæ, Conthoralis noſtræ Chariſſimæ, & noſtrorum Prælatorum, & Dominorum ſano con-

Digitized by Google

conſilio, & unanimi conſenſu. Idcirco ut dictæ Dominæ omnia ad dies vitæ, & filiis, filiabusque ejus, & eorum hæredibus & ſucceſſoribus ad tempus reluitionis illæſa & firma permaneant, renovamus, & confirmamus vi harum literarum citra præjudicium jurium quorumcunque. In memoriam hujus & ſtabilimentum perpetuum conſenſimus, ut literæ hæ *Hamſeſſt* dictæ duobus ſigillis pendentibus munirentur. Datum anno, ut ſupra.

LXXVII.

Ladiſlaus Rex Hungariæ & Bohemiæ Caliſtum III. Summum Pontificem certiorem facit de ſuo adventu in Hungariam cum exercitu, deque Turcarum Bulgarie & Servie invaſione, quem orat, ut quam primum claſſim ſuam adverſus eos expediat, & cæteros Chriſtianos Principes ad accelcranda ſubſidia exhortetur. Datæ Budæ Anno 1456, die 7. Aprilis.

Beatiſſime Pater, non abs re morati ſumus expectationem S. V. quo minus hactenus edoceri potuerit, cui & quanto uſui paremus operam in hac neceſſitate communi Chriſtiane Reipublice: cujus condicionem non ex [illegible]ntaxat, quod læſa ſit, ſed quia pluſquam læſa eſt, dolendam conſpicimus. Pependit hucuſque ex ancipiti quadam rerum mutacione deliberacio noſtra variis caſibus, variis occupacionibus implicita; non cunctacioni, non denique negligencie vacatum eſt; ſed uti conſilia noſtra, & ratione & eventu felicia forent, animus, voluntas, votum parendum monitis apoſtolicis nuſquam defuit; tempora, modus, & facultas reſpondendi defuerunt, quæ ſimul ut conſequi potuimus, mox dilacionem cura vincere aggreſſi, nil aliud magis, quam de hoſte, & de remedio publico, quæ ex parte S. V. proponebantur, cogitavimus. Reverendiſſimus Pater noſter Dominus Cardinalis S. Angeli Apoſtolicæ Sedis Legatus, quem & Patronum rerum noſtrarum, & Comitem, teſtemque ſtudiorum habuimus, plurimum nobis ad hæc negocia obeunda, præſentia & auctoritate ſua adjumenti præſtitit: quo fortiora a præſenti opportunitate conſilia caperemus, neceſſitatem noſtram docens transferre in remedium, & debita in præmium commutare; ita quod ſi vere exiſtimare volumus, & noſtra ſtudia tali legato, & hunc legatum noſtris ſtudiis fatebimur aptiſſimum. Hoc igitur arbitro paulo ſuperioribus literis notum fecimus Beatitudini Veſtre, quid de conſtanti & fideli intentione noſtra circa de en-

Digitized by Google

ſionem fidelium cum gerendam tum promovendam ſentire debuerit, quæ cauſæ interceſſerit, ut eidem legato ſuperinde ad plenum reſpondere distulerimus.

Nunc vero mox poſt adventum noſtrum in hoc Regnum coacto conventu, & accerſitis in preſenciam noſtram Principibus Regni, præfectis armorum, atque his, qui rei militaris Duces ſunt: ſuſtulimus inprimis e medio complures difficultates, que his rebus impedimento erant, demum audius tertius de mente, animo, & deliberacione noſtra: Item ſuper rebus, & articulis, qui ab ipſo Domino Legato præpoſiti ſunt, reſponſum publicum fieri, & dari juſſimus, pauca quædam privatæ declaracioni reſervantes. De quibus omnibus Legatus ipſe plenius Beatitudinem Veſtram certiorem faciet. Quo quidem reſponſo ſatisfactum, & debito noſtro credimus, & Legato Apoſtolico morem geſtum. Paruimus decreto Apoſtolico & Legato in omnibus exquiſitis, conſenſum, voluntatem & operam non ſolum exhibuimus, ſed ſponte obtulimus, parati tam mori pro fide, quam pugnare. Viam, ductores, cuſtodes, ſalvum conductum exercitui pro commodo, & voto petencium decrevimus, tempora veniendi juxta opportunitatis condicionem deſignavimus; pretia, rerum commercia, & commutationes æquo jure futura ediximus, acturi & depoſituri alia quoque omnia juxta conſilia Legati Apoſtolici, in quibus vel debito, vel favore, vel auctoritate noſtra opus erit. Placeat modo De[illegible]o, ut belli hujus fama non minus habeat operis, quam voluntatis. Nos in his, quæ polliciti ſumus, vel quæ agere inſtituimus, ſolida totaque deliberatione agimur, edocti curare calamitatem vicinorum ex parte maxima ad nos redundantem. Habemus autem perniciosum hoſtem, non tam bello paratum, ſed fama quoque belli adverſum noſtros tanquam telo agentem, qui nonnunquam Chriſtianos, gentemque in ultimum dedecus jam extrudere parat. Is, ut certa, & recenti nunc relatione didicimus, magno exercitu, magnaque armorum Sedibus ſuis excita mole caſtra metatur in Bulgaria, transgreſſurus hinc Serviæ terras, ac tandem e proximo fines Regni noſtri aditurus.

Cum igitur jam diu monſtri hujus artes pertulerimus, videamusque nos callide cogi, ut ſuam potius, quam noſtram occaſionem [illegible]; prævenire decrevimus hoſtem apud fines Regni noſtri, ne præveniamur ab hoſte.

Hanc quoque deliberationem noviſſime de conſilio Legati S. V. ſuſcepimus, ut non diebus, non menſibus exſpectatis, quo citius fieri poterit, parati ſimus ad hoc bellum; quod & pro noſtro ſuſcepimus debito,

&

& pro aliorum exemplo; ſupplicantes Beatitudini Veſtre, ut de claſſe & exercitu navali a ſe promiſſo ita deliberet, ac diſponat, ut ſine mora expeditus mittatur ad profectum, & uſum deſtinatum, quo celerius littora, portus, & civitates hoſtium nunc, ut intelleximus omni fere timore vacuas vexare, copiasque hoſtiles hinc inde diſtrahere poſſit. Hæc eſt rebus noſtris fiducia præcipua, hæc omnibus ſpes vincendi, hæc denique Chriſtianis convaleſcendi via, is erat affectus famæ par, in hoc maxime laudabilis erit bonæ rei maximus auctor, quo principe ſociorum plenitudo timore, compedibus, ſervitute, precario victu liberabitur.

Ne autem & apud alios Principes fidei Catholicæ, quo minus emiſſa per eos vota compleantur, vel cunctatio aliqua, vel diſſimulatio interveniat, curet S. V. pro more ſuo operam dare, ut & bono tempore exercitus eorum adſit, quo tandem inſtructi æquis viribus valentius tanti belli diſcrimen adeamus: alioquin plerumque ſera, ut ajunt, pro nullis ſunt, & tempora momentis pretioſa fiunt, aut vilia. Quod noſtre partis eſt, enitemur, ut opera noſtra, & fidei communi, & publicæ libertatis uſui dono Domini proficiat. In aliis nos, ad ea, quæ Reverendiſſimus ipſe Pater noſter Legatus S.V. ſcribet, & ex parte noſtri nota faciet, referimus, quam Dominus Deus conſervet fideliter regimini & profectui Eccleſiæ Suæ ſanctæ.

Datum Budæ die 7. menſis Aprilis anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto.

Ejusdem S. V. filius Ladislaus Dei gratia Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex & Auſtriæ & Styriæ Dux, nec non Marchio Moraviæ &c.

LXXVIII.

Epiſtola Joannis Cardinalis S. Angeli ad Calliſtum Papam III. ejusdem tenoris eodem anno, & die data.

Beatiſſime Pater & Clementiſſime Domine poſt pedum oſcula beatorum. Diſtulit Sereniſſimus Dominus Rex Ladislaus reſpondere mihi in negotio fidei, propter abſentiam aliquorum, qui majorem peritiam rei militaris habent, & exercitum pugnandi cum Turcis. Quibus ad ſe accerſitis ex magna deliberatione publice reſpondit præſentibus Prælatis, Baronibus, Nobilibus Regni Hungariæ, Boemis, & Auſtralibus, qui hic adſunt, quod pro honore Dei & obedientia S. V. vult bellum gerere contra Tur-

Turcas, ut S. V. jubet, verum quia iſto anno fuit ſterilitas in Servia, & in confinibus, ubi bellum gerendum eſt, non poſſunt ibidem exercitui commode manere, ſed maturis anni præſentis fructibus erit ibidem abundantia, tam ex novis frugibus, quam ex his, quæ conducentur; unde promiſit in proximo menſe Auguſto congregatum exercitum habere, & bellum gerere. Et quia Turci potentatus maximus eſt; ſupplicat eidem S. V., ut ſuam claſſem citius mittat, & ut Sereniſſimus Dominus Rex *Aragonum* & alii mittant, curet, & terras mari proximas invadant; ut hoſtis intentus illarum defenſioni terrarum minoribus copiis terreſtrem muniat exercitum: Hoc ſexta Aprilis actum eſt, ſequenti die fuit Rex certior factus, quod Turcus venit obſidere caſtrum Nandoralba, & alia caſtra claves, & introitus iſtius Regni, & tranſire Danubium, quare ſublata omni dilacione Rex decrevit obviandum illico hoſti, defendenda vada Danubii, occupare paſſus, caſtraque munire. Propter hoc miſit Regia Majeſtas Reverendiſſimum Cardinalem Strigonienſem Epiſcopum Varadienſem, Dominum Joannem Vaivoda Gubernatorem ad me notificare, quæ intellexerat, & monere me, & monuerunt me ex parte Regis, ut iſta S. V. nota faciam, ac ſupplicem humiliter, ut illico ſine aliqua dilacione mittat claſſim contra Conſtantinopolim, & bellum per mare fieri mandet, ut potentia iſtius hoſtis peſſimi dividatur. Beatiſſime Pater, niſi S. V. provideat, Regnum hoc maximam cladem patietur, quia non ſufficit per ſe, nec de Germaniæ potentia ſaltem habet auxilia maxime æqualia Turcorum potentatui. Tota ſpes poſita eſt, quod Deus placatus veſtris precibus dabit cor S. V. mittendi ſua auxilia ſine mora, & procurandi aliorum Catholicorum potentiam. Hoc maxime deſideratur a V. S., ut ſuam claſſem illico mittat, & quod Sereniſſimus Dominus Rex Aragonum idem faciat, ac Scanderbeth terra bellum gerat, & magnus Caramanus Turchiam invadat, & Illuſtres Principes Venetiarum, Mediolani, & Januenſium Duces & Florentini, & alii terra & mari concurrant in auxilium. Quia ſcio S. V. zelum optimum, verbis finem pono: Tantum oneri mihi a S. V. delato ſatisfactum puto, periculum, quod imminet, notificando. Periculum tale eſt, quod mora diei & horarum poteſt talem inducere cladem, quam perpetua Chriſtianitas defleat, & a quibus auxilia petuntur, cogantur rogare. Deputati ſunt ad tractandum mecum de rebus bellum & exercitum concernentibus. Dominus meus Reverendiſſimus Cardinalis Strigonienſis, qui omnia facit, quæ poteſt. Epiſcopus Varadienſis, Illuſtris Dominus Joannes Vaywoda Gubernator, qui offert ſe omnia poſſibilia facturum.

Cu-

Digitized by Google

Curabo occurrentia nota facere S. V. quam Omnipotens Deus noſter conſervare dignetur.

Ex Buda ſeptimo Aprilis anno milleſimo, quadringenteſimo quinquageſimo ſexto.

E. S. V. humilis Servitor Joannes
Cardinalis Sancti Angeli.

LXXIX.

Joannes Huniad. Dionyſio Cardinali Archiepiſcopo Strigonienſi, victoriam de Turcis obtentam nunciat. Datum Nandualbæ Anno 1456. *Feria VI. ante feſtum S. Jacobi.*

Reverendiſſime in Chriſto Pater, Domine nobis Honorande. Novitates has Veſtræ Dominationi ſcribere poſſumus, quomodo Imperator *Turcorum* cum ſua valida potentia, & cum nonnullis ingeniis ad oppugnandum caſtrum *Nandualbenſe* venerat: cum quali enim potencia & ingeniis venerat, nunquam oculus hominis talia vidit, nec mente cogitare potuit. In tantum enim ipſum caſtrum per ictus bombardarum deſtruxit, quod ipſum caſtrum non eſt caſtrum, ſed campum, quia usque ad terram murus eſt deſtructus. Tandem feria quarta proxima præterita poſt horam veſperarum, circa ipſum caſtrum *Sturrbniam* mirabilem impreſſionem fecerunt, in tantum, quod per totam noctem, & die craſtina usque ad prandium duravit (ita ut in medio caſtri duabus vicibus cum ipſis pugnam habuimus, tanquam in uno campo. Tandem extra campum ad ipſos irruimus, cum quibus usque ad ſero pugnam habuimus, ipſumque Imperatorem *Turcorum* de ſupra dicto caſtro Deo auxiliante ejecimus, omnesque bombardas, & ingenia ſua obtinuimus, ipſeque ſolus, cum quibus remanſit, feria ſexta proxima de nocte confuſus & deſtructus, ſe in fugam convertit. Pro eo, ſi aliqui ad præſens contra ipſum Imperatorem ſe moverent exercitualiter, ex tunc nunquam levius Regnum ſuum obtinere poſſent, ſicut ad præſens. Ex quo principales & capitales gentes ſuæ & ſignanter pedites caſtro ſupradicto ſunt perditæ, dictique pedites ipſius Imperatoris, qui alias gentes ſuas prævalebant, quaſi omnino ſunt annihilati. Nosque cum proprio capite noſtro in ipſo caſtro fuimus tempore expugnacionis, & ab ipſo die, quo ipſum caſtrum obſeſſum fuit, in eodem fuimus. Multi enim eciam ex familiaribus noſtris, & hominibus vulnerati, & aliqui mortui

ſunt, ſed tamen Deo auxiliante nunquam Imperator *Turcorum* cum tanta verecundia de campo ſe in fugam, ſicut ipſe convertit, tanquam debellatus. Prius enim in aqua conflictum habuimus, ex quibus nonnullas galeas ipſorum obtinuimus, quæ enim ex eisdem remanſerant, dum prædicta feria quinta contra ipſas galeas ire volebamus, illæ ſe mox in fugam converterunt, de eisdem homines ſalientes, ipſas igne combuſſerunt. Pro eo nunc ignoramus, quid ſimus facturi caſtro prædicto, quia non poſſumus dicere id caſtrum eſſe, ſed campum propter fractionem, & nimiam ipſius deſtruccionem. Datum in loco prefato feria 6ta. proxima ante feſtum *S. Jacobi* Apoſtoli. Anno Domini 1456.

Joannes de *Huniad* Comes Biſtricienſis.

In aliis literis de vigeſimo octavo Julii ex *Buda* Epiſcopi Sibenicenſis ad S. D. N. ſcribitur infra ſcriptum Capitulum.

Refert nuncius, quod 12. bombardæ viginti palmarum ab hoſtibus receptæ ſunt, octo vero quæ ſurſum lapides jactant, 150. inſtrumenta ad lapides jaciendos, Vice-Imperator Tartarorum occiſus eſt.

LXXX.

Georgius Podiebradius Rex Bohemiæ Mathiam Regem Hungariæ generum ſuum orat, ut preces ſuas apud ſummum Pontificem Paulum II. interponat, quo ſibi competens præbeatur audientia adverſus falſos rumores, & cumprimis Fiſci & fidei Procuratoris criminationes, qui eum de hereſi inſimulabat, propter quam excommunicatus erat. Quibus literis ſimul innocentiam ſuam, & optimam erga Romanam Eccleſiam, Romanumque Pontificem mentem propugnat. Datæ Glacii anno 1466, *die* 28. *Julii.*

Sereniſſime Princeps &c. Quanto patientius, & æquanimius injurias æmulorum noſtrorum perferimus, tanto amplius eorum adverſus nos, & tranquillitatem Regni noſtri fovetur audacia, nutritur inſolentia, omniſque rationis expers, turbato rerum ordine, Principatum ſibi vendicat ipſa temeritas. Deum teſtamur, noſtramque conſcientiam, qua nihil dedit Deus homini divinius, quod cum primum ad inclyti Regni *Boëmiæ* gubernacula aſpiravimus, non ambitione ducti, ſed miſeratione permoti, rem tan-

Digitized by Google

tantam aggreſſi ſumus; quippe cum naturalis hæres Regni ſub tuitione degeret, quem nos poſtea mox a tutela, curave reſolutum in Regnum paternum & avitum majore applauſu introduximus, quam ipſe potuiſſet optare. Sed cum videremus arces, & oppida Regni quibusque patere violenciis, & hanc miſerandam conditionem omnes boni deplangerent, ſimulque cuncti exclamarent, tantummodo Duce opus eſſe, incoepto denium opus eſſe, cætera omnia rem expedire. Nos huic functioni præmatura adhuc ætate nosmetipſos ſubmiſimus, in Domino confiſi, & contractis copiis, quæ parenti quondam, avoque noſtro adhærere ſolebant, continuo Pragam tetendimus, ubi Pragenſibus in eandem ſententiam ſpe pacis illectis, non parum auxilii nobis accrevit. Identidem & per alias urbes pacis æque cupidas copiis noſtris opes acceſſerunt, quas contra fortalitia, arces, & caſtra violentorum hominum ſubito convertimus; quæ admotis machinis bellicis diruimus, & a fundamentis demoliti ſumus, alia vero pugna ſuper mæniis commiſſa devicimus, & in deditionem accepimus. De ſubactis autem nos noſtramque familiam minime locupletare, ſed Regnum inteſtino malo preſſum, & civilibus bellis lacerum ſarcire, coadunare, & conſolidare totis viribus niſi ſumus. Dumque omnium bellorum noſtrorum exitus docuiſſet nos, nihil niſi pacem Reipublicæ Regni Boëmiæ quæſiviſſe; neque de ritu Euchariſtiæ ſumendæ, cæterisque ſacrificiorum ritibus, quidquam agitare, præterquam compactata olim auctoritate concilii Baſilienſis, facta pro pace inducenda Regni, voluimus obſervari: facile tota Boëmia, Moravia, Sileſia &c. poſt longa bellorum diſcrimina in noſtram coire ſentenciam, ſævasque bellorum calamitates ſalutaris pacis ſuavitate commutare gaviſi ſunt, nosque pacis hujus auctorem ſtatuerunt, & conſervatorem, ut quibus artibus pacem peperimus, eisdem facile conſervare, & augere noſceremus; finitimæque ipſius Regni Boëmiæ poteſtates per Legatos ſuos pacem petierunt a nobis, quibus & pacem dedimus, ultroque oblatam accepimus, pacis fœdera ferientes, atque ſolidantes.

Sic itaque pax noſtra fragrantiam boni odoris ſui per finitimos quosque populos ſuaviſſime diffudit; hinc hominum commercia reſtituta; hinc mercatura per omnes angulos regni, quidquid Regnicolarum uſui ſupererat, aut aliarum mercium commutacione, aut pretii ſolutione fructuoſum efficit; Sed & metallariæ, præcipuum Regni decus, reſtitutæ ſunt, ac reparatæ, & in ſumma pax rediens omnes Comites, & pediſſequos ejus, quos abiens avexerat, largo cum fænore affatim cumulatimque revexit. Jura quoque Regni, quibus unicuique juſtitia miniſtratur, reſtituta ſunt,

Digitized by Google

quæ tamen longe retroactis temporibus minime proceſſum habebant. Sed ut in omnibus ferme gentibus, nationibus, & linguis, omnique Republica pax diuturna longo in otio ſemper aliquid monſtri alit, ut Romæ Lucium, Catilinam, Lentulum, Cethegum cum reliquis conjuratis: ſic & in regno noſtro, qui ex diuturna pace incraſſati ſunt, & dilatati, calcitrare didicerunt. Nam etſi magnanimus ille putatur, qui incidens in adverſa invictum ſe tenuit, non minor tamen eſt ille, cui præſens felicitas, ſi aſfulſit, non arriſit, quamquam facilius ſit reperire, qui temperantiam retinuerunt contraria ſibi fortuna, quam qui propitia non perdiderunt. Hoc ſi in Romana Republica contingere potuit, tam ſalutaribus legibus, inſtitutisque formata, minime miramur, ſi & in noſtra Republica id acciderit, quam nos ab effrænata barbarie, ſub politiam monarchicam viginti vix annis effluxis, Domino adjuvante redegimus. Sed hoc querimur, quod tam patenter ſceleris, rebellionis, ac perduellionis ſuæ colorem prætendunt, Apoſtolicæ Sedis obedientiam, & reverentiam, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicam unitatem, quaſi nos ab illa deſciverimus, hujusque figmenti teſtes, ſibique fidem adhibentes invenilſe miramur.

Id vero per maxime ſtupemus, ſcilicet facilitatem credulitatis erga Sanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum Romanum Pontificem, de qua Doctor devotus ad Eugenium ſcribens ſic declamat: *Hæc eſt, cujus calliduſſimæ vulpeculæ Magnorum neminem comperi ſatis caviſſe verſutias; inde enim ipſis pro nihilo iræ multæ, inde innocentum frequens addictio, inde præjudicia in abſentes &c.* De qua jam nunc dicendum eſt nobis; & idcirco latius aſſumenda materia. Sanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter Dominus Paulus Papa II. credulitatis facilitate permotus, ac inſtigatione cujusdam Antonii de Engabio fiſci, ac fidei Procuratoris ſtimulatus, nuper de anno Domini MCDLXV. Reverendiſſimis Dominis Nicenſi Sancti Angeli, & Spolectanenſi Cardinalibus cauſam ſuper relapſu in hæreſim contra nos commiſit, qui tamen de hæreſi nunqnam convicti ſumus, qui quidem Domini Cardinales eodem anno die ſecunda menſis Auguſti animum ſuum, qualis in nos eſſet, palam detegentes, ab injuriis & convitiis exorſi, tali forma verborum ſunt uſi: *Præfatum Georgium de Podiebrad, quatenus centeſima octuageſima die compareat Procuratori fidei ſuper hæreſis relapſu &c. reſponſurus.* Nunquid injurium eſt, Regem coronatum & unctum, & taliter a Sede Apoſtolica recognitum, ab Imperiali quoque ſplendore, & cunctis Principibus, cum quibus illi negotium fuit, taliter honoratum, neque etiam de jure, neque de facto privatum vel depoſitum, ſuppreſſo Regio titulo, ſolo prænomine, humilisque caſtri adjectione nuncupare?

Num-

Digitized by Google

Nunquid captatoria fuit hæc citatio? cui parere minime poteramus, ſine abdicatione Regiæ Majeſtatis, qua non ut Rex, ſed velut incola Regni comparere jubemur; cui parendo, jam fateri videremur id, quod de nobis ipſa citatio præſupponit. Numquid captioſa rurſum fuit, qua ſuper crimine relapſus in hæreſim reſpondere jubemur? quod ſi faceremus, nos profecto aliquando hæreticum fuiſſe recognoſceremus, a quo reatu nos ſemper inſontes, & immunes fuiſſe, & eſſe confidimus.

Porro quod longe ſeverius eſt, idem Sanctiſſimus Pater, & Dominus noſter non exſpectato prefatorum centum octoginta dierum exitu, nulla etiam alia in jus vocatione præmiſſa ſexto Idus Decembris immediate ſequentis omnes noſtros, & Regni noſtri Boemiæ ſubditos ab omni ſubjectionis noſtræ vinculo, quantum in ſe fuit, abſolvit, nobis etiam de omnibus juribus & obventionibus Regni ſeu coronæ Boemiæ vitando reſponderi. Quæ tamen omnia contra nos, & in noſtri præjudicium nobis non vocatis, nec auditis contra divini, ac naturalis juris & rationis doctrinam, & exempla, pariter inſtinctum, & præcepta nimium ſeveriter emiſſa, ob ejusdem Sanctiſſimi Patris, & Domini noſtri, Sanctæque Sedis Apoſtolicæ reverentiam patienter ferentes, Sanctitatem ejus humillimis precibus duximus interpellandam, ne tam informi clamori, qualem fert fama, fidem habere dignaretur. Sed ſi ad ſonitum vel boatum ejus Sua Sanctitas excitata eſſet, non tamen idcirco ſententiam in illa firmaret; ſed ſublato velo, quo tegitur, originem ac zelum ejus inveſtigaret. Sic enim illam linguæ latinæ doctiſſimus auctor depingit, quaſi ſola gradiens caput inter nubila condat, quo nihil aliud, quam vagam, & confuſam relationem famæ voluit deſignare, ideoque ipſam non tam loqui, quam potius ſtridere, non die, ſed noctu volare dixit, propter obſcuram & vagam ejus propalationem, quæ tam ficti, pravique tenax, quam nuntia veri perhibetur. Sunt enim & in Regno noſtro pacis oſores, quietis turbatores; Sunt, qui jura negent ſibi nata, qui noſtris recte factis ſæpe faſtidire volunt, qui omnem ſceleratis rebellionibus Suis Apoſtolicæ Sedis obedientiam ac reverentiam obtendunt, ut temeritatem, & fœdifragia ſua honeſto quodam velamento circumducant. Hoc amplius nos Suæ Beatitudini tam plene ſubmiſimus, ut ſi verbo vel facto a Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientia aut reverentia ab orthodoxæ fidei rectitudine, a Sanctæ Matris Eccleſiæ unitate quid devium vel lubricum dixiſſe vel egiſſe, vel in aliquo deviaſſe quomodolibet conſtare poſſit, id revocare, emendare, ac Suæ Sanctitatis arbitrio in melius commutare obtulimus, modo Sua Beatitudo diem & locum ſtatuat, ubi de noſtra, & æmulorum, vel dela-

Digitized by Google

torum noſtrorum nocentia, vel innocentia, & totius cauſæ conditione, & qualitate poſſint graviſſimorum virorum ſuppetere teſtimonia; ubi etiam de totius Regni ſtatu agi, & quidquid deforme, vel ab univerſalis Eccleſiæ ritu diſſonum reperiretur, ad conformitatem deduci, & omnia debite componi poſſent, & concordari. In qua re & noſtræ, ac omnium Principum Sacri Romani Imperii Electorum, noſtrorum videlicet Coelectorum, omniumque Principum, affinium & fœderatorum noſtrorum ſuaſiones & ſuffragia plurimum opitulari potuiſſe non dubitamus. Hanc oblationem noſtram, & has preces noſtras a Sanctiſſimo Domino noſtro repulſas eſſe plurimum dolemus, quas nec a minimo ſubditorum noſtrorum ante pedes Suæ Sanctitatis oblatas deſpici remur oportuiſſe; neque enim decet Chriſti Vicarium deſpicere animam, pro qua Chriſtus mori dignatus eſt; neque tantum lucri negligere, quantum ex hoc toti orbi Chriſtiano ſuperimpendebat; potiſſime autem in plaga orientis contra Turcorum rabiem, qui bellorum aſſiduitate quidem indefeſſa per Mœſniam & Boſnam ad Regna Liburnorum aditum ſibi ſtruxerunt, quorum ferociam Boemica militia Duce quondam genitore veſtro; deinde veſtro quoque ductu ſæpe contrivit. Veſtram fidem appellamus, frater Chariſſime, Vir inſignis bellicis laudibus genitor veſter, quod umquam bellum contra Turcum geſſit, in quo Boemica militia aſſignatum ſibi munus ullius difficultatis vel periculi metu diffugerit, vel declinaverit? quin potius per omnes hoſtium cuneos, omneſque difficultates intrepide penetravit? & hoc de paucis, quos in militiam traxerunt ſtipendia. Quid vero ſperandum arbitramini, ſi contractis Regni viribus expeditio militaris in Turcos ordinibus militum explicatis conficeretur? Veſtræ fraternitati loquimur bona fiducia freti, quod aliunde minus fortaſſe liceret, ne alienorum meritorum laudes nobis arrogare ſuperbe videremur. Talia, tantaque commoda precum noſtrarum repulſa diſturbari ſincero corde dolemus, ſtatueramus enim nos Suæ Beatitudinis arbitrio ſubmittere, quemadmodum Glorioſiſſimus ille Monarcha Dei Theodoſius, poſt crudelem cladem apud Theſſalonicam ab eo perpetratam, beatiſſimo Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo colla ſubmiſit, ſi Sua Sanctitas noſtras oblationes paterne ſuſcepiſſet. Hactenus hæc omnia patienter ferre non dubitavimus, obedientiæ & reverentiæ Apoſtolicæ Sedi præſtitæ non immemores, contra quam, aut contra Sanctiſſimum Patrem, & Dominum noſtrum Dominum Paulum Romanorum Pontificem nihil ægre diximus, nihil ſiniſtre loquuti ſumus; neque enim noſtra conditio ex his omnibus imminuta, vel infracta eſt; nemine ſcilicet a noſtra fide, fœdere, vel ſocietate deficiente, quamquam ii, qui dudum vel rebellarunt,

runt, aut perduellionem commiſerunt, ſcelus ſuum hoc colore defendere nitantur, nonnullos enim condignæ caſtigationi ſubjecimus, de reliquis opportunitate ſuadente Deus, ut ſperamus, æque providebit: eorum autem clamores, vanasque gratulationes hactenus non magis, quam ranarum loquacitatem faſtidiendam reputavimus; quia rumuſculos hominum nunquam ſtuduimus aucupari; ſcientes quia per bonam & malam famam a dextris, & a ſiniſtris miles Chriſti graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur, non divitiis tumet, non conteritur paupertate, & læta contemnit, & triſtia, per diem ſol non uret eum, neque luna per noctem.

Nunc vero, quia per æmulos noſtros fama in longinqua diffunditur etiam apoſtolicis literis, licet contra nos inauditos emiſſis, concomitata, ne crudelitatis inſimulemur, ſi famam & innocentiam noſtram defendere negligeremus. Reſtat nunc, ut ſuggeſtionibus æmulorum & delatorum noſtrorum, quibus Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter inſtigatus, tam ſeveras contra nos literas emiſit, reſpondeamus, ut quisque intelligat, nos neque vocatum, neque auditum, ſed penitus innocentem eſſe de facto condemnatum. In primis ſiquidem cauſæ relapſus hæreſis commiſſionem tribus Dominis Cardinalibus contra nos factam perluſtremus: & quidem ſpurciſſima verba Antonii Procuratoris fiſci & fidei tranſiliamus, quia delatoris horrida vox infractum animum minime concutit Regiæ Majeſtatis; quippe cujus verba nemini præjudicant: Sed ad judicum verba veniamus. Ajunt Judices: *Citamus Georgium de Podiebrad, quatenus centeſima octuageſima die compareat Procuratori fidei reſponſurus &c.* Jam conſtat ipſos Judices non publico, & officiali nomine, ſed privato nuncupantes, non pro Rege, ſicut debuerunt, ſed pro privata perſona nos tenuiſſe, & reputaſſe, coram quibus ſi, ut vocati eramus, comparuiſſemus, tacito conſenſu nos talem profeſſum eſſe videremur; qualem ipſi nos in ſuo citatorio nuncupaverunt. Dixerint fortaſſe Domini Cardinales: *Non eſt hoc noſtrum inventum, ſed formam commiſſionis Apoſtolicæ ſequuti ſumus, ubi nusquam Rex Boemiæ, ſed Georgius de Podiebrad nuncupatus reperitur.* Sed & hoc diſcutiamus: Verba commiſſionis a principio usque ad verba ſignaturæ, quid aliud, quam ſpurcitias in ſe gerunt blaſphemi, rancoroſique delatoris, quæ noſtram non valent minuere dignitatem, quia nuda ſunt, nullius adjuta ſuffragiis, nec ulla firmitate ſubnixa? Verba autem Romani Pontificis talia eſſe perhibentur: *Placet, & committimus Cardinalibus Nicenſi Sancti Angeli, Spoletanenſi.* Quæ verba nihil aliud ſonare videntur, quam quod contra nos

cau-

cauſa commiſſa cenſeatur, non autem quod nos tamquam privata perſona, non Rex cenſeri debeamus; Latior vero ſignatura, quæ Vice-Cancellarii fuiſſe putatur, ſuperaddit facultatem perſonalem, & per edictum citationis cum inhibitione, & declaratione jubendo procedi, ut petitur; non autem præcipit nos Regiæ dignitatis titulo ſpoliari, niſi quis dicere velit, quod per verbum *placet*, in Papali ſignatura poſitum, & per verba illa, *procedant, ut petitur*, in ſignatura latiori adjecta, præcipiatur contra nos, tanquam privatam perſonam, Regio honore indignam, ita procedi, & nos taliter deſpici, prout ille blaſphemus, & rancore plenus delator nos in illa ſua contumelioſa commiſſione nuncupavit: quod de Summo Pontifice nefas remur ſuſpicari. Sed iſto ſic accipi ſtylo authorizante, & Dominorum Judicum eminentia id arrogante, omni conſideratione tamen eo res redit, quod nos Regio honore non vocati, nec auditi, reperimur de facto, non de jure, inaniter tamen, & abſque effectu deſtituti. Sed cui vim nobis illatam imputemus, noſtra nihil refert, dummodo fraternitatem veſtram de noſtra innocentia reddamus certiorem. Hæc acta ſunt de anno 1465. menſis Auguſti die ſecunda.

Quid autem acciderit hac centeſima octuageſima dierum dilatione pendente, intra quam Judicis officium de jure quieſcit, quæſo attendite. Sexto Idus Decembris immediate ſequentis, idem Sanctiſſimus Pater & Dominus noſter omnes ſubditos regni noſtri ab omni ſubjeccionis vinculo, quo nobis obnoxii ſunt, quantum in ſe fuit, abſolvit; & ſciens ſemeſtre, jam licet impie, & contumelioſe præfixum, nondum elapſum, hanc prætendit occaſionem, ut verbis Suæ Sanctitatis utamur: *Ne inter moras temporum, & exſpectationem declarationis res eo deducatur, ut poſtea exequutio fieri non poſſit, cum ſecundum Legislatoris ſententiam melius ſit ante occurrere, quam poſt vulneratam vel deſperatam cauſam remedium adhibere.* Quaſi liceat quemquam propter convaleſcentiam potentiæ ſuæ, non vocatum, & inauditum condemnare? aut jus ſuum quomodolibet auferre, vel infirmare? quod tamen Divina & humana ratione inprobatur, & exemplo Domini ad protoplaſtum prævaricatorem, Cain fratricidam, & Sodomos: Deſcendam, & videbo &c. Proſpexit quidem Legislator Eccleſiaſticæ Reipublicæ pupillis, & ſub cura degentibus viduis, & miſerabilibus perſonis circa rerum alienationem, proſcriptionem, judicia, ſententias, rem judicatam, appellationes, in integrum reſtitutiones, & cetera, quæ juris ſunt; ita ſcilicet, ut jura eorum potius illæſa ſerventur, quam poſt vulneratam cauſam remedia quærantur; & ibi paribus verbis utitur Legislator. Sed iis omnibus ſic jura ſua tutatur, ut nemini infe-

rat

Digitized by Google

sat injuriam, nec ullius alterius jus auferat, vel poſſeſſionem poſtponat. Et nunc quæſo, in digitos mittite tempora præmaturationum; quibus Sua Beatitudo pœnas ſuas in nos præmaturavit, & præcucurrit, occaſione fretus, ne res eo deducatur, ut exequutio poſtea fieri minime poſſit; & conſiderate ſtatum, & eventum rerum, & negociorum, quæ interea uſque nunc fluxerunt, & ex eis penſate, num fructuoſius fuiſſet, diem, & locum juxta humiles preces, & oblationes noſtras indicere, quam hujuscemodi pœnalibus literis cauſam exaggerare.

Sed quia Sua Beatitudo preces noſtras non ſolum repulit, ſed tamquam virulentas aliis ſuis literis pridie Idus Januarii ad nos datis, acerrime condemnat, noſtræ ſinceritatis integritas efflagitat, ut illis cum veritate, ſicuti ſe res habet, conſtantius reſpondeamus. Primum quidem (inquit Sanctitas Sua) nos hæreſim notoriam, ac ſæpe damnatam, ſectari, atque fovere, publice profeſſum eſſe: hoc & in aliis literis de nobis ſentit Sanctitas Sua male informata, dicens nos in magno, frequentique comitatu Pragæ habito nos hæreticum declaraſſe, & in ea perfidia uſque ad mortem cum conjuge ac liberis noſtris perſeveraturum publice conteſtatum eſſe. Subdit, & jura legationis nos in perſona Phantini violaſſe. Hoc amplius contra nos addit Procurator fiſci, quaſi nos dixerimus, communionem utriusque ſpeciei ab omnibus laicis de præcepto Salvatoris inevitabiliter eſſe ſuſcipiendam.

Talia ſunt, quæ Sanctiſſimo Patri ac Domino noſtro de nobis falſo ſuggeruntur; quæ nemo conditionis noſtræ conſcius de nobis ſuſpicari quidem poteſt, nos ſcilicet in tantam furoris dementiam incidiſſe, ut nos hæreticum eſſe velle profiteremur, aut conteſtaremur. Certe minus quam furem, aut latronem (adhuc enim de ſana mente ſubgloriari nobis licet) qui ferociſſimam gentem noſtra circumſpectione, & præmatura adhuc ætate manſuefactam tanta pace gubernamus, ut finitimis Principibus & populis ejus rei ſpectaculum habeamur & exemplar. Sed hæc omnia, ut prædiximus, procedunt a facilitate credulitatis. Quid autem alienius a tramite rationis, quam ex hujusce tam vanis, vagis, & variis relacionibus notorietatem hæreſeos nobis impingere, ut tam graves, & immites literæ, examinis & cognitionis vacuæ, pænarum autem & executionis plenæ contra nos fulminentur? Aliter enim in unis, aliter in aliis literis Apoſtolicis, ac rurſum aliter in ſpurciſſima Procuratoris fiſci & fidei ſuggeſtione de nobis referuntur. Si enim coram Judicibus pro tribunali quis judiciario ordine interrogatus aliquid reſpondendo confiteatur, idque in ſcripturam authenticam judiciorum more fuerit

Digitized by Google

redactum, ſuadet æquitas, per viam monitoriorum adverſus eum ad exequutionem procedere; ea vero, quæ de nobis referuntur, duntaxat emiſſa evolaſſe dicuntur, quod eſt omnino contrarium notorietati, cum neque ſcriptum, neque ſculptum referatur. Erat igitur ordinaria via ſuper his ad rationem ponere dicendo: Quid hic audio de te? &c. At ne cuncta videamur mera inficiatione declinare, rem ordine pandemus, ex qua rumor ille, ſcilicet & de violatione legationis in perſona Phantini contra nos ſuſcitatus eſt. Putamus Serenitati Veſtræ, Frater Chariſſime, per famam innotuiſſe, qualiter olim ſacrum Baſilienſe concilium regnicolis Regni noſtri indixerit, ut ii, qui ad annos diſcretionis perveniſſent, quibus uſus eſſet Evchariſtiæ ſub utraque ſpecie ſumendæ, quique hoc devote petierint taliter, ſcilicet ſub utraque ſpecie communicentur, hac præfatione, ut firmiter credant, non ſub ſpecie panis corpus exangue, ſeu ſub ſpecie vini ſanguinem duntaxat, ſed ſub qualibet ſpecie integrum ſumi Chriſtum, & hæc omnia non per modum tolerantiæ, ſicut interdum peccata tolerat Eccleſia; ſed ut hoc liceat auctoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſanctæ matris Eccleſiæ ſponſæ ejus. In his autem nos referimus ad documenta deſuper edita, ne quid temere vel ſuperflue dicamus, & hoc ſacrificii ritu nos, & parens uterque noſter, & avus quoque uſi ſumus.

Iis prælibatis ad rem pergamus. Poſtquam annuente Domino puro omnium conſenſu, ſincero omnium judicio ad Regalis ſolii faſtigium provecti fuimus, Procuratorem noſtrum apud Sedem Apoſtolicam habere Chriſtianorum Regum more decrevimus; ad quod opus Phantinum ſupradictum pretio conductum adhibuimus, mittentes eum ad Curiam Romani Pontificis tempore Papæ Pii, cum viatico & commeatu affatim, abundeque proviſum: & quia nihil nobis tam cordi hæſit, quam Regnum iſtud olim tam varie diviſum, ut quotquot arces, aut loca munitiora, tot Reges in illo vel ſummæ poteſtates eſſe tentarentur, noſtra tamen opera Divina favente Clementia eo perductum; ut nihil pacatius habeat Germania, æque opera noſtra ſub Apoſtolicæ Sedis obedientia in hoc ritu ab Eccleſia conceſſo, vel decreto unanimiter reduceretur, pro qua re legationes quam plurimas ad Sedem Apoſtolicam feciſſe meminimus. Quadam ergo die Legati noſtri a Romano Pontifice redierunt, cum quibus una venit Phantinus, non tamen ut Procurator noſter, ſed mantello revoluto tamquam Legatus Apoſtolicus, ibi ſacri Baſilienſis concilii compactata damnavit, omnium eorum, quæ noſtri nomine tanquam Procurator in ſe ſuſceperat, factus prævaricator, qui etiam coram conventu Pragenſi palam benevole noſtrum ſe Procuratorem recognoſcebat, ac de culpa & exceſſu pro eo

a no-

Digitized by Google

a nobis ſibi objectis privatim voluit reſpondere. Ibi nos palam dixiſſe meminimus, nos ſub ritu communionis Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie natum, & educatum, in illo ritu juxta ſacri Baſilienſis concilii compactata velle perſiſtere: hoc certe non eſt hæreſim profiteri, vel conteſtari, nihil enim ſub æternæ ſalutis neceſſitate redigimus; ſed hoc ſub determinatione ſanctæ matris Eccleſiæ relinquimus. Phantinum autem prævaricatorem in cuſtodiam duci juſſimus, quem interventu Illuſtris Principis affinis noſtri Cariſſimi Domini Ludovici inferioris ac ſuperioris Bavariæ Ducis ob reverentiam uſurpati Apoſtolicæ legationis tituli leniter tractatum, curatumque dimiſimus. Itaque ſibi parcitum eſt, ignotum eſt, & crimen condonatum eſt; ipſe viderit, qua fronte, qua honeſtate a noſtræ procurationis functione ad Apoſtolicæ legationis officium in eadem cauſa inſciis nobis transmigraverit.

Deinceps Sanctiſſimus Dominus noſter per totas illas literas diætam per nos humiliter, & reverenter petitam, ac optimo zelo noſtræ apud Sedem Apoſtolicam devotionis poſtulatam, aliis rationibus permotus declinat, ac recuſat: rationes autem & exempla per Suam Sanctitatem adducta ex hoc fonte deſcendunt, atque eo tendunt; quia non licet hæreſim ſemel a Synodo ſancta condemnatam, rurſus in diſputationem venire. Ait enim Beatitudo ſua; *Rurſus Diætam indici, in qua hæreſis iterum ventiletur, fruſtra poſtulas &c. minuitur ſacrorum Conciliorum auctoritas, & hæreticorum augetur audacia, ſi hæreſis ſemel damnata denuo in diſputationem ſuſcipiatur*, &c. Ab hac certe ſententia neque nos diſcrepamus, quin etiam hoc amplius adjicimus, quod omnem hæreſim ab Eccleſia damnatam nos quoque, uti Chriſtianum decet Regem, talem tenemus, & reputamus, qualem tenet Eccleſia, in qua manentes cum illa credimus, extra quam non eſt ſalus. Hoc autem non repugnat noſtræ petitioni, nec aliquatenus refragratur; non enim petivimus indici diætam, ut inibi ſuper Huſſitarum, ut refertur, hæreſi diſputetur, id enim ad concordiam, unionem, & tranquillitatem regnicolarum, & Regni minime conduceret, ſed fortaſſe concertantium mentes magis, magisque exaggeraret; ſed ut in tali diæta Apoſtolicæ Sedis indictione auctorata, & legatorum ejus præſentia inſignita, ac Sereniſſimi Domini, & affinis noſtri Romani Imperatoris Auguſti, Veſtræque Serenitatis, aut celeberrimorum Oratorum Veſtrorum, ac Illuſtriſſimorum Principum, Dominorum Coelectorum, ac cæterorum Principum fœderatorum noſtrorum præſentia illuſtrata, Barones ac Satrapæ Regni, cives quoque & urbium habitatores, veteris illius Regni gloriæ admoniti, quæ non niſi ſub Romani Pontificis obedientia recuperari po-

Digitized by Google

poteſt, ac ſervari, piis adhortationibus, & ſuaviſſimis ſuaſionibus ad obedientiam & reverentiam ac conformitatem Eccleſiæ Romanæ illiciantur potius, quam cogantur. Ab hac ſpe neminem diſterreat, ſi quo pro tempore Legati Apoſtolici hoc opus aggreſſi, non ſunt aſſequuti, quod optarunt, & conati ſunt: tunc enim longe major fuit hujus Regni deformitas, & plerumque ſtetit Regnum abſque regente. Fateri enim oportet, ſi vera magis, quam dictu ſpecioſa ſunt dicenda, in hoc Regno permultos errores viguiſſe circa ipſum Eucharistiæ Sacramentum, circa remanentiam panis ſacramentalis (ſic enim illi nuncupabant) & de eo, quod in ſubſtantiam aliti converteretur; ſed & circa decorem ac formam ornamentorum ac veſtium ſacerdotalium, in quibus ſacrificium Miſſæ peragitur, ut de veneratione Sanctorum taceamus, quæ omnia Divina Gratia cooperante usque eo ſunt redacta, ut vix notari poſſit inter Romanæ Eccleſiæ ac iſtum adhuc ſuperſtitem ritum diſcrepantia, vel obſervantiæ alteritas; quæ omnia partim vidit Veſtra Serenitas, de reliquo a fide dignis informata eſt, ut nobis ſuper hoc teſtimonium perhibere poſſit. Et profecto ſi quis piæ mentis vir aciem ſuæ conſiderationis intenderit in ea, quæ jam a triginta vel quadraginta circiter annis in hoc Regno emendata ſunt, plane comprehendet, ea, quæ reſtant, minima fore in reſpectu eorum, quæ tranſacta ſunt, ſeu peracta.

Cenſeat nunc Veſtra Serenitas, num pia fiducialis, & honeſta fuerit noſtra erga Summum Pontificem petitio exhibita; an vero a Sua Sanctitate rationabilius fuerit denegata? Poſtremo Summus Pontifex illas ipſas literas, ultimo loco ad nos datas, hoc modo claudit: *Tuum eſt igitur coram illis comparere; illorum ſubire judicium, & ſententiam exſpectare, quam illi pro ſingulari ſapientia ſua atque doctrina juſtam procul dubio promulgabunt.* Ecce coram illis comparere jubemur, qui nos non vocatos, & inauditos, pro depoſito, & Regio honore deſtitutos tenent, & reputant, qui nos tanquam privatam perſonam evocaverunt, quique nobis ſemeſtre tempus præfinierunt, quo pendenti Romanus Pontifex, a cujus nutu dependet tota eorum poteſtas, nobis non vocatis, & inauditis, obedientiam & ſubjectionem omnium Regni fidelium, quantum in ſe fuit, licet inaniter abſtulit, & interdixit. Num illi Judices factum Romani Pontificis auderent infirmare? quod contra divini, ac naturalis juris, & rationis ordinem, & inſtinctum; quo etiam Princeps legibus humanis licet ſolutus, divino tamen exemplo tenetur obſtrictus, adverſus nos tam inclementer præcipitavit. Quid ergo aliud iis verbis nobis præcipitur, quam vi dicatur: abdica Regnum, & omnem poteſtatem depone, abjice clypeum, projice

Digitized by Google

jice arma, & perge nudus, & inermis ad carnificinam, ut macteris? Porro quis dialecticus hoc aſyſtatum, ſive perplexum enodabit, vel diſſolvet? Si Domini Cardinales deputati Judices ratas faciant literas, quibus Sanctiſſimus Dominus noſter mandavit, omnem obedientiam nobis ſubtrahi, neque de fructibus nobis reſponderi, aut a quoquam pro Rege teneri, quid reliquum manebit, de quo Cardinales & Judices habebunt cognoſcere vel diffinire? Vacuavit enim Sanctitas Sua Judicum poteſtatem, id ſcilicet ſtatuendo, quod cognoſcendum nuper Judicibus fuerat delegatum, Erit ergo Summi Pontificis piiſſimi Patris officium, cunctas pænales literas, omnesque proceſſus, qui ab exequutione ordiuntur, quibusve jus noſtrum, vel poſſeſſio noſtra, honor, aut fama, majeſtas & gloria palpatur, vel attingitur, quæ non vocatis, nec auditis nobis ad cujuscunque etiam fiſci, ac fidei Procuratoris ſuggeſtionem emanarunt, paterna pietate tollere de medio, noſtramque innocentiam in loco rebus gerendis accommodo audire, percipere, tractare, & examinare rigoroſe, ad plenum informationes clementer ſuſcipere, quibus benigne receptis, perfacile erit Romani Pontificis Legatorum, Veſtræque Serenitatis, & aliorum, quos ſupra nominavimus, interventu, deformata reformare, & cuncta, quæ reſtant, debito ordine tranſigere, ac feliciter conſumare. Iis itaque ſuperius deſcriptis rogamus Fraternitatem Veſtram, quatenus dicto Sanctiſſimo Domino noſtro ſupplicare velit, una cum Illuſtribus Principibus amicis noſtris, qui ſimiliter pro nobis intercedunt, quatenus Sua Sanctitas dudum optatam audientiam nobis in loco competenti concedere velit, & nos ſuppliciter orantes in eo gratioſe exaudire, qua nobis data ſperamus in Deum, illa reſpondebimus, quæ Domino Deo grata erunt, & hominibus accepta. Datum Glacii anno Incarnationis MCDLXVI. V. Kalendas Auguſti.

LXXXI.

Georgius Rex Bohemiæ ex caſtris ſcribit Senatui Kuttenbergenſi ſe ſe incurſiones facere in Hungariam, & ubi hoſtis appropinquaverit ſe conflictum cum eo initurum. Ex caſtris ad Weſſele, Anno 1470. *feſto S. Sixti.*

GEORGIUS Dei Gratia Bohemiæ Rex, Marchio Moraviæ.

Honeſti, fideles dilecti, placuit nobis, quod quæratis, & ſcire velitis, ut res noſtræ cedant, optetis denique, ut proſpere omnia accidant.

Digitized by Google

Perſuaſum vobis habete, quod Deo laudes omnia proſpere cedant. Exiſtimus adhuc ſub Hungaricis montibus, & incurſionibus iteratis damna Hungariæ inferimus. Non pridem etiam eo militem noſtrum miſimus, ipſique Regnum Hungariæ ingreſſi ſumus, explorando num populus ſuæ ſalutis conſervandæ ergo non potius caſtra noſtra ſequi velit? At vero hoſtis noſter perpetuo ſtudia nobis adverſa tuetur, contra nos agit, & ſe defendit apud Towaczow. Nos vero præter moram ſollicitabimur, ut ubi nobis appropinquaverit, pugnam cum eodem ineamus confidentes in adjutorio divino, & juſtitia cauſæ noſtræ.

Datum in caſtris ad Weſſele die lunæ Sancti Sixti, anno Domini &c. LXX. ſub ſigillo annuli noſtri.

Ad mandatum Domini Regis.

LXXXII.

Cives Colinenſes certiorem reddunt Wladislaum Regem Bohemiæ civitatem ſuam a Mathia Rege Hungariæ, fuiſſe occupatam, purgant ſe de ſuſpicione infidelitatis, eumque hortantur ad debellandum hoſtem, cui auxilium ſuum pollicentur, de anno 1474.

Sereniſſime Rex Domine Domine noſter Clementiſſime.

Non dubitamus cognitum eſſe Serenitati Veſtræ Regiæ, quod civitas Regni Veſtri *Colin* reciderit in poteſtatem & ſubjectionem Regis Hungariæ. Qua vero de cauſa id factum ſit, & an ad hoc voluntas conſenſus Veſter acceſſerit, ignoramus. Hoc unum ſcimus quod civitas noſtra neque mercimonia marinorum Parthorum, aut de Danubio dictorum Uſslak ferat, e quibus grandiora telonia caperentur, neque in ea aliæ quævis ditiores mercaturæ deprehenduntur, quæ reditus Cameræ Veſtræ multum augere, theſauriſque Veſtris optata incrementa dare poſſent. Id vero maxime formidamus eo vergere conſilia alienigenæ Regis, ut plura alia loca & urbes de hoc Bohemiæ Regno occupet. Idcirco Sereniſſime Rex oratos Vos volumus, ut certiores nos reddatis, an hæc civitatum invaſio de voluntate & conſenſu Veſtro fiat. Non exciderit adhuc memoria Veſtra id conamen fuiſſe Pragenſium & quarundam aliarum civitatum, ut corona Regni Bohemiæ in manus Regis Hungariæ traderetur, iſque nobis dominaretur; quod ſi autem Sereniſſime Rex nos hujus conſilii complices ſuſpicamini, noveritis id nobis præter meritum, culpamque no-

Digitized by Google

noſtram imputari, nihil enim hactenus egit civitas noſtra, quod adverſum fuiſſet obedientiæ & fidelitati Vobis debitæ, cum aliorum perverſa opera infidelitatem eminus oſtentant. Noſtrum contra votum & preces eo collimant, ut ſi ejusmodi terrarum Veſtrarum occupatio citra Voluntatem Veſtram ſit, aſſurgatis in juſto furore, veſtra ore gladii tueamini, & Philoſophi conſilio obediatis, qui ita ſapienter monet: *Principiis obſta.* Quod ut eo audacius Vobis agere liceat, noveritis Sereniſſime Rex auxilium noſtrum vobis fore paratiſſimum, omnibus enim nervis jura Veſtra defendere, quemadmodum id honeſti amantes fidelesque Clientes decet, conabimur. Vos etiam rogantes, ne a quoquam vos induci ſinatis, ut Vobis perſuadeatis malum id a nobis proficiſci. Nam execramur perverſorum conſilia, & quod aliis placet, nobis ſumme diſpicet. Quapropter fidelitatem eam, quam Sacrato Veſtro Sceptro debemus, his literis etiam conteſtamur & confirmamus, Vobis tanquam Domino hæreditario, quousque gutta ſanguinis in venis noſtris ſuperfuerit, obedientiam ſervaturi, & jura Veſtra omnibus viribus adjuturi, ſolam Regiam Veſtram gratiam & amorem in præmium expoſcentes

Serenitatis Veſtræ Regiæ

Fideles ſubditi.

LXXXIII.

Ordines Regni Bohemiæ reſpondent Mathiæ Corvino Regi Hungariæ ad prætenſiones, quas in Regnum Bohemiæ ejusque coronam adverſus Wladislaum II. electum Boemiæ Regem per Legatum Epiſcopum miſerat. De Anno 1474. *ſeu* 1479.

Sereniſſime Rex.

Legationem ſuam Epiſcopus a Tua Serenitate Regia ad Status Regni hujus miſſus rite explevit, e qua non præter admirationem intelleximus Serenitatem Tuam Regiam multas easque graves in hoc Regnum Bohemiæ prætenſiones facere, imo hoc unum conniti probare, quod corona Regni Bohemiæ nemini alteri, quam Tibi competat. Quare minaris valido milite te jura Tua perſecuturum, niſi articulis a Serenitate Tua ad nos transmiſſis ſubſcripſerimus. Nos univerſi Status Regni Bohemiæ matura præhabita deliberatione his unanimiter declaramus: nihil a nobis magis opta-

Digitized by Google

optari quam pacem præſertim cum iis gentibus & Principibus, quibus olim & ab immemorabili tempore fraternæ amicitiæ, & perpetui fœderis vinculo ligati eramus. Pacem colentibus ultro pacem damus, ne quidem ab hoſtibus eam flagitantibus, denegamus. Attamen injurie laceſſiti ad jurium privilegiorumque noſtrorum tutamentum non averſamur pro aris enſes in manus prehendere, & vim vi depellere. Ignoramus enim jus illud, quod vel uni mortalium in Regnum liberrimum, cujuscemodi eſt Regnum Bohemiæ, poſſit competere. Notus invictus Boemorum animus omnibus gentibus, qui nusquam feſſus, nusquam tædio affectus plurima hoſtium pericula depellere ſua virtute novit. Et in memoria recentiſſima Tibi Tuæque genti Rex Sereniſſime procul dubio erit exemplum fortiſſimi Regis noſtri Georgii, qui a Sanctiſſimo Patre noſtro, a Romanorum Imperatore, a Te ipſo, denique ab Electoribus & omnibus Principibus Germaniæ bello petitus ſolo domeſtico fretus auxilio tot validiſſimos hoſtes devicit, & thronum ſuum magnificentiſſimis victoriis exornavit.

Verum ut ad articulos Tuos Rex Sereniſſime, quos per miſſum Tuum nobis porrigi feciſti breviter reſpondeamus: Ait primo Tua Regia Serenitas, quod jus ipſius ad capeſſendum thronum Bohemiæ multo majus atque validius ſit, quam electi a nobis Wladislai Regis eſſe poſſit, ac proinde ſuffragante Tibi omni tam ſacra quam profana & naturali æquitate liceat juſtiſſimam cauſam tuam, & injuriam juribus tuis inuſtam quaqua via demum vindicare, & vi ereptum Tibi Regnum e manibus violenter detinentium eripere ac extorquere. Verum nusquam videt, nusquam cogitatione aſſequitur inclyta Bohema gens, unde tandem Rex Sereniſſime jura iſta repetas. Non quidem a ſanguine & cognationis proximæ vinculo Superiorum Regum Bohemiæ Majorumque noſtrorum, nam vel ipſe nunquam affirmare auſurus es Stirpem & genus tuum a gente noſtra, multo minus a Regibus noſtris vel per latus fæmineum deſcendiſſe. Quod filiam Georgii Regis Bohemiæ matrimonio junctam habueris, inde in Te Tuosque nihil infuſum Regii ſanguinis, poſteaquam illam ante annos plurimos improlem demortuam non ignoramus. Et vero Tu ipſe Rex Sereniſſime literis Tuis, quas illibatas rei huic in teſtimonium ſedulo conſervamus, teſtatus es Wladislaum Regio per Alberti filiam Bohemo ſanguine ſatum, quod nec Legatus Epiſcopus Tuus nec fautores amicique Tui negant. Fortius autem ſanguinis eſſe jus, & validius vinculum quam affinitatis vel Tu ipſe non inficiaberis. Neque etiam incolarum Bohemiæ univerſorumque Regni Statuum electio jus tibi quodpiam ad coronam Boemiæ conceſſit, quandoquidem omnium teſtimonio & ipſarum Regiarum Tabu-

la-

Digitized by Google

ſuum illo roboratum habemus Sereniſſimum noſtrum Wladislaum ab univerſis Dominis, Equitibus, civitatibus, iisque, quibus jus eligendi Regem Bohemiæ competit, potiſſimis ſuffragiis fuiſſe expetitum, rite electum, in Regem Dominumque ſuſceptum, approbatum, præconiſatum, inauguratum, coronatum, imo ab ipſo dein Sanctiſſimo Patre Regem Bohemiæ agnitum, cum pauciſſimi nonniſi partes Regiæ Tuæ Serenitatis ſecuti ſunt, quorum maximus numerus jam a Te deſcivit, reliqui, ut volentes nolentesque ceterorum concivium ſuffragiis ſe conforment, eſt neceſſe.

Alterum eſt, obtendis Rex Sereniſſime ideo maxime tibi Regni Bohemiæ coronam Hungariæ adnectendi cordi eſſe, ut eo melius & validius rei Chriſtianæ præſertim in Bohemia proſpiciatur, eidemque Regno pridem optatam pacem Tua providentia & ſagacitate procures. At vero non depoſuere incolæ noſtri adhuc funeſtam acerbiſſimamque bellorum Tuorum memoriam, fumant adhuc urbes, caſtra & oppida ex militum tuorum flammis, & tot civitatum rudera, Boemorum funera, civium deprædatio, pauperies & luctus Te gentemque tuam authores oſtentant. Feliciſſimos ſe Bohemi deputabunt, ſi a Te uno ſoloque Rex Sereniſſime, pacem impetraverint, ſi ab æquitate Tua, quid enim ab ea non exſpectent, tranquillitatem & priſtinæ amicitiæ beneficium conſecuti fuerint. Nam, quod Deo in acceptis referendum, a ceteris vicinis nihil prorſum hoſtilitatis formidant, quibuscum concordiæ, imo etiam ſocietatis foedera integre ſancita ſunt. Et quanquam heroica Tua virtus, & Chriſtianiſſima mens Regno Bohemiæ nonniſi fauſtiſſima quæque polliceri poſſit, confidimus tamen in ſupremi Numinis gratiam, quod rem ſuam non ſegnius aget juvenis Rex noſter Wladislaus, qui Chriſtianiſſimorum parentum prognatus ſemine a prima pueritia optimis Chriſti præceptis inſtitutus eſt, id unum cogitat, id unum quærit, ut Chriſtianæ Religionis decora magis magisque extollantur. Et non alio quidem fine ille inter tot Regni candidatos delectus, quam quod gens Bohema ſperet per illum & patris Sui Regis auxilium maxime provehendum Dei honorem, fidem Chriſtianam ſublimandam; populi noſtri & linguæ Slavonicæ gloriam exaltandam, procurandam dein Regni tranquillitatem, procurandum civium commune bonum, denique exterminandam illam bellandi veſanam pruriginem, quæ hactenus tam copioſum innocuum Chriſtianum ſanguinem profundere auſa. Ut ita aurea ſibi reditura ſperet ſæcula Bohemia, niſi a Te Tuaque gente Rex Sereniſſime turbentur & proculcentur. Quod quidem ab æquitate Tua & fidei Chriſtianæ amore nemo ſanus exſpectaverit, timueritve.

Digitized by Google

Tertio ad oſtendendum pacificum animum Tuum Rex Sereniſſime Te Sanctiſſimi Patris ſententia & judicio contentum futurum innuis, quare petis, ut controverſia hæc de jure Regni Bohemiæ, utrumne Tibi an Wladislao competat? ad Sedem Pontificiam deferatur, Tecumque inclytus Rex noſter Wladislaus Romanum Pontificem ad cognoſcendam cauſam accedat. Quanquam juvenis Rex noſter univerſique Status Regni Bohemiæ de æquitate Sanctiſſimi Patris noſtri minime dubitent, proſpiciantque juſtiſſimam cauſam ſuam iſthic triumphaturam, tamen quia id inauditum Regno noſtro, adverſumque libertati, conſtitutionibus, & juribus vetuſtiſſimis Regni hujus, conditionem hanc ſuſcipere merito refugit animus. In cæteris nihil prætermiſſurus eſt Rex noſter Sereniſſimus, ubi ubi res ad Eccleſiam, fidei capita, Chriſtianamque Religionem ſpectabit, reverentiam & obedientiam tanquam Chriſti Vicario deferre, quamobrem autem de corona ſibi legitime impoſita Tecum Sedem Pontificiam adeat, & de re juſtiſſima judicium & ſententiam alterius expoſcat, neceſſe minime habet, præſertim poſteaquam jam Eidem Sanctiſſimo ſuam in hoc Regnum ſublimationem, omnium Ordinum Bohemiæ in electionem Suam unanimem conſenſum per miſſos ſuos rite intimavit, quam Sanctiſſimus ratam habere viſus, cum non modo ei de hac ſublimatione gratulatus ſit, ſed & eum in literis ſuis jam Regis Bohemiæ titulo nobilitaverit. Quodſi autem Rex Sereniſſime jura tua læſa deputas, per nos licet, ad Sanctitatem Suam cauſam Tuam age, Wladislai Regis noſtraque intererit jura Tua, quæ prorſum nulla ſunt, refellere, & non modo Sanctiſſimo, ſed univerſo Chriſtiano orbi palam facere, quod Tibi ne minimum quidem jus in Regnum Bohemiæ competat. Ceterum geſturus eſt inclytus Rex noſter Se ſemper ea erga Sanctiſſimum obſervantia, quæ filium eccleſiæ & Principem Chriſtianum decet.

Quartus articulus Tuus Rex Sereniſſime id complectitur, quod Wladislao non quidem jus ad coronam Bohemiæ diſputes, ſed non prius atque poſt mortem Tuam eandem Illi competere aſſeras. Quapropter cupis, ut jam Tu quoque ad coronationem admittaris, & ſubinde Wladislai ætati ad regendum adhuc minus idoneæ Tutor conſtituaris. Wladislaus jam vivente glorioſiſſimo Rege noſtro Georgio ab Ordinibus Bohemiæ Rex deſignatus fuit, demum in regnum vocatus, rite electus, coronatusque. Non fert cœlum duos ſoles, minus Bohemia duos Reges. Nec vero Wladislao Regi noſtro Tutore aliquo opus eſt. Habuit is Patrem Tutorem

rem ſuum eo usque, dum ſub patria poteſtate fuit, nunc in Regem & Dominum noſtrum electus tutelæ modum cenſuramque evaſit. Liberum eſt per Regni Conſtitutiones Ordinibus Bohemiæ tutelæ annos finesque prorogare aut reſtringere. Sententia noſtra omni ejus vinculo abſolutus eſt, neque neceſſum eſt hujus Ordinum ſententiæ rationem Tibi Rex Sereniſſime, aut cuicui demum alienigenæ reddere. Ceterum providebit prudentia & dexteritas inclytorum Statuum Boemiæ, ut Wladislai juvenilis ætas expertorum Virorum conſiliis adjuvetur. Cetera deſunt.

LXXXIV.

Georgs Warkotz von Napſchitz Revers, belangendt die Comenturey in klein Delſen, darauf er ſeiner ausſtehenden Schulden halber verwieſen worden. dd. Stuelweiſſenburg den 13. Februarii An. 1543.

Ich Georg Warkotz von Napſchitz, Röm. K. Mt. ꝛc. Hartſchier-Haubtmann und Veld Marſchalh ꝛc. bekenne, alß mir der Allerdurchleüchtigiſt Fürſt, und Herr Herr Ferdinand, Röm. auch zu Ungern und Behaim ꝛc. Khunig, Inffant in Hiſpanien, Ertz-Herczog zu Oſterreich, Marggraff zu Merhern, und Lauſitz ꝛc. Graf zu Tyroll ꝛc. mein Allergenedigiſter Herr, ain Summa Gelts, benentlich, drey tauſendt, ſieben hundert fünff und ſechzig Gulden Reiniſch, und dreiſſig Creutzer zwen pfennig, ye für ain gulden funffzehen Patzen, oder Sechzig Creutzer gerechnet, von wegen meiner Dienſt, ſo mir Ir Mt. im Land zu Hungern, laut aines auszugs, und abrechnung ſchuldig blieben, auf dem Hauß der Commentheurey zur clein Olſen, und deſſelben zuegehörungen, auch dieſelb Commentheurey ſonſt etlicher maſſen verſchrieben, welche Verſchreibung von wort zu wort alſo laut, wie hernach volgt:

Wir Ferdinand von Gottes Genaden Römiſcher Künig, zu allen zeiten Merer des Reichs, in Germanien, zu Hungern, Behaim, Dalmatien, Croatien ꝛc. Khunig, Infant in Hiſpanien, Ertz-Hertzog zu Oſterreich, Marggraffe zu Merhern, Herczog zu Lu-

tzemburg, und in Sleſien, Marggrafe zu Lauſitz ꝛc. bekennen [illegible]
uns, unſer Erben, und Nachkommen offentlich mit dieſem [illegible]
Nachdeme uns der geſtreng unſer getreuer lieber Georg [illegible]
von Ropſchitz, unſer Hauptmann über unſer Hartſchier, [illegible]
viel Jar her, und fürnemblich auch in Jüngſt verprachten [illegible]
Hungern als Veld-Marſchalch unſeres Kriegs Volgs daſelb[illegible]
dan vormahls auf vorigen Veldzugen, auch Potſchafften, [illegible]
deren unſeren ſachen, treülich, redlich, und aufrichtiglich ge[illegible]
und Jme an berürten ſeinen verdienen, lauth ſeiner habenden [illegible]
zug, und Verſchreibung, ſo Er uns gegen dieſer unſer Ver[illegible]
wieder herausgeben, noch drei tauſendt Sieben hundert f[illegible]
Sechtzig gulden Reiniſch, dreisſig Creutzer, zwen pfennig [illegible]
ein gulden funffzehen patzen, oder ſechzig Kreutzer gerechnet [illegible]
bezalt ausſtehen, daß wir darauff von gedachten unſerem [illegible]
ſchier-Haubtmann dem Warkotzen jetzo unterthenıglich erſucht, [illegible]
angelangt worden, Jme berürte ſeine hinderſtellig ſchuldt [illegible]
tauſendt ſieben hundert fünff und ſechzig gulden Reiniſch [illegible]
Creutzer, zween pfennig obbemelter werung auf den [illegible]
Comentheurey zur Clain Olſen, und deſſelben zugehörigen [illegible]
ben zu verweiſen; alſo daß Er bemelte Commentheurey pfand[illegible]
gnadenweiß ſein leben lang Jnne haben, und wann er mit [illegible]
gangen, daß alsdann angezeigte Summa ſeinen Erben, oder [illegible]
er dieſelb gönnen, durch uns, und unſer Erben, oder Jma[illegible]
des Orden wegen wieder bezalt, oder in ander weeg vergnüget, [illegible]
vorwieſen werden, und ſolche Comentheurey alsdann [illegible]
derumb frey ſein, und zum Orden fallen ſolle. Und diewei[illegible]
den gemelten Warkotzen in-anſehung angeregter ſeiner dies[illegible]
thanen Redlichen getreuen, und aufrichtigen dienſte mit [illegible]
naden genaigt, So haben Wir Jme angezeigt ſein beger[illegible]
Verweiſung berürter ausſtendigen ſchuld der drei tauſendt [illegible]
hundert fünff und Sechtzig gulden Reiniſch, dreisſig Kre[illegible]
zween pfennig, obberürter werung, auf vorbenante Comm[illegible]
rey und Hauß zur Clain Olſen genediglich bewilligt, [illegible]
verſicheren, und verſchreiben Jme obbemelte Summa [illegible]

be-

emelter Comentheuren und hauß zur Clain [illegible] mit aller, und
der derſelben ein und zugehörung, hiemit [illegible]ſentlich, und in
Crafft dits unſeres brieffs aus behmiſcher Kuniglicher macht, alſo
daß gedachter Warkotz ſolich Commentheuren und hauß von uns
uf ſein lebenlag pfandts und gnaden weiß innhaben, nutzen, nieſ-
ſen, und gebräuchen ſolle, wie pfandts Recht iſt von uns, unſe-
ren Erben, und nachkommen auch denſelben Orden, und ſonſt men-
niglich unvorhindert. Und nachdem auch zu deſt merer becreffti-
gung durch unſer Verweiſung, und Vorſchreibung des Erwirdi-
gen Wolgebornen Unſers andechtigen, und lieben getreuen Johan-
nes Eltern von Wartemberg als Obriſten Maiſter des böhmiſchen
Priorats Sanndt Johannes Orden zu Strakonitz Conſens für
dienſtlich angeſehen, darumb er auch durch uns genediglich er-
ſucht worden, hat er der jetzt gedachte vonn Strakonitz ſolchen ſei-
nen Conſens laut eines Mißifs, ſo er unns auf unſer derhalben ge-
than erſuchen antwurts-weiß zugeſchrieben, auch gegeben, doch
daneben von uns ein Mageſtat brieff, und gegen Verſicherunge, und
vom gedachten Warkotzen ain Revers der Correſpondenns halben
begert, daß wir zu baiden tailen ſeinem begeren, und der billichkait
nach zuvollziehen erbiettig ſein. Es ſolle auch meer gedachter
Warkotz ſich gegen gemelten gegenwurtigen, und ainen jeden künf-
tigen Maiſter von Strakonitz mit dem Correſpondiren auch hal-
tung des Gottesdienſts, und in ander weeg die vorigen Comen-
theur gethan, zuhalten und gehorſam zu laiſten ſchuldig ſein, und
die leuth und underthan zu ſolcher Comentheuren gehörig wider
alt hergebrachte gewohnheit mit nicht beſchweren, Uns oder dem Or-
den von der Comentheuren, und Jr zugehörung nichts entziehen
laſſenn, inmaſſen Er ſich gegen uns derhalben inſonderheit durch
ein Revers und gegenbrieff vorſchrieben. Wir haben Jme auch
auf ſein underthenig bitten genedigiſt zugelaſſen, und bewilliget,
daß Er uf dem Hauß berürter Comentheuren zur Clain Olſen und
ſeiner zugehörung ain tauſendt gulden Reiniſch der notturfft nach
Verpauen mug, und was er alſo an ſolichen ain tauſend gulden
verpauen, und mit guten ſchein dargethan würdet, das ſolle ſei-

Digitized by Google

nen Erben zu der abtrettunge durch den orden neben obbemelter Summa wieder [illegible], und vorgenüget werden. Doch ſo wollen wir hierinn unſer Kuniglichen Hochaiten, als Schätz, Perckwerch, Schwartz- und Rot-wildt, gejaidt, geiſtlich und weltlich Lehenſchafften, und dergleichen unſere Regalien uns und unſeren nachkommen auch nach ſeinen des Warkotzen tödtlichen abgang uns, unſeren Erben nachkomben, und auch dem Orden die wiederlöſung gentzlich und frei vorbehalten haben, welicher löſung ſein Erben und nachkomben gegen erlegung obbeſtimbter Summa und Paugelts, jederzeit, wann wir, oder der Orden ſöllichs begeren, an ainige waigerung ſtat zuthun ſchuldig ſein, auch ſölich Comentherey und Hauß Clain Olſen mit aller Irer zuegehörung allermaſſen, wie ſie ſolches eingenomben, Inngehabt, und genoſſen haben, an dem ainkomben, und allen anderen ungeſchmelert, ungemindert, und an ainigen abgang wieder abzutretten ſchuldig ſein; ongeverde, mit urkundt dits brieffs verfertiget mit unſerem Kuniglichen anhangenden Inſiegel. Geben auf unſeren Kuniglichen Schloß Prag den Sechſten Tag des Monaths Februarii nach Chriſti unſeres lieben Herren geburt im funffzehen hundert, und drei und vierzigiſten, unſerer Reiche des Römiſchen im dreizehenden, und der anderen im Siebenzehenden Jare. Daß demnach darauff der Hochgedachten Römiſchen Kuniglichen Mageſtät Meinem Allergenedigiſten Herren hab ich obgedachter Georg Warkotz für mich, mein Erben, und nachkomben zugeſaget, gelobet, und verſprochen bey der pflicht, damit ich Jr Mageſtat inſonderheit verwandt bin, darunder ich mich, mein Erben, und nachkomben verpinde, alles das, ſo in hieroben gemelter Vorſchreibung begrieffen, in allen puncten, clauſeln, articln, und begreiffungen war, ſteet und veſt zuhalten, darwieder in keiner weiß, noch weeg nicht zuthuen. Deß zu urkundt hab ich gedachter Georg Warkotz dieſe meine gegen-Verſchreibung mit meinen aigen Secret, und hand unterſchrieben vorfertigt. Geſcheen, und geben zu Stuelweiſſenburg am dreizehenden tag des Monats februarii, nach Chriſti unſeres Herren geburt, im funffzehen hundert, und drei und vierzigſten Jare.

(L.S.) Georg Warkotz.

Digitized by Google

LXXXV.

Iſabella Regina Hungariæ tradit Wenceslao Navoy certos fundos in Diſtrictu Strzelecenſi: dd. Varſchaviæ die Jovis poſt novum annum Anno 1556.

Nos *Iſabella* Dei Gratia Regina *Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ* &c. Recognoſcimus pro nobis, & pro filio noſtro Chariſſimo, utpote ſuprema Tutrix ejusdem, Ducis, & Domini hæreditarii Ducatus *Oppolienſis*, ſuperioris *Glogoviæ*, & *Ratiborienſis*, hæredibus ac ſucceſſoribus ejus his literis, coram omnibus & ſingulis, præcipue ubi legentur, aut legi audientur, quod conſiderantes fidelia, & ſedula ſervitia, quæ nobis exhibuit, & exhibere non ceſſat Conſiliarius & Locumtenens noſter in Ducatu *Opolienſi* & *Ratiborienſi* fidelis noſter dilectus *Wenceslaus Navoy de Duolny* in *Strnadlicz*, dedimus eidem, & virtute præſentium literarum damus ex gratia noſtra Regia pro his ſedulis ſervitiis pagum noſtrum *Dubna* in diſtrictu noſtro *Strzelecenſi* jacentem, cum duobus laneis agrorum, *Polonicorum* laneorum; qui antea hujus nominati *Navoy* fuerant, & Prædeceſſores noſtri Duces *Oppolienſes* ad manus ſuas perduxerunt, ante civitatem noſtram *Strelecz*, cum piſcina in fundo *Dumbrow*, quæ nominatur *Lunak*, ita quod prædictus *Navoy* cum hæredibus & ſucceſſoribus ſuis prænominatum pagum, cum laneis agrorum, & piſcina habere, tenere, frui, & poſſidere poterit cum cenſibus, ſervitiis, laboribus, ruſticis, hortulanis, cum omnibus fructibus, & uſibus & appertinentiis, prout hæc omnia nos ipſi habuimus, tenuimus, & uſi fuimus, cum ſubditis appertinentibus Eccleſiæ & Parochiæ hujus pagi, cum ſylvis, pratis, in longitudine, & latitudine, prout hic pagus, & lanei ab antiquo in limitibus ſuis conſiſtebant, & prout ab antiquo ab aliis hæc emenſa, & limitata fuerunt, ita quod ſupra nominatus *Nawoy* hunc pagum, cum laneis, piſcina & molendino habere, tenere, uti, vendere, dare, oppignorare, commutare poterit, cum hæredibus ſuis, cum his agere, prout ei optime videbitur, ſicut cum ſuis propriis hæreditatibus, ſine impedimento noſtro, filii noſtri Chariſſimi, hæredum & ſucceſſorum ejus, & omnium futurorum Dominorum *Strzelecenſium*. Item ei, ejus hæredibus & ſucceſſoribus hoc addere dignamur, quod piſcinam poſſidere, reparare in longitudine & latitudine ac altitudine; prout ei neceſſe fuerit, fundi terram *Dumbrovsky* nominati uſurpare, & ligna pro reparatione recipere toties quoties

Digitized by Google

ties ipſi neceſſe videbitur, poterit. Item ad piſcinam molendinum ille aut hæredes ejus ædificare poterunt, ac molitor, qui ibidem fuerit, paſcere in fundo *Dumbrowsky* poterit, ac ligna pro uſu ſuo vario recipere, attamen nobis & ſucceſſoribus noſtris abſque damno & præjudicio. In cujus rei teſtimonium & fidem ſigillum Majeſtatis appendi juſſimus cum certa ſcientia, & voluntate noſtra. Huic præſentes fuerunt multum potentes, & præcipue chari Conſiliarii noſtri, *Nicolaus Tikowsky* Caſtellanus *Ziarnovienſis* Præfectus aulæ noſtræ, *Stanislaus Ligenza* noſter Pocžaſſ, *Joann Malusky*, Menſæ noſtræ Præfectus, Nicolaus *Zborzinsky*, Menſæ noſtræ Stabuli Præfectus, *Wenceslaus Bius*, & alii plures.

Datum *Varſchaviæ* die Jovis poſt novum annum, Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto.

Iſabella.

LXXXVI.

Iſabella Regina Hungariæ concedit Joanni Zirowsky locum apud Monaſterium Oppolienſe, ut pro habitatione ſua ibidem domum ſibi ædificare, & 600. oves ad Regiam villam Scibidlovicenſem paſcere poſſit. dd. Varſchaviæ die Jovis poſt novum annum Anno 1556.

Nos *Iſabella* Dei Gratia Regina *Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, &c. Suprema Tutrix Sereniſſimi Principis & Domini *Sigismundi* Regis *Hungariæ*, Ducis *Sileſiæ*, *Oppolienſis*, *Ratiborienſis*, & ſuperioris *Glogoviæ* &c. Filii noſtri Chariſſimi; recognoſcimus his literis noſtris communiter coram omnibus, ubicunque legentur, vel legi audientur, præſentibus & futuris, quod advertentes ſedula, fidelia, & continua ſervitia ſtrenui Capitanei noſtri Oppolienſis fidelis dilecti *Joannis Zirowsky de Ziro*, & in *Sczepanowicz*, quæ nobis exhibet, & exhibere non ceſſat, de gratia noſtra Regia, dederimus, & virtute harum litterarum demus ei, & omnibus hæredibus ac ſucceſſoribus ejus in *Sczepanowicz* locum monaſterii inferioris in horto, in civitate *Oppolienſi*, pro extructione domus, horti, vel quidcunque ibidem ædificare voluerit, incipiendo a domo Dominorum *Chmielik*, usque ad viam, quæ ducit ad braxatorium civitatis, & a braxatorio civitatis penes hanc viam, usque ad braxatorium *Adalberti Sluby*, ubi ſeps exiſtit, & ab hujus braxatorii cornu usque ad cubile fa-

mi-

Digitized by Google

miliæ monaſterii per hortum, apud quem fons eſt; ita quod prætactus *Joannes Zirowsky*, omnes hæredes & ſucceſſores ejus proximi, hæc omnia, quæ ſupra ſcribuntur, poterunt habere omnimode libere, hoc fundo uti, eum poſſidere quiete, ſine omnibus ſolutionibus & oneribus, noſtris & civitatis quibuscunque, & in quiete permanere absque ullo incommodo noſtro, hæredum, & ſucceſſorum noſtrorum Ducum & Dominorum *Oppolienſium*. Item adhuc eidem ſupra nominato *Zirowsky* ex gratia noſtra Regia dedimus, & virtute harum literarum damus, & omnibus hæredibus & ſucceſſoribus ejus in *Scepanowicz*, & Dominis *Sedlicenſibus* modernis & deinde futuris in tempora perpetua concedimus, ut ſexcentas oves libere apud villam noſtram *Schidlovicenſem* in diſtrictu noſtro *Nemodlinenſi* exiſtentem paſcere poſſint, prout & paſcua pro vaccis in pratis *Schidlovicenſibus*; Item ſectiones lignorum pro ædificio in eisdem ſylvis illis admittimus. Ita quod ſupra ſcriptus *Joannes Zirowsky*, hæredes & ſucceſſores ejus proximiores his omnibus, quæ ſupra ſcribuntur, uti libere, habere, poſſidere, illis frui, ſicuti ſuis propriis hæreditatibus ſine omni impedimento noſtro, hæredum, & ſucceſſorum noſtrorum Ducum & Dominorum *Oppolienſium* & *Nemodlinenſium* poterunt, eciam pro volunte ſua in bonum ſuum convertere, prout illis optimum videbitur, hæc vendere, oppignorare, commutare, dare juxta ſuum beneplacitum voluntatis. In cujus rei teſtimonium, ac pro majori evidentia & firmitate ſigillum Regium Majeſtatis noſtræ cum certa ſcientia noſtra his literis appendi juſſimus. Datæ & ſcriptæ *Varſchaviæ* die Jovis poſt novum annum; Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto. Quibus præſentes fuerunt Nobiles Domini, Dominus *Petrus Boratinsky* Caſtellanus *Przemislenſis*, & *Staroſta Samborienſis*, *Wenceslaus Tikowsky* Caſtellanus *Ziarnovienſis* & Præfectus aulæ noſtræ, *Stanislaus Ligenza de Boberk* in *Boleslavia* & Capitaneus noſter *Prudnicenſis*, & ſupremus Director *Sanacenſis*, *Stanislaus Nieſcowsky* Podſkarby noſter, *Henricus Luntzky*, cui literæ hæ commiſſæ ſunt.

Iſabella Regina.

LXXXVII.

Iſabellæ Reginæ Hungariæ Privilegium civitati Oppolienſi datum, ne advenæ pannum in civitate per ulnas vendant. *dd. Leopoli Ruthenorum, die S. Jacobi Anno* 1556.

ISABELLA DEI Gratia Regina *Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croaciæ* &c. Significatum, & teſtatum eſſe volumus univerſis & ſingulis, quorum intereſt, cujuscunque ſtatus, vel condicionis homines, quibuscunque præſencium literarum noſtrarum legendi, videndi, vel audiendi poteſtas dabitur; Quod nos loco, & nomine Sereniſſimi & Potentiſſimi Principis & Domini *Joannis Sigismundi*, Domini *Joannis* olim Sanɕte memorie Regis *Hungarie* &c. filii Ducis *Oppolienſis*, *Ratiborienſis*, & ſuperioris *Glogoviæ* &c. filii noſtri Sereniſſimi Auɕtoritate tutelæ noſtræ clementem habentes rationem tam interceſſionum certorum Conſiliariorum noſtrorum, quam fideliſſimorum ſervitiorum Senatus, & civitatis *Oppolienſis*, diɕtæ civitati noſtræ filii noſtri Sereniſſimi *Oppolien.* ſpecimen gratiæ noſtræ Regalis oſtendendum & poſteritati relinquendum clementer conſtituimus. Et ſiquidem diɕtæ civitatis noſtræ incolæ & concives non contemnendis moleſtiis per advenas, convenas, & peregrinos mercatores, vel inſtitores afficiuntur, qui tempore nundinarum ex aliis civitatibus & oppidis convolare, & confluere, atque pannum tam *Lugdunenſem*, quam etiam alium communem ulna vendere, & ſcindere ſolent, quæ venditio panni cum ulna non tantum in detrimentum & jaɕturam rerum, ſed etiam ad perpetuum interitum, & exitium ſubditorum noſtrorum concivium *Oppolienſium* tenderet, ſi diucius tolleraretur. Conſtituimus ergo auɕtoritate præſencium ſerio mandantes, & omnino habere volentes; ne poſthac ulli mercatorum, inſtitorum vel negotiatorum, nec alicui alii, ſit cujuscunque condicionis, homini permittatur, vel concedatur ejusmodi ſciſſio vel venditio panni cum ulna, in vel extra civitatem noſtram *Oppolienſem*, neque tempore nundinarum, neque extra nundinarum tempus. Quotiescunque vero aliquis advenarum vel peregrinorum, ſit cujuscunque dignitatis, vel conditionis hominum, in ipſis nundinis, vel extra nundinas in vel extra civitatem *Oppolienſem*, interdicendo & incipiendo a proximo feſto *Omnium Sanɕtorum*, comprehenſus fuerit, qui pannum ſcindere, vel ulna vendere auſus eſſet, is mercium ſuarum, vel ſtaminum panni jaɕturam faciet, vel juxta cenſuram Senatus noſtræ civitatis *Oppolienſis*, puniri

niri debet, quo ſit exemplo aliis. Volumus enim, & concedimus clementer, ut tantum civibus, incolisque civitatis noſtræ *Oppolienſis* ſubditis noſtris fidelibus dilectis licitum ſit omnis generis pannum ſcindere, & ulna vendere. Is autem, qui negotiationem & mercaturam cum panno exercere, & ulna vendere, vel ſcindere voluerit, annuatim ad Cammeram noſtram talerum unum ſolvet. Preterea etiam dictæ civitati noſtræ *Oppolienſi* per preſentes manu noſtra Regali ſubſcriptas clementer damus, & concedimus in reſtaurationem pontium, platearum & viarum publicarum VI. a proximo feſto *omnium Sanctorum* incipiendo a quolibet cum onerato parvo vel magno in qualibet porta civitatis pontalium duos denarios *Sileſiticos* ſemper accipiant. In majorem horum omnium confirmationem & approbationem committimus per præſentes omnibus noſtris locumtenentibus Capitaneis, Vice-Capitaneis, & Officialibus, præſentibus & futuris, ut in his omnibus dictam civitatem noſtram *Oppolienſem*, ſenatores & incolas dictæ civitatis conſervent, & tueantur, neque aliter faciant. In evidentius rei teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum appendi curavimus. Actum & datum *Leopoli Ruthenorum* ipſo die divi *Jacobi* Apoſtoli, anno MDLVI. Præſentibus Magnificis, Generoſis, & Nobilibus *Nicolao Czykowsky* Caſtellano *Zarnovienſi* Conſiliario & Curiæ noſtræ Præfecto, *Stanislao Lygenza de Boberg* in *Boleslaw*, ſupremo noſtro Pocillatore, Capitaneo *Prudnicenſi*, & locumtenente *Sanocenſi*, *Stanislao Niczowsky de Zroczicza* Theſaurario noſtro, *Michaele Czakio* Cancellario, & Paulo *Hannoldi Lignicenſi* Cameræ noſtræ Secretario, cui præſentes erant commiſſæ.

Ysabella Regina.

LXXXVIII.

Pius V. Epiſcopo Nitrienſi concedit facultatem extra tempora a Jure ſtatuta quoſcunque Clericos ad ſacros Ordines promovendi. dd. Romæ 1567. die 20. Auguſti.

PIUS.

Venerabilis frater. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Exigit tuorum magnitudo meritorum, quibus Nos & Romanam revereis Eccleſiam, ut te ſpecialibus favoribus & gratiis proſequentes, ea tibi favo-

Digitized by Google

vorabiliter concedamus, per que auctoritati tue ſalubriter conſulatur, & tu tamen Dioceſanis tuis, quam aliis perſonis ad te confluentibus reddere valeas gratioſum. Exponi ſane nobis nuper feciſti, quod cum civitas ac Diœceſis tuá ob malam temporum conditionem jam diu variis exagitata hereſibus fluctuet, ac perſonis Eccleſiaſticis, que fide Catholica imbuta illam ab hereticorum conatibus ſecure defendant, mirum in modum quandocunque indigeat; ſi tibi perſonas tue & aliene Dioceſi ad te tamen cum literis dimiſſorialibus ordinariorum ſuorum, undequaque confluentes, quas ad hoc habiles & idoneas reputares, ut celerius optatos exhiberent fructus, ac alias pro Divini cultus augmento, clericali caractere inſigniendi, & ad omnes & ſacros & Presbiteratus ordines promovendi extra tempora a Jure ſtatuta licentia concederetur. Ex hoc profecto & auctoritati tuæ, & fidei Catholicæ augmento, hereſumque extirpationi aliqualiter conſultum fores. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi in premiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui hereſium extirpationem, & divini cultus augmentum noſtris potiſſime temporibus ſincero deſideramus affectu, te a quibusvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & penis a Jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum preſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes humillimis ſupplicationibus inclinati; Fraternitati tue, ut quascunque perſonas tue & aliene Dioceſis, ad te tamen cum literis dimiſſorialibus ordinariorum ſuorum undequaque confluentes, quas ad hoc prævio examine habiles & idoneas reputaveris, & ſi illæ ex quocunque illicito coitu genitæ, vel alias defectum natalium patiantur, clericali caractere inſigniri, & ſic inſignitos ad omnes & ſacros & Presbiteratus ordines & extra tempora a Jure ſtatuta, quatenus ætati, vel neceſſitati, aut publicæ utilitati, ita ſibi expedire videbitur, promovere, illi vero eos recipere poſſitis & valeatis, authoritate Apoſtolica per preſentes concedimus & indulgemus. Non obſtantibus premiſſis ac defectu hujusmodi, nec non Pictaven. Concilii, & quibusvis aliis Apoſtolicis, nec non in Provincialibus & Synodalibus conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitucionibus, & ordinacionibus, ac quibusvis, ac juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & conſuetudinibus ceteriſque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XX. Auguſti M. D. LXVII. Pontificatus noſtri anno ſecundo. Cæ. GLORIERIUS.

Epiſcopo Nitrienſi in Hungariæ Regno. LXXXIX.

Digitized by Google

LXXXIX.

Rudolphi ſecundi Imperatoris Diploma gentilitium armorum pro Stephano Perger a Perge Hungaro Croata, dd. Viennæ prima Maji, Anno 1583.

RUDOLPHUS Secundus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac *Germaniæ*, *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæque* Rex, Archidux *Auſtriæ*, Marchio *Moraviæ*, *Lucemburgenſis* & *Syleſiæ* Dux, *Luſatiæque* Marchio &c. Ad perpetuam rei memoriam. Cumprimum ad faſtigium & apicem Imperialis dignitatis Summi Dei optimi Maximi benignitate evecti ſumus, nihil prius & antiquius habuimus, quam ut veſtigiis Prædeceſſorum noſtrorum divorum *Romanorum*, & Sereniſſimorum *Hungariæ* & *Bohemiæ* Regum, tum etiam *Auſtriæ* Archiducum inſiſtentes, eos homines, qui virtutibus eximiis officiis in inclytam noſtram *Auſtriacam* familiam ab iis profectis conſpicui & clari, & pro communi *Chriſtiani* nominis ſalute adverſus immaniſſimum, & hæreditarium hoſtem *Turcam* vires, facultates, & vitam denique ipſam impendere, & erogare non deſtiterunt, gratiis & donationibus noſtris Cæſareis præ aliis munifice donaremus, & condecoraremus, ut exemplis ipſorum alii excitati ad ejusmodi ſplendidum virtutis vere nobilitantis nomen acquirendum omni ſtudio & diligentia anniterentur; Cogitamus enim eorundem divorum Imperatorum, & Regum *Bohemiæ* more eos, quos placuit Summo Deo virtute, ſuisque donis ornare, iis ad exemplum Dei benefacere præ aliis, & noſtro teſtimonio comprobare, aliisque honorandos proponere, & ut homines alii aliis virtute antecellunt; ita etiam eos, qui recta voluntate, promptitudine, atque facultate de nobis mereri poſſint, & bene merentur, favore gratiaque noſtra Cæſarea proſequi. Itaque cum Majeſtati noſtræ Cæſareæ egregius *Stephanus Perger* humillime expoſuiſſet, prædeceſſores ſuos a longiſſimis temporibus originem ſuam in Regno noſtro *Croatiæ* duxiſſe, ibique poſſeſſiones & bona ſua habuiſſe, quæ tamen ſucceſſu temporis ab immaniſſimo, & hæreditario nominis *Chriſtiani* hoſte *Turca* (quemadmodum & aliis innumeris in præfato Regno noſtro *Croatiæ* exiſtentibus accidiſſe omnes norunt) direpta, incenſa, & in nihilum redacta fuerunt, ita ut pater ſupra nominati *Stephani Perger*, *Hieronimus* nomine (qui vulgo idiomate Croatico *Wrchowsky* paſſim appellabatur) ſolum vertere, & una cum familia ſua

in has terras noſtras ſe recipere, & novas ſedes quærere coactus fuerit. Inde factum cum donationes Sereniſſimorum Regum *Hungariæ* Prædeceſſorum noſtrorum honorandæ memoriæ, præſertim vero *Belæ*, *Ladiſlai*, & *Matthiæ* &c. quas ſibi familia *Pergerorum* ſupra bona & prædia ſua, & etiam ratione ſtemmatis, & vetuſtæ nobilitatis ipſorum conceſſa habuerat, in cineres cum aliis mobilibus rebus ipſorum a *Turcis* redacta fuerint: ut Diplomatis & authenticarum ſcripturarum probationes Suæ Equeſtris dignitatis minime proferre potuerint. Sed tamen Virorum Nobilium ante gravi conſtitutorum inculpatæ & integræ vitæ teſtimonia cum aliis ad ejuſcemodi negotium pertinentibus, & antiquitus obſervari conſuetis rebus, nobis quam ſuppliciter offerentes, quibus abunde comprobatur, a multis ſæculis *Pergeros* ſive *Wrchniouios* in *Croatiæ* Regno inter Nobiles veros ſemper numeratos, & honoratos; Regibusque ſuis ſæpe numero adverſus immaniſſimum hoſtem ſtrenuam operam in militia navaſſe, ob idque prædiis, & bonis amplis ab iis donatos, & charos habitos fuiſſe; a Nobis quam humillime petierunt, quatenus illis gratia noſtra Cæſarea atque Regia ſuccurrere, & comprobata ipſorum vetuſta Nobilitate denovo inſignia ipſorum, quæ ſibi a ſanctæ memoriæ divo *Maximiliano* Imperatore Domino Genitore noſtro Chariſſimo habent, in quibus meliorare, & acceſſione novarum gratiarum condecorare, illaque omnia Diplomate noſtro Cæſareo confirmare clementiſſime dignaremur. Conſiderantes itaque modo nominatæ familiæ *Pergerorum* optima, & egregia ſtudia, ab iis erga Sereniſſimos Reges *Hungariæ* Anteceſſores noſtros laudatiſſimæ memoriæ profecta, ſpeciatim vero duorum *Pergerorum* rectiſſimam voluntatem perſpicientes, quorum unus *Georgius Perger* ab aliquot annis in cancellis noſtris *Bohemicis* in expediendis, & ſibi concreditis intimis, aliiſque neceſſariis rebus noſtris bonam operam hucusque navat, & diligentiam, taciturnitatem, & fidem ſuam abunde teſtatam facit, alter vero *Bartholomeus* nomine, Sereniſſimi *Hiſpaniarum* Regis Catholici, patruelis, affinis, & fratris noſtri Chariſſimi partes ſecutus non ſolum in nuperrimo bello *Luſitanico*, verum etiam antea quoque in Dilectionis ſuæ præſidiis *Italicis* continuis quinque annis virtutis ſuæ ſpecimen haud leve edidit. De quorum ſane omnium ſtudio recto egregia fide, atque obſervantia erga noſtram Cæſaream Majeſtatem, & inclytam Domum *Auſtriacam* ſingulari, nullatenus addubitamus. Quin imo nobis perſuaſum habemus de nobis bene merendi nullam occaſionem eos prætermiſſuros eſſe. Idcirco ut appareat perpetuum noſtri benigniſſimi erga eos, & totam familiam eorum animi argumentum, Nosque erga illos Cæſaream & Regiam gra-

tia-

tiam faceremus teſtatam, quæ ipſos tanto magis ad ſtudia erga Nos, ſacrum *Romanum* Imperium, & Domum potiſſimum noſtram *Auſtriacam* cumulando & proſequendo ſtimularet; & alios ad parem imitationem ſequendæ amplexandæque virtutis inflammaret. Voluimus inprimis in illis ornandis & amplificandis noſtram Clementiſſimam mentem declarare, eosque iſto afficere honore, & dignitate, ut infra ſcripta arma & inſignia a nobis in aliquibus augmentata, & acceſſione nonnullarum gratiarum ſplendidiora & magis decora reddita ex hoc die & tempore in omnem perpetuitatem in illos & liberos ſuos ex probato thoro ſuſceptos & ſuſcipiendos utriusque ſexus ſentiant eſſe a Majeſtate noſtra collocata. Certo ſtatuimus, ut deinceps illi cum liberis ſuis ex illis progenitis ubique locorum & terrarum, potiſſimum vero in Regno *Bohemiæ* & ei adjunctis Provinciis pro veris Nobilibus, & gentilibus hominibus a nobis approbatis agnoſcantur, habeantur, admittantur, & teneantur, poſſintque vim, & facultatem ſuſceptæ & approbatæ Nobilitatis habere, univerſis & ſingulis Privilegiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, franchiſiis, juribus, inſigniis, immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, prærogativis, & gratiis tam realibus, quam perſonalibus ſive mixtis, & aliis quibuscunque militaribus actibus, & officiis uti, frui, & gaudere, quibus cæteri homines nobilitate in Regno noſtro *Bohemiæ*, & adjunctis illi Provinciis quatuor avorum paternorum & maternorum conſpicui & clari gaudent, & fruuntur, quavis conſuetudine vel jure minime contradicente. Porro ex eadem noſtra ſcientia & integro accedente noſtrorum Officialium conſilio, deque Sacra Imperatoria Regiaque *Bohemiæ* authoritate noſtra ſupra nominatos *Pergeros a Perge* nomine ſive agnominatione gentili (cum antea Croatico idiomate eadem plane ſignificatione *Wrcbnowy de Wercbovina in Peruſſicz*, quod etiam illa ipſorum vetuſti ſtemmatis erat, nominabantur) nuncupamus, & ſic eos, liberosque eorum ex legitimo thoro ſive matrimonii legibus ſuſceptos, eorumque poſteros ex linea illorum recta deſcendentes in infinitum propagatione utriusque ſexus *Pergeros a Perge* ab omni genere hominum appellari volumus. Confirmantes ipſis arma ipſorum gentilicia vetera, atque ut deinceps hiſce inſigniis utantur, volumus; Videlicet ſcutum in quatuor planities, ſive æquales partes diviſum, prima & quarta pars cerulei coloris, in quorum unaquaque baſi collis triplex naturalis, propriique coloris, & ſupra colle illo alauda lutei, ſive aurei coloris explicatis alis, capite verſus dexteram vergens conſiſtit. Secunda vero & tertia planities viis quatuor a dextera inferiore ſiniſtrorſum oblique aſcendentibus, quarum prima & ter-

Digitized by Google

tertia albi ſive argentei, ſecunda vero & quarta rubei coloris penè ſe diſtincta in unaquaque planitie conſpicuæ viſuntur; Scuto galea equeſtris cancellata, ſive ore aperto ſuperimpoſita, eaque corona aurea inſignita, ex qua armata manus enſem curvum ad ictum vibrans ferrei coloris eminet, tegumentis vero, ſive phaleris ex dextra parte cærulei, & lutei, ſive aurei, ex ſiniſtra rubei & albi, ſive argentei coloribus mixtim dependentibus ſeu defluentibus, prout hæc omnia in medio præſentis noſtri Diplomatis ſuis coloribus rectius depicta, & elaborata ob oculis poſita cernuntur. Volumus ſerio hæc omnia authoritate noſtra ipſis *Pergeris a Perge*, eorumque deſcendentibus ſarcta tectaque ſervari. Mandamus itaque & firmiſſime præcipientes univerſis & ſingulis Principibus Sacri Imperii & noſtris Electoribus eccleſiaſticis, & ſæcularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archi-Ducibus, Palatinis Principibus, Ducibus, Landgraviis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Equitibus Auratis, Nobilibus, Præfectis, Provincialibus Conſiliariis noſtris, & inprimis Regni noſtri *Bohemiæ* Provinciarumque *Moraviæ*, *Syleſiæ*, & *Luſatiæ* Principibus, denique omnibus in cæteris hæreditariis noſtris Provinciis conſtitutis hominibus, fidelibus noſtris dilectis, cujuſcunque ii ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & fortunæ ſint, vel extiterint, aut qua emineant, & refulgeant dignitate, & ſublimitate, ut ſupra nominatos *Pergeros a Perge*, & totam familiam pro Nobilibus Viris agnoſcant, & ab hac hora in futurum perpetuis temporibus, Privilegiis omnibus & ſingulis immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, indultis, conceſſionibus, emolumentis, & beneficiis pacifice, & quiete, & ſine omni prorſus impedimento frui, & gaudere permittant, in iis illos, liberoſque illorum ſtudeant conſervare, & tueri, atque in aliis id, quantum in ſe quoque ſitum erit, fieri omnibus modis curent. Si quis vero hoc noſtrum Auguſtiſſimum & Regium Diploma temere fuerit auſus in dubium vocare, ſpernere, aut violare, is ſe noverit ipſo facto in Imperatoriam, & Regiam noſtram indignationem graviſſimam incurſurum, & mulctam ſive pœnam triginta quinque marcharum auri puri, pro dimidio fiſco, ſive ærario Regio noſtro conſtitutis, & pro reſiduo ipſis *Pergeris a Perge*, liberis & deſcendentibus eorum utriuſque ſexus exſolvere tenebitur. In cujus certum & evidens teſtimonium præſentes literas manus noſtræ ſubſignatione, & ſigilli noſtri Cæſarei, quo ratione Majeſtatis Regiæ *Bohemiæ* utimur, munitas appenſione. Datum in civitate noſtra *Vienna* die prima menſis Maii, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, octuageſimo tertio, Regnorum noſtrorum *Romani* octavo, *Hungarici* undecimo, & *Bohemici* itidem octavo.

XC.

Digitized by Google

X C.

Inſignia armorum Franciſco Müller, Archiducis Mathiæ Gubernatoris Hungariæ Sacellano, & Fratribus conceſſa. dd. Pragæ 1602.

Georgius Bartholdus Pontanus a Braittenberg Sacræ Metropolitanæ Eccleſiæ *Pragenſis* Præpoſitus, *Olomucenſis* & *Budiſſinenſis* Canonicus, Protho-Notarius Apoſtolicus, Comes Palatinus, Sacræ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis, Sereniſſimique Archi-Ducis *Maximiliani* Conſiliarius. Recognoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis. Quod cum Invictiſſimus, ac Potentiſſimus Princeps, & Dominus Dominus *Rudolphus* Secundus Divina favente clementia Rex & Imperator *Romanorum* ſemper Auguſtus, Archi-Dux *Auſtriæ*, Dux *Burgundiæ*, Comes *Tirolis*, Dominus noſter Clementiſſimus laudabilium ac rationabilium reſpectuum intuitu ex ſpeciali gratia, motu proprio, & Cæſareæ poteſtatis plenitudine nobis retroactis annis inter plures alias gratias, & privilegia hanc etiam peculiarem poteſtatem & facultatem conceſſit, ut auctoritate Cæſarea honeſtis perſonis, quas dignas judicaverimus, unicuique juxta ſtatum, & conditionem ſuam armorum inſignia dare, & conferre, eodemque vigore dictorum Privilegiorum deſuper expeditorum armorum inſignium atque ſcutorum participes & capaces facere, creare, & extollere poſſimus & valeamus. Nosque præterea egregias animi, & ingenii dotes, aliasque optimas virtutes, & qualitates maxime vero exquiſitam muſices ſcientiam, quibus Reverendum Virum *Franciſcum Müllerum* Presbyterum Sereniſſimi & Excellentiſſimi Principis, & Domini Domini *Mathiæ* Dei gratia Archi-Ducis *Auſtriæ*, Ducis *Burgundiæ*, *Styriæ*, *Carinthiæ*, *Carnioliæ*, & *Wirtembergæ* &c. Comitis *Habsburgi* & *Tyrolis*, Sac. Cæſ. Majeſtatis per *Hungariam* & *Auſtriam* Gubernatoris Generalis Sacellanum Aulicum, a tribus integris annis, quibus in aula Cæſarea honorifice & laudabiliter degit, cognovimus præditum, conſiderantes, nihil omnino dubitamus, quin poſtmodum etiam officium hoc ſuum, & de Sereniſſimo Archi-Duce &c. & ſic de Sacra Cæſarea Majeſtate, & de tota adeo Auguſta Domo optime merendi promptitudinem atque ſtudium continuaturus, ac id ipſum faciendi ſuis omnibus calcar & ſtimulum additurus ſit &c. Scutum videlicet, ſecundum latitudinem in duas partes æquales diviſum, quarum inferior crocea ſive aurea rotam molinariam nigram, ſuperior vero cærulea

-lea duas claves aureas, crucem conſtituentes contineat. Scuto incumbat galea clauſa, ab utroque latere phaleris croceis, ſive aureis, & cæruleis, & ex eorundem colorum faſciis complicato ſerto ornata, ex quo emineant duæ alæ aquilinæ invicem averſæ, quæ transverſim ita diviſæ, ut dextra inferius cærulea, & ſuperius crocea, ſiniſtra vero coloribus inverſa ſit, & quælibet itidem duas claves crucis inſtar ita diſpoſitas exhibeat, ut in partibus cæruleis aureæ, in aureis autem cæruleæ ſint, & intercapedine ſua rotam molinariam itidem nigram includentes, prout hæc omnia in medio hujus diplomatis coloribus ſuis lucidius depicta, atque oculis objecta cernuntur, &c. &c. Datum Pragæ 1602.

XCI.

Carolus ſenior de Zierotin transmittit ad Rudolphum II. *Imp. literas Stephani Boczkay ad ſe datas, dd. Hradiſchtii* 1605. *die* 20. *Maji.*

Sereniſſimo & Invictiſſimo Principi & Domino Rudolpho Dei Gratia Electo Romanorum Imperatori, Hungariæ & Bohemiæ Regi &c. Archi-Duci Auſtriæ, Marchioni Moraviæ, Lucemburgenſi, & Sileſiæ Duci, & Luſatiæ Marchioni &c. Domino meo Gratioſiſſimo, Suæ Cæſareæ Majeſtati.

Sereniſſime & Invictiſſime Romanorum Imperator, Hungariæ & Bohemiæ Rex, Domine Domine mi Gratioſiſſime; Veſtræ Cæſareæ Majeſtati mea ſubmiſſa & ſubjecta ſervitia ſignifico, & continuum felix regimen, ac longævam ſanitatem humiliter a Domino Deo exoro.

Gratioſiſſime Cæſar, hodierna die, cum *Straznicio* (quo, pro meliori conſervatione caſtri hujus contra inimicum, quod hoc tempore in hac vicinia habemus, heſterna die cum licentia Domini Capitanei Marchionatus hujus me contuli) rurſus in Veſtræ *Cæſareæ Majeſtatis* civitatem *Hradiſcht* reverſus fuiſſem, ab eodem Domino ſunt mihi transmiſſæ duplices literæ ex *Hungaria* allatæ, poſt quarum perlectionem, eas ſtatim Domino Capitaneo ad inſpiciendum, &, quæ a me contra omnem opinionem requirantur, ad agnoſcendum ad manus depoſui, id ſimul inſinuando, quod Veſtræ *Cæſareæ Majeſtati* ex ſubmiſſa obligatione easdem literas abſque mora transmittere velim, quod & facio, ac Veſtram *Cæſaream Majeſtatem* in omni ſubmiſſione humiliter peto, ne me illarum cauſa in

dis-

Digitized by Google

diſgratiam quandam, a qua Dominus Deus me præſervare dignetur, reponere, neque etiam, ſi quis ex hac ratione apud Veſtram *Cæſaream Majeſtatem* me quocunque modo in odium trahere vellet, huic locum dare dignemini, imo me, utpote Veſtræ *Cæſareæ Majeſtatis* ſemper fidelem & obedientem ſubditum omni tempore gratioſæ paternæ cuſtodiæ commendatum habere velint. His Veſtram *Cæſaream Majeſtatem* tutelæ Omnipotentis Dei commendo. Datum *Hradiſchtii* 20. Maji 1605.

Veſtræ Cæſareæ Majeſtatis

Fidelis & humilis ſubditus

Carolus ſenior de Zierotin
in Drziwohoſticz.

XCII.

Stephanus Boczkay Princeps Hungariæ & Tranſylvaniæ D. Carolum a Zierotin variis adulationibus ſollicitat ad defectionem. dd. Caſſoviæ 1605. *die* 8. *Maji.*

Illuſtri & Magnifico Domino Carolo libero Baroni a Zerotin, Namieſtii, Lomnicii, Drevohoſtycii, [illegible]nduſii, & Boſzicii hæreditario &c. Amico nobis honorand.

Stephanus Dei gratia *Hungariæ, Transzylvaniæque* Princeps, & *Siculorum* Comes &c.

Illuſtris ac Magnifice Domine vicine nobis honorand. Salutem & propenſam benevolentiæ noſtræ commen. Divina inprimis moderatione fieri credimus, in extrema fluctuantique rerumpub. periclitatione viros ſpectatæ magnanimitatis, & præclaris animi dotibus inſignes ad ultimam neceſſitatem omni ævo tacite conſervari, quorum virtus admirabilis in arduis ſummiſque neceſſitatibus velut fulgor ſolis inter turbines tandem enitens refugium miſeris, certaque ſit ſalus periclitantibus. Quorum in numerum V. Ill. ac Mag. D. reputari non obſcuris argumentis colligimus. Antiquo Nobilitatis ſtemmatiſque decore, authoritate, & favore Regum ornatiſſimo, oreque excellentiſſimorum *Europæ* virorum celebratiſſimo, facile inter ſuos eandem præcellere, jam dudum optime novimus, ac etiam teſtimonio *Joannis Ry*[illegible]*i* Aulici noſtri, recentius edocti, animum omni

ſcientiarum genere locupletiſſimum, & ad res gerendas belli, atque ac pacis tempore accommodatiſſimum intelligimus, ut nihil in illo non magno heroe dignum reperiri confidimus. Occaſio porro capeſſendæ aſſictæ reipublicæ Veſtræ, beneque de patria & religione merendi tanta, tamque benigna ſe ſe illi nunc offert, ut eam negligere, niſi ſibi Patriæque deeſſe voluerit, non poterit. Ex publicis autem literis noſtris ad univerſitatem florentiſſimi Marchionatus *Moraviæ* latis, cauſas noſtrorum armorum contra Imperatoriam Majeſtatem ſumptorum facile intelliget, quas tum demum injuſtas pronuntiabit, cum primum prius omnem ſibi Patriæ, publicæque libertatis amorem, piumque erga *Chriſtianam* religionem affectum expectorari paſſus fuerit; non verentes alioqui, vel ipſum hoſtem pro Judice arbitrario hac in re conſtituere. Porro cum cauſæ æquiori *Deus optimus* hactenus ita faviſſe viſus eſt, ut hoſtem religionis & libertatum noſtrarum victricibus armis usque ad veſtra fere confinia feliciter proſequuti fuerimus; ſerio ac ſedulo Vm. Illam ac Magam D. admonendam duximus, quo ſibi ſuisque in tempore providere & conſulere præſenti ſit animo, atque ſi placet vacillantem Patriæ etiam Veſtræ, non ſecus ac noſtræ, religionisque libertatem reſtituere, ambabus hanc nobiscum manibus anſam arripiat, neve pro publicis hoſtibus, æque ipſi ac nobis injurioſis & noxiis arma ſumere contra nos cogitet. Quin & antiqui fœderis cum noſtra gente initi bene memor, & jura viciniratis ob oculos habens, amore quo decet homines *Chriſtianos*, juraque patriæ tuentes amplectatur, ad nos potius adjuvare juſta piaque magnanimitate auſit, ſummis contendens viribus, ut tota ſua (quæ haud parvi eſt momenti) inter concives & conſanguineos authoritate, pedibus, ac manibus inſtet, flectat, moveat, & obteſtetur, ne anſam hanc recuperandæ libertatis & religionis auro pretioſiorem manibus elabi patiantur, ſibique perſuaſiſſimum habeant, ſi nobiscum conſentire maluerint, ipſorum ſaluti, & conſervationi non minus, quam propriæ veſtræ gentis, & patriæ nos mature optimeque conſulturos, ad votaque erga omnes omnium Statuum Ordines fore benigniſſimos, cujus etiam ob reſpectum publice militibus noſtris eſt interdictum, ne ejus Provinciæ limites ullo modo attingant, donec tentatis erga nos animis ipſius, optatum ab iisdem reſponſum acceperimus. Suæ denique Illuſtriſſimæ ac Magnificæ D. pro declaranda hac in re fideli, ſtrenuaque ſua induſtria, offerimus ſyncerum noſtrum affectum & amorem, quo ſemper operam laturi ſumus ſingularem, ut fortunæ, progreſſuumque noſtrorum particeps præ cæteris reddatur, & in augenda promovendaque

ipſius

ipſius dignitate, honore, bonorumque augmentatione expectationem etiam ſui ipſius ſuperaturi. Cum hisque eandem perbelle florenterque valere ad vota deſideramus. Datum ex libera civitate noſtra *Caſſoviensi* die 8. *Maji*, Anno Domini 1605.

Ejusdem Illuſtris ac Magnificæ D. Væ.

Vicinus propenſiſſimus

STEPHANUS Princeps.

Aslachagk. Canc.

Simon Pechy.

XCIII.

Michael Czobor Carolo de Zierotin ſuadet ut ſe cum Moravia integra Stephano Boczkay ſubdat, ſecus excidium toti Marchionatui minatur. dd. Zakolcæ 1605. die 18. Maji.

Illuſtri ac Magnifico Domino Carolo Libero Baroni a Zerotin, Namieſtii, Lomnicii, Dreuohoſticii, Brunduſii & Bozzicii hæreditario &c. Domino amico & vicino obſervandiſſimo.

Illuſtris ac Magnifice Domine, amice & vicine obſervandiſſime ſalutem & ſervitiorum commendationem.

Quoniam Supremo Monarcha Deo ita diſponente, & collapſis affli-ctiſſimi Regni iſtius *Hungariæ* rebus clementer proſpicere volente, Sereniſſimus Princeps, ac Dominus Dominus *Stephanus Boczkai de Kis Maria*, Dominus noſter Gratioſiſſimus conatus ſuos adeo proſperis, & ſecundis ſucceſſibus de die in diem magis ac magis promoveat, ac jam potiorem partem Regni iſtius *Hungariæ* Dominio & Imperio ſuo ſubjiciens validiſſimi exercitus ſui præcurſores, jam hic in vicinio Marchionatus *Moraviæ* collocaverit. Ideo Ill. & M. D. V. hiſce amice requirendum & & monend. duxi, uti præſentibus Suæ Ser. D. D. noſtri gratioſiſſimi paternis literis morem gerere, ſe ſubjicere, & author eſſe non prætermittat, quatenus Marchionatus iſte *Moraviæ* univerſus, qui & alioquin antea innumera Sereniſſimorum Regni *Hungariæ* Regum feliciſſimæ recordationis, eximiæ clementiæ, non obſcura ſenſit argumenta, Suæ Ser. D. noſtri Clementiſſimi ſalutari admonitioni, ſine omni ulteriori dilatione pareat, ac hoc ipſum tam literis dato reſponſo, quam re & effectu ipſis teſtatum ſta-

Digitized by Google

tim reddat. Quod ſi fecerit, bene quidem, ſin minus, extrema everſio & excidium Ill. & M. D. V. totique Marchionatui *Moraviæ* imminens certo certius erunt expectand. certum ac maturum ab Ill. & M. D. V. præſtoland. reſponſum. Eandem feliciter valere cupio.

Datum *Zakolcæ* 18. Maji, Anno 1605.

Illuſtr. ac Magn. Dominationis Veſtræ.

Amicus, Vicinus & Servitor.
Michael Czobor.

XCIV.

Mathias Archidux Auſtriæ mittit Joannem Grill ad Carolum de Lichtenſtain Capitaneum ſupremum Moraviæ, ut cum eo de auxiliis adverſus rebellem factionem Stephani Boczkay agat. dd. Viennæ 1605. die 12. Junii.

Mathias von Gottes Gnaden Ertz-Herczog zu Oeſterreich, Herczog zu Burgundi ꝛc. Grave zue Tyrol ꝛc.

Wolgeborner lieber getreuer, in wichtigen gemainer Chriſtenhait, ſo woll auch des Erczherczogthumbs Oeſterreich, zugleich mit dem Marggraffthumb Märhern angehenden ſachen, haben Wir Hanſen Grillen unſeren Hoffdiener, und getreuen lieben zu dir abgefertigt; Iſt darauff unſer begeren, du wölleſt in denen ſachen, ſo Er mündlichen fürbringen wird, nit weniger Uns ſelbſt allen völligen glauben geben, und Uns hierüber, weilen die ſach kein Verzug leidet, dein mainung eröffnen; Sein dir benebens mit gnaden wol gewogen;

Geben in der Stadt Wienn den zwölfften Junii, Anno 1605.

Mathias.

H. K. von Krmberg.

Mat-

Digitized by Google

Matthias von Gottes Gnaden Ertzhertzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Burgundi ꝛc. Graue zu Tyrol ꝛc.

Inſtruction; Was bey dem Wolgebornen Unſeren Cammerer und lieben getreuen Carln von Lichtenſtain und Nicklaspurg, und Tziernahor und Bißkowicz Röm. Kayl. Mayſt. Gehaimen Rath, und Landtshauptmann des Marggrafthumbs Mähren Unſer lieber getreüer Johann Grill Unſer Hoffdiener in unſerm Nahmen, nach erbietung unſer Gnadt, weiter für und anbringen ſoll.

Erſtlichen werde gemelten Landtshauptmann genuegſamblichen bewuſt ſein, in was höchſter gefahr dies Ertzhertzogthumb Oeſterreich mit und neben dem Marggraffthumb Mähren, umb der Rebellen, Turggen, und Tarttern Immerwehrenden Einfall geſetzt wird; alſo da man nit von beeden ländern aus zugleich, und mit geſambten hülffen denſelben begegnet, woll zubeſorgen, Sy mittelſt, und ſonderlichen, wan der Erbfeindt Chriſtlichen Namens in aigner Perſon mit groſſer macht hernach kombt, ſy fürbrechen, und ſtarck in dieſen ländern mit entlicher Verwüſt- und undtergang derſelben gelangen mechten.

Dieſem allen fürzukommben, haben Wir zu Unſerer glücklichen herauskunfft von Prag, für hoch notwendig befundten, uns mit Jme Landtshaubtmann in aigener Perſon derowegen zuunterreden; Solle demnach obbemelter unſer Hofdiener der Gril, ſich alsbald auf den weg machen, bey gemelten Landtshaubtmann in unſeren Namen anmelden, und erſuchen, da es anderſt möglichen, und ſein khan, ob er alsbaldt auf ein tag oder zween ſich allher zu uns in aigner Perſon verfügen, zum fall aber ſolches nicht beſchehen kundte, das wir doch in allwegen gern ſehen, und für ſehr nottwendig achteten, daß Er alsdann Jemandt andern in ſeiner ſtadt alsbaldt abfertigen wolte, weilen wir entſchloſſen den Rebellen auf dieſen Land ſelbſt Perſönlichen zu begegnen. Und dannenhero guet wäre, daß unter einer zeit zugleich der feindt an beeden

orten

orten angriffen könte werden. Was er nun von dem Landtshaubtmann in antwort vernimbt, ſoll er uns deſſen unverlengt, und alsbald berichten, ſein Raiß auch befürdern. An deme beſchicht unſer gnedigſter willen, und mainung. Signatum Wienn den Aichſten Junji, Anno Sechszehenhundert und fünfften.

XCV.

Stephanus Boczkay Hungariæ & Tranſylvaniæ Princeps ſollicitat Status Sileſiæ ad rebellionem. dd. Caſſoviæ Anno 1605. die 20. Julii.

Reverendiſſimis, Illuſtriſſimis, Spectabilibus, Magnificis, Generoſis, & Strennis Dominis, Prælatis, Magnatibus, Nobilibus, nec non univerſitati inclytæ Provinciæ Sileſiacæ, Statibus & Ordinibus &c. Dominis amicis nobis obſervand.

Stephanus Dei gratia *Hungariæ, Tranſzylvaniæ*que Princeps, & *Siculorum* Comes &c.

Reverendiſſimi, Illuſtres, Spectabiles, Magnifici, Generoſi ac Strenui Domini amici nobis obſervandiſſimi. Salutem & amicitiæ noſtræ propenſam commendationem. Nihil nobis gratius, & optatius contingere potuiſſet, quam ut propius ad Reverendiſſ. Illuſt. Spect. Mag. Generoſas, & Strenuas Dominationes Veſtras accedere potuiſſemus, ſed quod hoc tempore id propoſiti omiſerimus, *Tranſzylvanica* ac iſtius Regni *Hungariæ* ſuperioris creſcentia arduaque negotia obſtitere, enixuri, compoſitis utrobique ex ſententia rebus, ad eaſdem, ut quam primum appellere queamus. Interim ut ſuſceptorum bellorum, ob aſſerendas libertates patriæ, Regni videlicet noſtri *Hungariæ*, ac impeditum uſum religionis commodior progreſſus inſtituatur, Spectabilem ac Magnificum Dominum *Valentinum Drugeth de Homonna* Conſiliarium noſtrum, ac Comitem Comitatus *Zemplivienſis*, exercitibus noſtris cis, & ultra *Danubium* militantibus in ſupremum Generalem Capitaneum præfecimus, ac iſtum cum plenipotentia abſolutaque autoritate ablegavimus, ut omnium Statuum & Ordinum votis reſpondere queat. Quapropter Rmas Illuſt. Spect. Magnas Generoſas ac Strenuas Dominationes Veſtras præſentibus amice requirimus, cum eiſdem conſtet, nos ob interceptas libertates patriæ, vetitumque

uſum

Digitized by Google

ſum religionis avitæ, in arma exſurrexiſſe, in tam laudabili propoſito, Deo Opt. Max. grato, gerant nobiſcum parem animum; ſiquidem iſta inclyta Provincia quoque olim Regimini *Hungarico* addicta fuerit, ac cum memorato Domino *Valentino Drugeth de Homonna* Generali noſtro ſuperinde agere, tractare, & concludere, quæ acta, & concluſa, rata, grata, & accepta habebimus, propenſaque noſtra benevolentia, ac amicitia eisdem repoſituri ſumus. Deus easdem conſervet diutiſſime ſalvas atque incolumes. Datum in libera civitate noſtra *Caſſovienſi* 20. *Julji*, Anno Domini 1605.

Reverendiſſimarum, Illuſt. Spect. Mag. Gener. & Stren.
Dom. Veſtrarum

Amicus benevolus

Stephanus.

Martinus Madachiany
Secretarius.

XCVI.

Carolus de Liechtenſtain nunciat Rudolpho II. minorem quandam ſtragem militum Boczkayenſium, & accelerationem auxiliorum poſtulat. dd. Hradiſſchtii, Anno 1605. die 6. Junii.

Der Röm. Kay. auch zue Hungern und Böheimb Königl. Mt. meinem Allergenedigiſten Herren.

Allergenedigiſter Kaiſer und Herr ꝛc.

Seider deſſen E. Röm. Kayl. May. jüngſt gethanen ſchreibens, berichte Ich dieſelbe Allerunterthenigſt, daß den 26. verſchienen May ſich der feindt, auf der Ungriſchen ſeitten der March von Skaliz bies nach Slin und Malenowiz mit brandt begeben, welchem kheines wegs (wie ich zuvorn berichtet) gewehret werden mögen, erſtlichen, weilen es ein offenes Landt, Nacher, daß ich auf des Herren von Rzizian ſo ſtarkes anhalten, und Vergwiſung, daß der feindt bei ſeinen Päſſen einfallen will, theils Reütterey nach Brumow geſchückt, thails aber zu der Taya, zu verhüttung,

 das

Digitized by Google

das von dannen aus Oeſterreich der feindt nit einfalle, verordnet. Nachdem iſt der feindt den Erſten Junii, aus überſehen und trunkenheit eines Haubtmanns, ſo auch darunter geblieben, in groſſer anzahl, und wie die gefangenen ausſagen, in die 6000. ſtark über die Mark geſeczt, und die unſerigen bei einen nahendt darbei ligenden Paß hinterwerts unverſehens in denen ſchantzen überfallen; von dannen nach Gaya, welches Er (darumben, daß die burger verzagter weiß endtloffen) ſambt 12. Dörffern verbrent: Von Görling ſich ſtarck angenommen, und mit einen hauffen weiter gegen Prin zue ſtraiffen, und brennen wöllen.

Nachdem aber der feind, den Georgen Hoidizky meinen General leittenandt, ſambt der Reitterey dozumaln dorten angetroffen, nach langen ſcharmützeln, darbei der feindt in die 150. geblieben, hat er ſich in der flucht zum Paß wieder zurukh über die Markh begeben, die Prucken hinter Jme abgeworffen, und thails, was nicht folgen khönnen, in die Markh geflohen, und erſoffen, darauff bemelte Reütterey in der nacht ſtrakx nachgezogen, der mainung den feind im läger zu überfallen, aber ¾ meil von leger, aus urſach etlicher Koſacken Unordnung, unſer gewar worden, auſſer deſſen mit der hülff Gottes, hoffnung geweſt, Jhr gantzes leger zutrennen. Mit deme allen aber, weilen, wie aus des Boßninek Thomaſſen, der dieſes Volk führt, ſchreiben, ſo er einer Palſin, welche zu Görling iſt, gethan, zuſehen, daß viel anſehentliche leütt Jme geblieben, ſo hat Er ſich mit ſeinen leger auf vier meil zuruk reteriret. Solches habe ich E. Röm. Kay. May. gehorſamiſt zuberichten, nit umbgehen wöllen, darneben aber zum allerunterthenigiſten zubitten, dieweil auff das glük, ſo ainmal widerfahren, ſich nit zuverlaſſen; zum andern, weil das Fueß-Volk, ſo als Pauern, wenig auff Jhr ehr gedenken, entlaufft, teglich weniger wird; zum dritten, daß ſich durchaus nichts Wert; zum vierten, daß dieſem uncoſten, weilen der landtſchafft, auf ſo groſſe menig Volk, monatlich über 100. thaler aufgehet, zutragen unmöglich, wie dann theils Volk auch deswegen weg ziehen muß, daß eines theils unterthanen wegen armuth, theils wegen, daß Sy abbrendt, theils,

was

vas Inen das im landt gemuſterte, und durchziehende Volk ſcha-
den zufüget, Iren zehenden Mann noch ainige Contribution zu-
erlegen vermogen; zum fünfften, das weil der feind der mainung,
daß ſich, da der Böhaimb, Schleſinger, und dergleichen hülffen
in Mähren samblen, er ſich gleichfals zur Gegenwehr ſamblen wirt;
und ſich zubeſorgen, do er uns hülfloß fünde, ſein Intent deſto
freyer verrichten möchte. Letzlichen, daß auch von guetr zeit ſo
groſſe unordnung in dieſen lande eingeriſſen, Ich auch keinen ge-
hülffen, auſſer des Hoidiczki, ainigen Verſtendigen tauglichen be-
velchshaber nit habe, und alſo alles mit der unauffhörlichen mühe
überwinden muß, in welchen ich aber in die leng allein nit tauern,
ſondern auch wegen der geſchefft menig leichlich etwas verſehen
möchte, wie ich mich dann unſers Volks unremedirlichen unor-
dnung, ſo viel als des feinds beſorge.

Derowegen, dieweil, wo der feind von dieſen Päſſen nit were
durch die hülff Gottes abgetrieben worden, und etliche grenitz-
Schlöſſer mit weren erhalten, oder auffs könfftige Erhalten wer-
den, alſo daß er mit dem anweſenden, und denen andern an der
handt habenden hauffen ſicherer über dieſen Paß ſeczen können, Ich
nit ſihe, was Ime mit brennen unſt ſtreiffen nicht allein dieſes
landts, ſondern bies an die Prager thor verhindern kann, Alſo
bitte ich zum allerunterthenigiſten E. Röm. Kay. Mt. Wollen zu
erhaltung Ihrer Reputation, landt, undt leütt mit denen böhei-
miſchen, und anderen müglichen hülffen eylen.

Eüer Röm. Kayl. Mt. mich hiemit Allerunterthenigiſt entpfeh-
lent. Datum Hradiſch den 6. Junii Anno 1605.

Eüer Röm. Kay. Mt.

Allerunterthänigſt gehorſamiſter

S. Lichtenſtein.

Digitized by Google

XCVII.

Carolus de Lichtenſtain certiorem facit Rudolphum II. de quibusdam velitationibus inter militem Cæſareum & Boczkajanum, deque poſteriorum clade. Denique ad acceleranda auxilia hortatur. dd. Hradiſchtii Anno 1605. die 10. Junii.

Der Röm. Kay. auch zu Hungern und Böhaimb König. Mt. meinem Allergenedigſten Herren.

C. C. Citiſſime.

Allergnedigſter Kayſer und Herr ꝛc.

Seider meiner jüngſten, von 6. dieſes E. Röm. Kay. Mt. Allerunterthenigiſt gethanen Relation, berichte Ich dieſelbe hiemit gehörſamiſt, das geſtriges tags, auf vorher empfangene gewiſſe Kundſchafft, daß der feind wiederumb mit einer andern anzahl Volks von Trentſchin nach Ungeriſchen Brodt ziehet, Ich die Reutterey ſambt zweyen fenhlein Fuß-Volk mit dem Hodiczky meinem General leyttenant, bemeltes ort zuentſetzen geſchikt, welcher denſelben tag einen hauffen gedachter feindt unter Brodt angetroffen, und denſelben alſobalden in die Flucht geſchlagen, heutigstags aber] im zuruk ziehen nach Brodt, ainen andern hauffen der Feind mit einer anzahl Sturmleittern, und anderen zur belegerung gehörigen notturfften, ſo von Tyrna mit denen obgemelten von Trentſchin zuſammen zuſtoſſen kommen, und wie die gefangenen ausſagen, über die vier tauſent ſtarck, und des beſten auserleſenen Volks, ſo der Redei bei ſich gehabt, geweſen ſein ſolle, bey gemelten Brodt angetroffen, mit denen die unſerigen strakx getroffen, bey drey hundert erlegt, alle wägen mit ſturmleüttern, und dergleichen bekommen, die übrigen der feind, weilen die unſerigen in ſo geringer zahl, und nur bei acht hundert Pferdt ſtarkh, ſich aus dem Vortheil nit geben dörffen, ſondern Ime dem feindt in

Der

Digitized by Google

er Ordnung nachſetzen müſſen, ſeindt bies nach Tyrna, ſo ſechs
teil von Brodt geflohen.

Dieweilen dann hieraus zuſpüren, daß des feinds Intent nim-
ner ſeye, das landt allein mit Prennen zu verderben, ſondern nun-
nehr etwas einzunemen, und ſeinen Fuß zuſetzen; Ich aber bey
nir befinde, daß, wo dieſer lender Grenitz recht verſichert ſein
ollen, ſolches nit wohl auf andere geſtalt geſchehen kan, als daß
vor der zeit, ehe der Türk Ins feldt kombt, mit geſambter der
Behaimb, und Schleſinger hülff der feind von dannen getrieben,
tliche Päß, ſo leichter, als dieſe weittſchweiffige zuerhalten, ein-
genommen, und theils deſſen von E. Röm. Kay. May. abgefalle-
nen landts, damit der feind an unſer Grenicz wegen mangel der
Profiant, und anderer gelegenheiten, in groſſer anzahl ſich nit
ufhalten möge, verhört werde, welches dann mit der hülff Got-
es leichtlich geſchehen kann, wann nur obbemelte hülffen ankom-
nen.

Derowegen bitte E. Röm. Kay. Mt. Ich hiemit Allerunter-
hänigiſt, Sy geruhen dieſelben offt gebettener maſſen nicht allein
chleinig zu befördern, ſondern auch die Schleſiſchen Fürſten und
Stendte Allergenedigiſt dahin zubewegen, damit dasjenige Volk,
o der Herzog von Teſchen zu Roß und fuß beiſamen hat, und ohne
des müßig auf der grenicz ligt, gantz und gar zu uns ſtoſſen möge.

Auſſer und in Verbleibung deſſen, wo der feindt mit gröſſe-
rer macht in dies lande dringen ſolte, hetten E. Röm. Kay. Mt.
elbſten Allergenedigiſt zuerachten, was auf ſolchen fall denen be-
nachtbarten ländern vor gefahr darauff ſtände, und viel gefehrlicher
denenſelben ſein wurde, ſich als dann allein, alß Itzt mit geſamb-
ter hülff und handt zuſchützen, Sy auch auf ſolche geſtalt, da wir
zuſamen ruken, unterdeſſen ſicherer verbleiben khönnen, dann die
Vernunfft giebt, wofern der feindt bey uns ein geſambte macht
ſpürete, Er ſich auſſer ſeiner groſſen gefahr nit theilen könte.

Digitized by Google

Wolte E. Röm. Kay. Mt. Ich hiemit allerunterthenigſt nit verhalten. Mich deroſelben gehorſamiſt entpfehlendt.

Datum Hradiſch den 10. Junii Anno 1605.

Euer Röm. Kay. May.

Allerunthenigſt gehorſamiſter
S. Lichtenſtein.

P. Script.

Dieſes ſchreiben habe ich aus urſachen etliche tag aufgehalten, daß Ich in meinung geweſt, es wurde ſich unterdeſſen etwas [illegible] res ſchriefftwürdiges verlauffen; das der feindt nit wenig [illegible] geliettem, vernemen E. R. Kay. Mt. aus dieſer beilag. [illegible] der genczlichen hoffnung, wann nur die hülffen balder khämen, [illegible] wie die böhaimiſche, alſo die Schleſiſche mit geſambter [illegible] uns über die grenitz ruken wolten, das unzweifentlich viel der [illegible] griſchen Herren, ſich alſobalden wider E. R. K. Mt. ergeben [illegible] den. ut in literis.

Meine beflieſſene, und ganc᷑ demüetige Dienſt, neben wüntſchung aller glückſeeligkait von Gott dem Almechtigen ſeindt E. G. allezeit bevorn. Ich hab nit unterlaſſen können, das Ich die ungelegenhait, ſo bei uns die vergangene zeit durch unſere feindt getriben worden iſt, des Herren G. nit angezaigt hette; dann wie mein gnediger Herr geſtern von uns weg gezogen, und ſich auff den weg begeben, der da er nach von Prag auff war, hat mit E. G. weitleaüfftig von allen notturfftigen ſachen geredt, hat mir gar ernſtlich bevohlen, Ich ſolt E. G. vielmahl, und offt ſchrifftlich anzaigen von allen, was ſich die zeit zuträgt, welcher, was Er bei dem Botſchkay handlen wirdt, Iſt E. G. nicht unbewuſt.

Darumb thue ich E. G. zuwiſſen, daß unter dieſem Kriegs Volk, ſo bey der Tyrna, und unten liegt, unter den fürnembſten haubtleütten deren vier ſeindt, ain groſſe unainigkait und zwitracht

tag

Digitized by Google

tag und nacht entſtehet, und in dem lauffen ſie hin und her, bißweilen zu uns, biesweilen ins Mährerisch hinaus, und machen ſolche tribulation, die unmöglich iſt zum ausſprechen; zu nechſt haben ſich Ihr viel bies auf Hungerisch brodt hinaus begeben gehabt, da haben ſie aber ein dapfferen Stoß gekriegt, wie Ich vernommen, und ſeindt mit groſſer Furcht ſo eylendt zuruk geflohen, daß ſie am vergangenen freytag bies über den Weiſenberg genahet haben, welches da die Türken unb Tarttern ſahen, haben ſie mit ſchimpfswort, und lachen empfangen. Jetzt aber ſeindt ſie alle mit einander ſo ſtill worden; daß man nichts von Ihnen hören, noch wiſſen kann. Das khan Ich E. G. auch nicht verhalten, daß dieſelbige tyranniſche feinde ſindt mit uns eben ſo übel, wo nicht erger umbgangen, als mit unſeren nachbarn, dann es iſt uns, und den unſerigen all hab und gutt entnommen worden; In dieſer Herrſchafft alle Dörffer, und märkt zu Pulffer gemacht ſeindt; Es ſeindt der unterthanen meines herren über 400. umbkommen, und niedergeſchlagen. Der weiber, kinder, und beedes ſtandts leütten, über ein tauſend abgeführet worden, wie ſie aber, mein Ich die gottloſe leütt noch bieshero Raſlen, und Scharnen der armen ſchweiß und bluth, daß kann ſchrifftlich nit vermeldet werden. Von dieſen ſachen hab Ich E. G. anzeigen wöllen, und wird ſich weiter noch etwas begeben, das will ich E. G. nach unterrichtung und bevehlung meines herren, zum allergeſchwindeſten wiſſen laſſen. Hiemit uns alle mit einander Gott dem Allmechtigen bevohlen.

Gegeben auff dem Berentſch den 12. Junii Anno 1605.

P. ſcript.

Jetzunder hat man mir vor gewiß angezeiget, daß der Tarttern 6000. durch den Weiſſenberg herziehet, und darneben groſſe menge der anderen Kriegs weſer. Darumb E. G. wird ſich wiſſen zu verſehen.

XCVIII.

Digitized by Google

XCVIII.

Archiduces Auſtriæ prætenſa Rudolphi II. ſiniſtra valetudine ſibi Mathiam Gubernatorem Hungariæ caput & columen domus Auſtriacæ conſtituunt. dd. Viennæ 25. April. 1606.

Nos Conſul & Senatus *Bohemo-Brodæ*; Notum facimus tenore præſentium univerſis & ſingulis, & præcipue quorum intereſt eas legiſſe; infra ſcripta vidiſſe, legiſſe, audiviſſe; & cum ſuo originali contuliſſe, & de verbo ad verbum conformia reperiſſe, quæ omnia hic deſcribi curavimus.

Cum rerum præſentium deplorato ſtatu perdita jam pene *Ungaria*, & Inclytæ domus *Auſtriacæ* Provinciis *Ungariæ* Regno vicinis devaſtatis, aliisque multis de cauſis palam (proh dolor) conſtet, Sacram *Cæſaream Majeſtatem*, Dominum fratrem & patruelem noſtrum obſervandiſſimum ex quadam animi indiſpoſitione & infirmitate, quæ ſua periculoſa intervalla habet, in gubernatione Regnorum & provinciarum minus ſufficientem, & idoneam eſſe, ita ut iis a Deo ſibi commiſſis, eo, quo par eſt, modo, præeſſe nequeat; Hiſce aliisque rationibus evidentibus adducti: Nos *Mathias*, *Maximilianus*, *Ferdinandus* & *Maximilianus Erneſtus* Archi-Duces Auſtriæ, fratres & Patrueles ingenti dolore permoti a nobis illud, quod a Deo & natura conceſſum eſt; negligendum non eſſe, merito conſiderantes, accelerandum nobis conventum eſſe. Verum non exiſtimavimus melius, ubi negotio hoc mature & bene deliberato nullum aliud remedium præſentius eſſe comperimus, quam ut vigore pactorum, & transactionum inter nos initarum, tum etiam hactenus laudabili a majoribus noſtris obſervata conſuetudine attenta *Cæſareæ Majeſtatis* indiſpoſitione ſuperius commemorata, caput nobis & columen domus noſtre, nempe Archi-Ducem *Mathiam* ſecundum noſtri ordinem, & feliciſſimæ recordationis avi noſtri Imperatoris *Ferdinandi* diſpoſitionem nobis in hac cauſa ſeligamus, & ore, & corde unanimi conſtituamus; ſicut tenore præſentium omnes nos tam nomine noſtro, quam eorum, qui minorennes ſunt, omnem in eundem poteſtatem, & authoritatem, meliori quo poſſumus modo, conferimus. Et quicquid in negotio hoc arduo agendum, deliberandumque ſit, tam apud *Summum Pontificem*, dominum noſtrum colendiſſimum, quam etiam apud Sereniſſimum *Hiſpanorum* Regem, & fratrem, & patruelem noſtrum chariſſimum, Archi-Ducem *Albertum*, alioſque Principes nos omnes

omnes ſimul firmum & ratum habituri ſumus. Ita tamen, ut in quibuscunque rebus negotium hoc concernentibus conſilio & opera noſtra indiguerit, ad requiſitionem illius ad ea omnia parati ſimus. Quodſi etiam Sacrum *Romanorum* Imperium propter easdem cauſas allatas de eligendo *Romanorum* Rege deliberarit, nos omnes in unicum hunc, quem natura poſt Imperatorem primum dedit, videlicet Archi-Ducem *Mathiam*, fratrem & patruelem noſtrum chariſſimum conatus noſtros impendemus, & alium nullum quoad nos promovebimus. Attamen cum ſine ſedula ac fideli Conſiliariorum, miniſtrorum, ac ſubditorum noſtrorum opera tantum, tamque grave negotium expediri commode non poſſit; Nos eorundem ſecuritati nihilominus hoc modo providendum eſſe putavimus, eoque majori, quotiescunque opus, aut ab eorum uno vel pluribus petitum fuerit, illos in protectionem noſtram, a quocunque etiam noſtræ literæ ſecuritatis datæ fuerint, nos omnes Archi-Duces ſimul clementiſſime recipiamus.

Ea in ſupradictis rebus cunctis noſtra eſt expreſſa voluntas & ſententia, quæ ut omnia firma, & perpetuo rata ſint, transactionem hanc manibus noſtris ſubſcripſimus, ac ſecretioribus ſigillis comprobavimus.

Actum Viennæ 25. Aprilis, Anno 1606.

Mathias, Maximilianus, Ferdinandus, Maximilianus, Erneſtus.

In cujus rei teſtimonium literas haſce noſtras ſigillo civitatis noſtræ munitas, & obſignatas eſſe voluimus, *Bohemo Brodæ* 24. *Maji* An. 1608.

XCIX.

Stephanus Zlichaczi Jaroslao Szak Præfecto caſtri Hunno-Brodenſis varias ſuas operas circa reconciliandam cum Stephano Boczkay pacem nunciat. Queritur contra Moravorum ingratitudinem. dd. Trenczinii 1606. die 26. Maji.

Generoſe ac nobilis Domine Compater obſervande poſt ſalutem & mei Commendationem &c.

Redditæ ſunt mihi literæ Dominationis veſtræ in quibus congratulatur reditui meo ex ſuperiori *Hungaria*, pro qua ſumma in me benevolentia eidem ago magnas gratias, gratulor etiam Dominationem veſtram bene valere. Poſtulat etiam Dominatio veſtra a me ut eidem ſignificarem, quo in ſtatu pacificationis negotium conſiſtat: quantum in me fuit, tam anno præterito, quam hoc anno etiam cum pe-

Digitized by Google

riculo vitæ meæ, negotium hoc pacificationis, non ſine infinitis laboribus & ſumptibus meis promovi. Video tamen in ſolius præpotentis Dei voluntate tam pacem quam ipſa arma conſiſtere. Orandus itaque eſt omnipotens Deus, ut parcat jam tandem effuſioni Chriſtiani ſanguinis. Effeci tamen apud illuſtriſſimum Dominum *Bockay*, & reliquos dominos *Ungaros*, ut rurſus de tractatione pacis hujus me *Viennam* ad Suam Serenitatem mitterent. Credat certo Dominatio veſtra, Domine compater, quod *Tranſylvania*, & ſuperior pars *Hungariæ* externorum Capitaneorum & Gubernatorum crudeli & plane tyrannica gubernatione ita ſint exacerbati, ut niſi præveniatur, parati erunt ſe *Turcico* Imperio ſubjicere, qui illis non ſolum libertatem & legum ſuarum conſervationem, ſed & aureos montes promittunt. Intellexi & ea, quæ ad me de caſtro *Hodolin* ſcribit, ad quæ mihi hoc tempore reſpondere difficile eſt; quandoquidem *Arx illa* nondum eſt in poſſeſſione mea, ſed neque Pax vel cum *Turcis*, vel nobiſcum adhuc eſt, quæ ſimul & ſemel debebit fieri. Non poſſum non conſidenter & quidem graviter conqueri Dominationi Veſtræ, anno præterito ego *Moraviam* multis beneficiis affeci, ita ut poſt reditum huc meum, ne unum omnium perdiderim, cum tamen teſtor Deum tam *Turcorum*, quam *Tartarorum* arma multoties ſenſiſſet. Inſuper ingentibus laboribus & expenſis in condeſcenſione ignis hujus toti reipublicæ *Chriſtianæ* nocivi usque modo laboravi, & nunc laboro.

Habeo ego & Conjunx mea aliquas veſtes & reculas incluſas in caſtro noſtro *Hodolin* in valore circiter duorum vel trium millium florenorum, rogavi ipſe, interceſſit quoque penes me Sereniſſimus Archidux *Mathias*, ut mihi illæ antequam pereant penitus & putreſcant reſtituerentur; denegatum tamen mihi eſt, & libentius volunt ut ibi pereant quam nobis reſtituantur. Quid igitur mihi a Dominis *Moravis* ſperandum pro tantis meis laboribus, ſi ex meis ita mecum agitur. His diebus, me abſente miſerat Conjunx mea currum in *Hodolin* pro quibusdam pulvinaribus ſuis, quæ non erant incluſa, neque ſub ſigillo Commiſſariorum comprehenſa; Caſtellanus caſtri omnes conjugis nuncios verberavit, captivavit, vituperiis affecit, & ſic cum ſumma ignominia & injuria noſtra, tandem remiſit illos vacuos. Miſi heri triceſimatorem *Zlauecum Brodum* ad Dominationem Veſtram, pro panno aliquo in neceſſitatem meam commendo, credo illum jam apud Dominationem Veſtram eſſe. De cætero Dominationem Veſtram bene valere deſidero. Datum in *Thermis Trinczinenſibus* 26. *Maji* Anno 1606.

Dominationis Veſtræ Amicus & Compater paratiſſimus

Stephanus Zlizchazi.

Digitized by Google

C.

Legati Statuum Bohemiæ miſſi ad pacificandam rebellionem Hungaricam multis ſuadent Rudolpho II. Imp. accelerationem pacis cum Turca propter ſummum provinciarum adjacentium periculum. dd. Viennæ 1606. die 2. Septembris.

Aller Gnädigſter Khaiſer, König, und Herr.

Demnach Euer Khay. und Khönigl. Mayt. in verſchiener Zeit des Königreichs Böheimben und demſelben incorporirter Länder Stenden auf gehaltenen Land- und Fürſten Tägen allergnedigſt zuerkennen geben laſſen, welcher geſtallt Euer Kay. Königl. Mayt. nach laut deroſelben geliebſten Hr. Brudern, Irer Durchl. Ertzherzog Mathiaßen zue Oeſterreich, allergenedigiſt gegebenen Vollmacht, wegen des verſchiener Zeit im Königreich Hungarn erfolgten aufſtandes und empörungen, gewiſſe Friedens Artigkell geſchloſſen und aufgerichtet, Welche zu beſſerer Standhafftigkeit nicht allein von E. Khay. Mt., ſondern auch von dem Königreich Böheim und demſelben incorporirten Landen confirmirt und beſtettigt werden ſollten, und darumb E. Khay. und Kön. Mat. allergenedigiſt begeret, daß aus gemellten Dero Königreich und Ländern gewiße Perſonen deputirt, und mit genugſamer Vollmacht anhero abgefertiget wurden welche alles das, was zu Beförderung deß Friedens dienlichen pro Dignitate Euer Kay. und Königl. Mayt. ſowol des Königreichs Behaimben, und denſelben incorporirten Ländern verrichten ſollen; Alß haben die Stende wolgedachtes Königreichs Behaimb, und der einverleibten Länder, unſere Perſohnen darzu vermocht, geordnet, und abgeſendet, und ſeynd Wir derentwegen nunmehr, Gott lob, glücklich alhier in Wienn angelanget. Sintemahl Wir aber uber unſere Zuverſicht und Hoffnung des Königreichs Hungarn Abgeſanten alhier nicht angetroffen, auch keine gewiſſe Nachrichtung haben können ob? und wann dieſelbe alhier anlangen möchten, darneben aber auß under-

ſchiedlichen Orten in glaubwürdige Erfahrung kombnen, daß der Türckhe, deren bies anhero vorgelauffenen, und gepflogenen Friedens tractation ungeachtet mit ſtarker Hörßkrafft ſich bey Ofen ſamble, vnd im Anzuge ſeye, auch ſich verlautten laße, daß Er der Türke, da je ein Fried geſchloſſen werden ſollte, ſolchen ohne die Hungern, und die Hungern ohne Ihn den Türckhen nicht ſchließen wollten, danhero zubeförchten, dieweil der Feindt albereitt in Anzuge und zum Kriege wolgerüſtet iſt, daß Er gar leicht, nicht allein der übrigen Hungeriſchen Veſtungen, und des Landes Oeſtreich, ſondern auch des Marggraffthumbs Mähren, und Schleſien, welche Länder in Ihren frontien gar offen und bloß und den Hungeriſchen Gränitzen am negſten ſein, ſo woll der andern nachfolgender Länder und Königreiche (welches genediglich Gott verhütten wolle) mechtig werden könnte. Dann Euer Kay. und Königl. Mt. allergenedigſt zuermeſſen hat, wie ſchwer denen albereith an Volckh, Ruſtung, und gelde erſchöpften Landen, auf ſolchen Fall, an Jetzo, vmb eüßeriſter Armut willen der Vnterthanen vnd Einwohner, eine eilende und genugſame Hülffe von Ihnen ſo viel uns Ihre Gelegenheit bewuſt, aufzubringen ſeyn wurde, vnd wen gleich ein Aufboth geſchehen ſollte, daß doch ſolches nur ein unbewertes und ungeübttes Volckh zuſammen bringen möchte, welches einen ſo eylenden geſchwinden Feind nicht zubegegnen wuſte, auch in großen Schröcken, mehr ein Confuſion alß Defenſion anrichtete, vnd ungeachtet der Türckh dieſes Jahr villeicht nicht ſo ſtark im Felde ſein mag, alß Er in vorgehenden Jahr geweſen, Er dennoch mit ſeiner jetzigen Macht die Gegenwöhr vbertrifft, und menſchlicher weiß ſolchen Impetum abzutreiben den Landen faſt unmöglich fallen wollte, und ob uns wohl unterthänigſt bewuſt, daß Euer Kay. und Khönigl. Mayt. biß anhero, wie auch noch ſich mit ſonderlichen genedigiſten und Vätterlichen Vorſorge bemühet, daß zu abwendung ſolchens großen Unhails das H. Römiſche Reiche, ſo wohl andere Außländiſche Chriſtliche Potentaten mitt nothwendigen Hulffen E. Kay. und Königl. Mayt. zueſpringen möchten, ſo empfindet doch E. Kay. und Königl. Mayt.

Mayt. genedigſt, daß es mit Erlangung ſolcher Hulffen ſchwer vnd langſam zugehet, auch da Sie gleich jetzo bewilliget wären, dennoch in der Eyl an denen Orthen, in welchen es nöttig iſt, nicht ſein, vnd unterdeß der Feind ſeinen Willen verbringen könnte, die Hulff aber nach erlittenen Schaden viel zu ſpatt kommen würde.

Demnach aber ſolche groſſe vor Augen ſtehende Noth, auch ſtündlich zuwachſende und zunahende Gefahr anderſt nicht, alß durch den gewünſchten Fried, nebenſt embſigen Gebett zue Gott, abgewendet werden mag, E. Kay. May. auch ſolches Mittel ſelbeſt für das beſte allergenedigiſt erachtet, und darumb unſere Abſendung anher allergenedigiſt begeret, und befohlen, Wir uns auch vermöge Vnſerer E. Kay. und Khönigl. Mayt. alß Vnſerm allergenedigſten Kayßer Khönig und Herrn gelaiſten Eydes Pflicht, vnd dann aus rechter Treue und Lieb zu den allgemeinen Vatterland ſchuldigiſt erkhennen Euer Kayſer. und Königl. Mayt. Dignitæt, Nutz vnd Wohlfarth in acht zunehmen und zubefördern, dargegen Schaden, Vnglückh, noth und Gefahr ſo viel menſch- und möglich abzuwenden und uns bey dieſem Hochwichtigen und der ganzen Chriſtenheit Hochangelegenen Werkh alſo zuerweißen daß wir es gegen Gott Eur Kay. Mayt. Vnſern Principalen, und der werden Posteritæt auch in unſern gewiſſen verantworten können.

Als haben wir der Notturfft zuſeyn aller vnterthänigſt erachtet Eur Kayſer und Königl. Mayt. dieſes alles waß obſtehet gehorſambiſt anzudeüten, mit unterthenigiſter gehorſambiſter Bitt eß geruhe Eur Khay. und Khön Mayt. hierinnen uns nicht ungenedigſt zuuerdenken, ſondern ſolches in allergenedigiſte Erwegung zuziehen vnd ohne Vnſer Maßgeben Anordnung zu thun, weil periculum in mora und der Friedens Anſtand mit den Türcken in wenig Tagen zu Ende lauffet, daß ſolch angefangenes Friedens-werk zu einen Hochgewünſchten glücklichen Ende volbracht: ſo woll alle Dero ſelben Königreich und Lande, Ja die ganze Chriſtenheit vor größern Vnglückh eüßeriſten verderb vnd Vndergang gerettet werden möge. Solches wird der Allmächtige Gott Eur Kay. und Khöniglichen Mayt. mit geſunden langen Leben glückſeeligen Re-

girung auch Uberwündung aller Feinde und Wiederwertigen reichlich erſtatten, vnd umb Euer Kay. und Königl. Mayt. ſeindt daßelbe nebenſt Vnſern Principalen Wir in tieffeſter Demuth mit unterthänigiſten gehorſamiſten Dienſten Jederzeit zuverdienen bereith vnndt befliſſen zue E. Kay. und Khön. Mät. beharlichen Kay. vnndt Khönigl. Genaden vnß unterthänigiſt empfehlende. Geben Wienn den andern Tag Septembris Anno 1606.

Eür Khay. und Khunigl. Mayt.

allerunterthanigiſte vnd gehorſambiſte Vnderthane vnd Diener

N. N. Der Stende deß Königreichs Behaimb vnd demſelben einverleibten Länder zur Hungariſchen Pacification Deputirte Geſandten.

CI.

Albertus Archidux Auſtriæ confirmat ceterorum Archiducum Auſtriæ unionem, & Mathiam Archiducem Gubernatorem Hungariæ caput & columen domus Auſtriacæ agnoſcit. dd. Bruxellæ 11. *Decemb. Anno* 1606.

Cum Sereniſſimus Archi-Dux *Mathias* frater Noſter Chariſſimus, Nobis miſerit quandam transactionem per ipſum, nec non Sereniſſimos Archi-Duces, *Maximilianum, Ferdinandum* & *Maximilianum Erneſtum* fratrem & patrueles noſtros Chariſſimos factam, & ſingulorum manibus ſubſcriptam, ſigillisque Suis Secretioribus munitam; qua idem Sereniſſimus Archi-Dux *Mathias*, utpote poſt Sacram Cæſaream Majeſtatem perſona major natu, a cæteris caput & columen Inclytæ Domus Noſtræ *Auſtriacæ* conſtituitur, & quidquid ad ejusdem domus incrementum & conſervationem neceſſarium, aut quoquo modo oportunum fuerit, deliberandi, agendique poteſtas illi confertur. Quin etiam ſi Sacrum *Romanum* Imperium de eligendo *Romanorum* Rege deliberarit, omnes in unum Archiducem *Mathiam* fratrem Noſtrum Cariſſimum conatus ſuos ſint impenſuri, Conſilia-

liarios quoque, & alios miniſtros, ac ſubditos quorum opera, uti neceſſarium fuerit, in ſuam protectionem ſe recipere promittunt. Cum idem Sereniſſimus Archi-Dux *Mathias* deſideret, inſtanterque a nobis requirat, ut ejusmodi reſolutionem ratam habeamus, Hinc eſt, quod fraterna benivolentia, qua illum ſemper complexi ſumus, eidem in omnibus gratificari deſiderantes, ſuper dictam tranſactionem per Nos etiam ratificandam, & confirmandam libenter decrevimus, prout ratificamus, & confirmamus per præſentes, ſubſcriptione nominis ſigillique Noſtri impreſſione corroboratas. Datæ *Bruxellæ* die 11. *Decembris* Anno 1606.

Albertus.

CII.

Supremi Judices Marchionatus Moraviæ nunciant Rudolpho II. quod propter novæ Statuum in Hungaria inſurrectionis periculum conventum Slavkoviæ celebrent, petantque alium Locumtenentem Domino Ladislao Berka ſubſtitui. dd. Slavkoviæ die lunæ poſt Dominicam Oculi, Anno 1608.

Sereniſſime &c. *Veſtræ Cæſareæ Majeſtati* noſtra ſubmiſſa & fidelia ſervitia ſignificamus, & felix ſolatioſum in omnibus Regimen ſincero corde exoptamus.

Gratioſiſſime Cæſar; nequaquam intermittere nobis conveniebat, ut ne Veſtræ *Cæſareæ Majeſtati* in notitiam deduceremus, quemadmodum in Judicio terræ nuperno *Brunæ* habito, dum juxta conſuetudinem antiquam & terræ conſtitutiones in loca noſtra pro ſuffragiis audiendis die Veneris 7. præſentis menſis *Martii* conveniſſemus, quidam Domini terræ Incolæ de perſonis primariis Status utriusque Dominorum & Equitum in magno numero multo ac late effuſo rumore comparuerunt, & in hunc ſenſum ſui loco proloqui mandarunt, quod audiant: Status Regni *Hungariæ* iterum conſurrexiſſe, atque Status Archi-Ducatus *Auſtriæ* exercitum conſcripſiſſe, quod obtinuerint ſimul certam notitiam, quod & in hanc terram quidam populus militaris alienus advenire, & hinc inde graſſari intendat, neceſſarium itaque judicaverint, rem in Judicium deferre, & hujus ratione cum ſupremis Dominis Officialibus, & terræ judicibus conferre, & quid ulterius pro conſervatione hujus terræ, & bono *Veſtræ Cæſareæ Majeſtatis*, ac emolumento patriæ noſtræ in tam periculoſis rebus agendum eſſet,

Digitized by Google

eſſet, conſilium capere, petentes, juxta antiquam conſuetudinem, ac conſtitutiones Marchionatus in conſeſſum admitti, ut tale omnes inſimul periculum tangens cordi ſibi ſumentes, brevi & diligenti indagine expenderent. Hic Dominus *Ladislaus Berka* contemnens morem conſuetum & laudabilem, coram omnibus terræ Judicibus in verba aſpera & inaudita erupit, quod ſuffragium de eo, an petitioni eorum ſatisfieri debeat, nec ne? nullus omnium dare velit, omnes deſuper in teſtimonium vocando. Ad quæ ab omnibus reſponſum, & nervoſius inſtitum fuit, ut recogitet, quod hic nihil inconſueti, & antea fieri non ſoliti petatur, nam & hoc alias practicatum fuiſſe, revocetque in memoriam metum prioris incurſus Tartarici, quid tum geſtum fuerit? at ille voluntatem ſuam ſecutus in ſententia perſtitit. In qua dum a nobis derelictus fuiſſet, etiam in perſonam ſuam omne periculum, cauſæque defenſionem aſſumſit, & primo, ſecundo ac tertio coram Dominis dictis publice conteſtatus eſt, ſe de quocunque rerum eventu reſponſurum. Intelligentes incolæ memorati, quod abſque noſtro unanimi conſenſu, totum ſuo arbitrio faceret. Poſt multas ei, ratione talis ſui deſpectus, exprobratas querelas, & factam rememorationem extremi periculi, id etiam ſubjecerunt, quod nocturno tempore aperiantur portæ civitatis, in civitatem perſonæ ſuſpectæ immittantur, denique ad nos querelam detulerunt; cum videant, quod Dominus Capitaneus de bono communi, & conſervatione terrarum *Veſtræ Cæſareæ Majeſtatis* nullam curam habeat, petierunt itaque, ut ad ipſos egrediamur. Verum nos Judicii ſupremi auctoritatem cordi habentes, & ſubſelliorum jura tuituri, reſponſum hoc illis dari juſſimus; quod eos requiramus, ut nos moleſtia non afficiant, nec in rebus & negotiis muneris noſtri turbent, cum pridie illis intimatum fuerit, ſuffragia omnino audienda eſſe, cæterum nos omnino paratos eſſe, alio tempore, quandocunque illis videbitur, de illis rebus conferre, quæ neceſſariæ videbuntur. Sed illud a Domino locumtenente immutatum eſt, & ad Comitia juxta reſolutionem *Veſtræ Cæſareæ Majeſtatis* delatum. Hoc vero reſponſo Domini incolæ minime contenti fuerunt, perpetuo præſens periculum ingeminantes, nos vero hac die ab iis receſſimus, in craſtino dum rurſus in judicio congregati fuiſſemus, facta inſinuatione & inſinuato novo periculo, nos denuo, ut illis uniamur, & ab illis ne nos ſeparemus, amicabiliter rogarunt. Deſuper illis reſponſum datum, quod nos in nullo, quod pro bono *Veſtræ Cæſareæ Majeſtatis*, & terræ erit, ab illis ſeparare velimus. Finito autem Judicio, videntes nos, quod ob tantas animorum ſciſſiones, & notabile periculum diutius res protrahi non poſſit, illis

in-

intimavimus, quod eos inter nos admittere, ac cum illis pro rerum exigentia conferre velimus. Tum vero illi declararunt per miſſos, quod Brunæ amplius ob ſibi ſuſpecta omnia, & tot adverſitates ſibi factas ſe detinere nequeant, quare unanimiter concluſum eſſe, ut alibi conveniatur, conſilia ineantur, *Veſtræ Cæſareæ Majeſtati* ſcribatur, eademque oretur, ut aliam idoneam perſonam in officium Capitaneatus ſubſtituat, nam ſe ſe huic Domino Locumtenenti propter patriæ incuriam amplius fidere non poſſe. Denique nos inſtanter petierunt, ne ipſos hac in re derelinquamus, ſed una cum illis in ejuscemodi conſtitutum locum egrediamur.

Nos itaque agnoſcentes eſſe hac in parte juxta *Landfrid*, & pacis publicæ compactata obligatos, dum Judicium finitum fuiſſet, inter eosdem exivimus, & conſentientes in locum conventus, hac die veſperi nos huc cum eisdem contulimus. Et cum, quid incolas terræ ad hoc induxerit, atque quid inter nos invicem actum fuerit, omnia late deſcribantur in adjecto, ad literas has, & declarationem nos revocamus, hasque in omnibus ratificantes, humiliter petimus, ut *Sua Cæſarea Majeſtas* cum hac noſtra humili notitia, qua nos ad alios Dominos Judices revocamus, gratioſe contenta eſſe velit. Proinde nos *Veſtræ Cæſareæ Majeſtati* in gratioſam protectionem ſubmiſſe, utpote fideles ſubditos Domino Suo Gratioſiſſimo commendantes, omnem proſperitatem corporis, animique exoptamus. Datum *Slavkovii* die Lunæ poſt Dominicam Oculi An. 1608.

Veſtræ Cæſareæ Majeſtatis

Fideles & ſubmiſſi ſubditi.

CIII.

Status & Ordines Regni Hungariæ Ladislaum Berka de Duba Supremum Capitaneum Moraviæ orant, ut ſuffragium ſuum apud Cæſarem interponat, quo pax Viennenſis cum Turca inita confirmetur. dd. Poſonii 1608. *die* 1. *Februarii.*

Illuſtri ac Magnifico Domino Ladislao Berka de Duba & Leip in Mezerich & Jarozlavicz, Sacræ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis Conſiliario, & Camerario, nec non Marchionatus Moraviæ Supremo Capitaneo, ejusdemque perpetuo Camerario &c. Domino & vicino nobis obſervandiſſimo.

Digitized by Google

Illuſtris & Magnifice Domine amice, & vicine nobis obſerv. Salutem, ſervitiorumque noſtrorum paratam ſemper, debitamque commendationem.

Florentiſſimum quondam *Hungariæ* Regnum quibus, & quantis calamitatibus hactenus fuerit obnoxium, ſupervacaneum eſſe videtur, hoc ipſum Illuſtri & Magnificæ Domi. Veſtræ pluribus recenſere, cum id ipſum ex aliorum quoque relatione, & literis, ſatis ſuperque eandem intellexiſſe non dubitamus. Fuit tamen illud, dum res *Hungarorum* collapſæ non erant, ſicut & nunc eſt, ſcutum fidei, murus defenſionis, antemurale vicinarum provinciarum, & orbis *Chriſtiani* propugnaculum, dum ipſi non a finibus ſolum hujus Regni *Turcas* prohibuerint, & propulſarint, proque fide, tranquillitate, & pace publica, partis inſignibus ex hoſte triumphis, victricia ſigna in patriam reportarint. Quo quidem tempore non patriam modo noſtram ab hoſtibus tutam extitiſſe, ſed & finitima Regna, & provincias virtute *Hungarorum* deſiderata ſecuritatis dulcedine gaviſa fuiſſe, nemini eſt obſcurum. Teſtantur monumenta majorum noſtrorum Chronicis demandata, quæ cum ſæviſſimis, ac truculentiſſimis iſtis inimicis fortia bella geſſerint, quæ prælia commiſerint, quas clades cruentas ab eis pertulerint, & quam invictis pene animis ſæpiſſime ad internecionem usque procerum, & nobilitatis cum eis decertarint, usque adeo, ut nulla ſit domus in *Hungaria* nomine digna, quæ aliquot bellis cum rabidis *Turcarum* & *Tartarorum* gentibus habitis, fortem aliquem ſuæ ſtirpis virum non luxerit, & deplorarit. Atque hoc pacto majores noſtri in *Hungaria*, veluti in quadam gladiatoria palæſtra, ultra, quam ducentis annis non pro ſe tantum, ſed tota *Chriſtianitate*, cum hac gente dimicarunt. Quorum ſane veſtigiis nos quoque minime degeneres inſiſtere, omnesque fortunas, & vitam, qua nihil charius habemus, defenſioni patriæ devovere, parati ſemper fuimus, ſed hoc retroacto quindecennali bello eo miſeriarum & calamitatis res noſtræ redactæ ſunt, ut nemini mirum videri debeat, ſi tot, tantisque calamitatibus fracti, debilitati, & extenuati, pacem omnino amplecti debeamus.

De Statu vero Reconciliationis *Viennenſis*, fœderisque *Turcici*, nova denique *Haydonum*, ex *Turcarum* inſtinctu inſurrectione plenam Illuſtri & Magnificæ Dominationi Veſtræ dare, & perſcribere informationem cenſuimus. Annum jam dudum elapſum eſſe, quod fædus cum *Turcis* per Plenipotentiarios Suæ Sacræ *Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis* Domini noſtri Clementiſſimi Commiſſarios ita concluſum fuerat, ut Legatus cum munere honorario in ſpatio viginti aut triginta dierum ad ſummum

post

poſt concluſionem factam ad Portam *Othomanicam* proficiſceretur. Quod cum tranſactis illis diebus præſtitum non fuiſſet, multoties *Turcæ* per literas apud nos graviſſime fuerunt conqueſti, cur initæ pacis conditio munerisque honorarii transmiſſio non adimpleretur. Nos tamen illos ſpe, verbisque blandioribus lactavimus, quin imo etiam pluries, ne contra ictum fædus ullas in Regno practicas exercerent, neve fædus temere diſrumperent, cum per literas, tum per nuncios requiſivimus. At nos illi contra objurgantes, in hæc quæ ſequuntur verba, nobis reſponderunt: Convenitne, inquiunt, vobis, ac *Germanicæ* nationi, qui ſynceri, & veraces dici, & haberi volunt, veſtræque datæ fidei juramentis, ſigillis, & promiſſionibus Commiſſariorum in perſona Veſtri Imperatoris exiſtentium, fædus abſque occaſione rumpere, auxilia ubique in Imperio, & aliis provinciis continuo poſtulare? Rurſum: Nonne in concluſione pacis, Plenipotentes Commiſſarii Veſtri *Germani* nobis promiſere, fore, ut ſpacio triginta d[illegible]um Legatus, & munera nobis transmitterentur? Nonne per plures literas Sereniſſimus Archidux *Mathias* Generalis nobis promiſit, ſe effectui daturum, quod poſt elapſum terminum intra ſpacium decem, aut quindecim dierum Legatus & munera *Budam* expedirentur? Perquiratur igitur, quis initam nobiscum pacem frangendi, fædusque initum violandi occaſionem dederit? Apparebit ſane ex eo, quod cum iidem neque Legatum, neque munera usque ad hodiernum diem a termino præfixo transmiſerint, non nos, ſed ipſos peccaſſe, & deliquiſſe.

Porro quod ad modernam *Haydonum* inſurrectionem attinet, Illuſtriſſima ac Magnifica Dom. Veſtra pro certo habeat, non aliam ipſis, quam pactatorum *Viennenſium* in multis punctis violationem, petita auxilia primo a provincialibus, deinde ab Inclyto & Auguſtiſſimo *Romano* Imperio contra Reconciliationem *Viennenſem*, rumorem denique novi futuri belli, occaſionem inſurgendi ex inſtinctu tamen *Turcarum* deſumpſiſſe. Quam niſi cum magno totius Regni periculo tempeſtive avertiſſemus, antemurale hoc *Chriſtianitatis* brevi in *Turcarum* manus deveniſſet. Ideoque Sereniſſimum Principem, ac Dominum Dominum *Mathiam* Archiducem Auſtriæ Gubernatorem noſtrum Plenipotentiarium a Sua *Cæſarea Regiaque Majeſtate*, & toto hoc Regno nominatum & confirmatum ad conventum hic *Poſonii* habendum rogare, & adigere coacti fuimus. In tantis ſiquidem miſeriis, tantoque evidenti periculo conſtituti, id unicum remedium habere debuimus. *Chriſtiani* namque ſumus, cum *Chriſtianis* etiam de cætero vivere, ac mori decrevimus. Quam ob cauſam Sereniſſimum Principem Archiducem *Mathiam* Guber-

Digitized by Google

natorem noſtrum humillime requiſivimus, ut in tempore curam noſtri clementer ſuſcipiat, neque permittat, ut Regnum hoc, quod ducentis & amplius annis, arma *Turcarum* acquirere non potuerunt, nunc dolo & aſtutiis conſequantur. Proinde Illuſtriſſimam ac Magnificam Dominationem Veſtram hiſce officioſe rogamus, ut gratiam & authoritatem ſuam apud Sacram *Cæſaream Regiamque Majeſtatem* Dominum noſtrum Clementiſſimum interponere non dedignetur, ne propter recenſita antemurale hoc totius *Chriſtianitatis*, & *Romani* Imperii peſſumeat, ac potius pro ſuo favore efficere velit, ut quod ſemel concluſum, confirmatum, atque etiam privilegio & indultu Suæ Majeſtatis impreſſum, & ubique publicatum, illud in reali verbo ſolitaque ſynceritate *Germanicæ* nationis per promiſſionem & fidejuſſionem iſtius, & aliarum vicinarum provinciarum firmiter permaneat. Nec minus etiam ardenter, ac ſummis votis ab eadem poſtulamus, ne petita auxilia novi futuri belli contra commune initum fædus ſubminiſtret, neve ullam venturi alicujus belli occaſionem præbeat, cum multa exempla ob oculos habeamus, fidem ſemel datam temere non eſſe violandam. Recens eſt adhuc ſanguis piæ memoriæ *Ladislai* Regis noſtri, & multorum Nobilium, qui cum *Amurate Turcarum* Tyranno reſciſſa pace, memorando in æternum prælio ad *Varnam* occubuerunt.

Ex iſtis itaque omnibus enarratis Illuſtriſſimam ac Magnificam Dom. Veſtram diligenter rogamus, ut cum nihil injuſti, quam quod pactata authoritate *Sac. Cæſareæ Regiæque Majeſtatis* Domini noſtri Clementiſſimi concluſa, & ab eadem vigore ſui Diplomatis bona fide in verbo ſuo Regio confirmata ſerventur, petamus, noſter defenſor, & protector manere velit; ne amor patriæ, & libertatis noſtræ, conjugumque, & liberorum noſtrorum conſervatio in præſenti hoc periculo nos in deſperationem inducant, & neceſſitate coacti alia oportuna remedia pro noſtri permanſione adhibere debeamus, maxime quod hæc omnia, quæ in conſervatione pacis quæruntur, non in diminutionem authoritatis, & dignitatis *Sac. Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis* Domini noſtri Clementiſſimi, ſed tanquam boni cives patriæ, & *Auſtriacæ* Domus ſtudioſi, in emolumentum totius *Chriſtianitatis* & Imperii *Romani* conjuncte vivere & mori intendamus. Quod reliquum eſt, Illuſtrem ac Magnificam Dominationem Veſtram bene, & feliciter valere deſideramus.

Da-

Digitized by Google

Datum *Poſonii* ex Congregatione noſtra prima die menſis *Februarii* anno Domini milleſimo ſexcenteſimo octavo.

Ejusdem Illuſtris ac Magnificæ Dominationis Veſtræ

Servitores, amici, & vicini

N. Prælati, Barones, cæterique Status & Ordines Regni Hungariæ.

CIV.

Confœderatio Mathiæ Gubernatoris Hungariæ cum Statibus Auſtriæ & Hungariæ adverſus pacis Viennenſis impugnatores dd. Poſonii 1. *Februarii* 1608.

Nos *Mathias* Dei gratia Archidux *Auſtriæ*, Dux *Burgundiæ*, *Styriæ*, *Carinthiæ*, *Carnioliæ*, & *Wirtenbergæ* &c. Gubernator Regni *Hungariæ*, ac Comes *Habſpurgi* & *Tyrolis* &c. Et Nos Prælati, Barones, Magnates & Nobiles, cæterique Status & Ordines Regni *Hungariæ*, nec non Archi-Ducatus inferioris, & ſuperioris *Auſtriæ*, nunc in civitate *Poſonienſi* congregati, univerſis & ſingulis harum noſtrarum notitiam habituris memoriæ commendamus, & pro nobis, ac eorum nomine, a quibus miſſi ſumus, teſtatum facimus; Quod cum nos ad ſedandos, & componendos nocivos quosdam motus, & inteſtina diſſidia, denuo ab *Haydonibus Turcarum* inſtinctu, & ratione transactionis *Hungaricæ*, & *Turcicæ* nuper concluſæ exſuſcitata hic convenilſemus, & nobis nihil æque prius vel antiquius habendum duxerimus, quam non modo hoc Regnum *Hungariæ*, ſed etiam viciniora Regna & Provincias a præſentiſſimo eorum interitu vindicare. Ideo ne Regnum hoc propterea a Chriſtianitate avelleretur, neve *Turcarum* depopulationi, cæteraque Regna & Provinciæ pateant, placuit nobis, & in perſona reliquorum Statuum nunc abſentium, nos invicem aucta neceſſitudine confœderare, firmumque & inviolabile fœdus inire, prout præſentibus quoque munivimus, & confirmavimus ea conditione, quodſi nimirum temporis ſucceſſu propter vel contra transactionem *Viennenſem* & *Turcicam* nuperrime concluſam, quam ſervare intendimus, nobis, Regnis, provinciis, & patriis noſtris, aut eorum communitatibus & confœderatis hoſtis, aut turbator aliquis ingrueret, ex

Digitized by Google

tunc nos, ac omnes Status, & Ordines tam Regni *Hungariæ*, quam Archi-Ducatus inferioris & ſuperioris *Auſtriæ* mutuis auxiliis, & ſuppetiis nobis, & noſtris commembris & confæderatis non defuturos, ſed tanquam in communi periculo nos & noſtros omnes & ſingulos ratione pacis & confœderationis hujus intereſſatos tueri, defendere, juvare, ac propterea ſimul vivere, & mori teneri, & obligatos eſſe. In cujus fidem, teſtimonium, & certitudinem, perpetuamque firmitatem, haſce noſtras ſub ſigillis & chirographis pro futura cautela dandas duximus, & expediendas. Actum *Poſonii*, 1. die *Februarii* Anno 1608.

CV.

Confæderatio Statuum, Ordinumque Marchionatus Moraviæ cum Legatis Hungariæ, inferioris ſuperiorisque Auſtriæ &c. Ad Generalem Conventum in Ewanczicz *miſſis, facta die* 19. *Aprilis Anno* 1608.

Nos *Valentinus Leepes* Electus Epiſcopus *Veſprinienſis*, Sacræ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis Conſiliarius &c. Univerſis & ſingulis harum noſtrarum notitiam habituris memoriæ commendamus, & pro nobis, ac eorum nomine, a quibus miſſi ſumus, teſtatum facimus, quod cum ad ſedandos, & componendos nocivos quosdam motus, & inteſtina diffidia, denuo ab *Haydonibus Turcarum* inſtinctu ratione transactionis *Hungaricæ* & *Turcicæ* non ita pridem concluſæ, exſuſcitata, Conventus *Poſonii* habitus fuiſſet, in quo ad vindicandum a præſentiſſimo interitu *Hungariæ* Regnum, ne a Chriſtianitate avelleretur, & viciniora Regna & provincias, ne *Turcarum* depopulationi paterent, placuiſſet præfato Sereniſſimo Principi, & Ordinibus Regni *Hungariæ* & *Auſtriæ* arcta neceſſitudine invicem confæderari. Viſum fuiſſe nobis hic congregatis, magnis de cauſis eam confæderationem ad nos etiam extendere, ac proinde firmum, & inviolabile fædus inire, prout præſentibus munivimus, & confirmavimus ea conditione. Quodſi nimirum temporis ſucceſſu propter vel contra transactionem *Viennenſem* vel *Turcicam* nuperrime concluſam, quam ſervare intendimus, vel qualemcunque aliam ob cauſam juſtam & legitimam. Nobis, Regnis, Provinciis, & patriis noſtris, aut eiusdem commembris, & confæderatis, hoſtis aut turbator aliquis ingrueret, ex tunc Sereniſſimum Archi-Ducem, & omnes Status & Ordines, tam Regni *Hungariæ*, quam Archi-Ducatus inferioris & ſuperioris *Auſtriæ*, & nos memorati

Digitized by Google

rati Status atque ordinis dicti Marchionatus *Moraviæ* mutuis auxiliis, & ſuppetiis nobis, & noſtris commembris, & confæderatis non defuturos; ſed tanquam in communi periculo nos & noſtros omnes & ſingulos ratione pacis & confæderationis hujus intereſſatos, tueri, defendere, juvare, ac propterea ſimul vivere, & mori, teneri, & obligatos eſſe. In cujus rei fidem & certitudinem, perpetuamque firmitatem haſce noſtras ſub ſigillis, & chirographis futura pro cautela dandas duximus, expediendas. Actum *Ewanczicz* in generali Congregatione decimo nono *Aprilis* Anno milleſimo ſexcenteſimo octavo.

CVI.

Rudolphus II. in Comitiis Generalibus Pragenſibus Statibus Regni Boëmiæ commendat Mathiam Ducem Auſtriæ, & Gubernatorem Hungariæ in Exſpectantem Regni, & ſucceſſorem ſuum eſſe declarandum ſuadet. dd. Pragæ 1608.

Sua Cæſarea Majeſtas *Hungariæ* & *Bohemiæ* Rex, Dominus noſter Clementiſſimus promptitudinem omnium trium Statuum Regni hujus *Bohemiæ* ſubditorum ſuorum fidelium dilectorum, quod ad hæc a Sua Cæſarea Majeſtate indicta Comitia Generalia tanto numero obedienter convenerint, & ita voluntatem Suæ Majeſtatis Cæſareæ adimpleverint, ſingulari gratitudine excipit; ſimul & notum facit, quod Cæſarea Sua Majeſtas per hæc tempora ſæpe recogitaverit, ac in memoriam ſibi revocare dignata ſit, multa fidelia, grata, & proficua ſervitia, quæ fideles & obedientes Status Regni hujus Bohemiæ Suæ Majeſtati Cæſareæ ſtatim ab eo tempore (quo Deus Omnipotens Suam Cæſaream Majeſtatem in Regem & Dominum eis conſtitere, & dare dignatus eſt) omni alacritate exhibuerunt, ac præſtiterunt, non ſolum notabilia pecuniaria ſubſidia pro bono totius Chriſtianitatis ſuppeditando, verum & in omnibus aliis exortis neceſſitatibus vitam & bona ſua profundendo. In quibus omnibus non tantum honeſti amantem animum ſuum, deſiderium ad propagandum honorem & gloriam Dei, Superioritatisque ſibi a Deo ordinatæ, ſtudium conſervandæ patriæ felicitatis, ut fideles ſubditi declararunt, verum etiam aliis Suæ Cæſareæ Majeſtatis ſubjectis Regnis & terris laudabili exemplo fuerunt, quod imitarentur. Et quidem Sua Cæſarea Majeſtas citra omne dubium certa ſpe erigitur, quod hæc etiam futuris temporibus fideliter ac obedienter facturi ſint, ac executuri. Quare talis tantaque Suæ Maje-

je-

Digitized by Google

jeſtati Cæſareæ in variis occaſionibus exhibita fidelitas, & ſubditorum amor expoſcit, ut Suam Cæſaream Regiamque gratiam retribuat, atque invicem hanc præcipuam paternamque redhibeat curam, ut iiſdem Statibus ſuis fidelibus, atque charis ſubditis non ſolum præſenti tempore Regiminis ſui varia grati animi ſui teſtimonia præbeat, verum cumprimis id opere, & paterne proſpiciat atque efficiat, ut in futura tempora Regnum hoc cum terris ei appertinentibus in pacifico & tranquillo ſtatu conſervetur, inter fideles ſubditos, harmonia, amor, & concordia floreat, contra propulſentur omnia, quæ diſcordiam, & inquietudines generare poſſunt. Atque idcirco Sua Majeſtas Cæſarea ſuper hæc omnia animo volvens fluxarum rerum viciſſitudinem, ac cumprimis commune omnibus hominibus mortis fatum, & permetuens, ne Regnum hoc Bohemiæ, terræque illi incorporatæ abſque capite, & regente derelinquantur, hicque caſus in exitium Regni emergat, quemadmodum in circumjacentibus Regnis, & terris id hodie experientia demonſtrat. Qua de cauſa paterna ſollicitudine iſtiusmodi periculis præveniendum eſſe in tempore vitæque ſuæ diebus cenſet & conſtituere, quod ſi Deus Omnipotens Suam Majeſtatem Cæſaream abſque hæredibus virilis ſexus legitime procreatis de hoc mundo evocare dignaretur, ut Regnum Bohemiæ & terræ ei appertinentes jam Domino & Rege proviſæ eſſent, ac proinde ab omnibus inquietudinibus, & diſturbiis vacuæ exiſterent. Ob quam rationem etiam ob ſupplicem petitionem, & frequens Suæ Cæſareæ Majeſtati propoſitum deſiderium Sereniſſimi Principis Domini *Mathiæ* Archi-Ducis *Auſtriæ*, Ducis *Burgundiæ, Styriæ, Carnioliæ*, Wirtembergæ, Comitis *Tyrolis*, Domini fratris ſui ſenioris chariſſimi inclinata, comitia hæc omnibus Statibus hujus Regni decernere dignata eſt, in quibus id ab eis flagitatur, & gratioſe petitur, ut (ſi Sua Majeſtas Cæſarea nullos, ut præattactum fuit, legitimos procedentes hæredes reliquerit) hoc inter ſe conſtituant; & virtute horum comitiorum efficiant, ad quod Sua Cæſarea Majeſtas, utpote Rex Bohemorum Statibus plenarium conſenſum ſuum tribuit, ut nominatus Archi-Dux *Auſtriæ Mathias*, utpote cariſſimus frater ſenior (ſi hoc apud eosdem ordinate, & debite juxta privilegia, & libertates eorum quæſiverit) Dominus eorum & Expectans Regni Bohemiæ declaretur, nemoque alius præter Archi-Ducem *Mathiam*, poſt Suæ Majeſtatis Cæſareæ ex hoc mundo deceſſum, in Regem Bohemiæ eligatur. Reponitque Sua Cæſarea Majeſtas, in ſupra nominatis Statibus Regni Bohemiæ fidelibus dilectis ſuis plenam & integram fiduciam, quod conſideraturi prætactas graves, legitimasque cauſas huic gratioſæ petitioni ſubſcribent, & ſe Suæ Maje-

ſta-

jeſtatis voluntati prompte conformabunt, hanc denique tam ſibi quam patriæ ſuæ bono proſpicientem his comitiis accurabunt, & omni diligentia exequi non intermittent. Sua Majeſtas Cæſarea vero, uti & Sua gratia Archi-Ducalis Mathias Dominus frater Suæ Majeſtatis (ſi in hoc Status Regni conſenſerint, & Suæ Archi-Ducali gratiæ de certa expectatione proviſum fuerit) ſpecialibus ac ſufficientibus reverſalibus id roborabunt, ut ne Statuum Regni hujus Privilegiis, libertatibus, bonis, & laudabilibus conſuetudinibus, atque conſtitutionibus in præjudicium & damnum nunc, aut futuris temporibus vergere poſſit, minus debeat. Non tectum eſſe inclytis Statibus Regni Bohemiæ, quod Suæ Majeſtatis non alia quam pacis ſint ſtudia, isque civium & ſubditorum ſuorum commodis intentiſſimus nihil aliud, quam quod Regno, & terris ei appertinentibus, ſimul & ipſis fidelibus ſubditis profectui & bono eſſe poſſit, quærere, ac gratioſe paterneque procurare intendat, quapropter Sua Majeſtas Cæſarea minime dubitat, quod inclyti Status hanc dignitatem & Regiam ſublimationem Suæ Archi-Ducali Serenitati Domino fratri Suo cariſſimo cum clauſulis tamen & exceptionibus ſupra ſcriptis favebunt, placidabuntque; nam omnia, quæ in futurum damna Regno huic evenire poſſent, tam bene is, ac Sua Majeſtas Cæſarea antevertere conabitur. Qua in re Inclyti Status Majeſtati Suæ Cæſareæ ſubmiſſe & alacriter Suam voluntatem conſenſumque præbebunt.

Quod Sua Majeſtas Cæſarea omnibus communiter, & cuilibet ſpecialiter ſingulari Sua Cæſarea Regiaque gratia penſare, & præmiare non intermittet, quemadmodum etiam omnia, ut ſupra dictum eſt, ſufficientibus reverſalibus, quod hæc eorum privilegiis, libertatibus, laudabilibus conſuetudinibus, & Regni conſtitutionibus, nunc aut temporibus futuris nulli præjudicio eſſe debeant, providere ſataget, verbo omni tempore omnium & ſingulorum Gratioſiſſimus Imperator, Rex ac Dominus eſſe, & perſeverare velit. Datum Pragæ 1608.

CVII.

Articuli, quos Mathias Archi-Dux Auſtriæ & Gubernator Hungariæ Rudolpho II. & Statibus Regni Bohemiæ in Comitiis Generalibus anno 1608. *propoſuit.*

Ut Status Regni Bohemiæ pro conſervatione & defenſione caſtrorum in limitibus ac confinibus Hungariæ exiſtentium, quæ totius Chriſtiani-

tatis antemuralia ſunt, certas collectas ac præſtationes annuas decernant, in his militem ſuum proprium habeant, & ſuſtentent, ac futuris temporibus tyronem militem in præſidia illorum caſtrorum ſubmittant. Pro conſervatione fortalitii Ugwar, & urbium in Bannatu ædificatione, munitione, & annona certa ſumma pecuniæ per aliquot annos concurrant, pro qua recipienda hominem ſuum, vulgo Czolmeiſter conſtituant. Stipendium militibus in his caſtris & fortalitiis exiſtentibus debitum, ac intermiſſum a temporibus Boczkay, qui eos in illa recepit, usque ad tempus præſens exſolvatur, ac futuris temporibus ſubſidia & ſolutiones militi in his caſtris exiſtenti (quem ſuſtentare ad Regnum Bohemiæ ſemper ſpectat) omni anno tempeſtive, debite, ac ordinate deponantur.

Cum ſua Archi-Ducalis Serenitas de proprio ſuo peculio in mille quingentos equites, & tria millia peditum, qui Statuum Regni ſumptibus conſcripti fuere, plus quam 50. millia Imperialium impenderit, petitur, ut hæc ſumma Archi-Ducali Suæ Serenitati reſtituatur.

In Legatum miſſum Conſtantinopolim Sua Archi-Ducalis Gratia 200000. Imperialium anticipavit, quare petitur, ut Status in ſublevamen Suæ Archi-Ducali Gratiæ 50000. thl. contribuant.

Et cum Sua Archi-Ducalis Gratia hanc Suam expeditionem bellicam in defenſionem & conſervationem Regnorum & terrarum vicinarum in ſe aſſumere dignata ſit, nam niſi hac celeritate armorum fuiſſet uſa, procul dubio jam his temporibus Tartari & Turcæ coronæ Bohemiæ, totique Chriſtianitati maximum detrimentum calamitatemque per incurſus varios attuliſſent. Petit igitur Sua Archi-Ducalis Gratia ut Status in numerandam ſummam pecuniæ 400000. fl. conſentiant ad conſcriptum exercitum ſuſtentandum, alioſque grandes ſumptus faciendos, ſine quibus tam periculoſi, numeroſique hoſtes minime domari poſſint, aut Suam Majeſtatem Cæſaream eo diſponant, ut loco ſummæ hujus Pardubicium & Crumlovium Archi-Duci cedere dignaretur, locorumque horum fiducia pecunia acquiri, ac anticipari poſſint.

Quoniam aliqui Cæſareæ aulæ miniſtri minime incolatum habent in Bohemia, nec quod amittant, habent, ut metuant, illi tamen auſu temerario adeo Suam Majeſtatem Cæſaream, ejusque provincias inter ſe collidere, ac mutuis odiis flammas ſubjicere præſumpſerunt, quocirca, ne ſimilia ſub eorum perverſo regimine amplius eveniant, poſterioraque prioribus pejora fiant, petitur, ut Sua Majeſtas Cæſarea eos munere dimittere dignaretur.

Ut

Digitized by Google

Ut Commiſſario ratione invehendi & evehendi ſalis de civitate Cmund quamproxime finem ſuum ſortiatur, ac ſummum ad diem S. Michaeli Sacrum protrahatur, quapropter hoc ſalis commercio major merces ſalinatoribus ſtatui, & aliis neceſſitatibus proſpici poſſit, ne cunctatione in diminutionem, aut plane annihilationem ſalinæ prolabantur.

Ut egreſſus ad limites Auſtriacos pro evitatione contentionum ac inquietudinum ordinetur, ac perficiatur.

Defenſio mutua ut quamprimum conſtituatur, decernaturque, quale, quantumque auxilium provincia provinciæ debeat, & quanto milite periculi majoris tempore ſuccurrendum ſit.

Ut Status in eo conveniant, decretoque fulciant, ne Dominia & bona coronæ Bohemiæ ſine ſcitu & voluntate Suæ Archi-Ducalis Gratiæ, atque Statuum oppignorentur, aut alienentur.

In hac pacificatione comprehenduntur omnes (ſingulariter vero Bohemi) qui in hac belli expeditione Suæ Archi-Ducali Gratiæ adſtiterunt, ſuam operam locarunt, aut in quocunque Suæ Archi-Ducali Gratiæ faverunt, & quidcunque ratione Suæ Archi-Ducalis Gratiæ ante & poſt hanc belli expeditionem usque ad dimiſſionem militis ſui contigit, aut continget, hoc totum integræ ac perfectæ amniſtiæ tradendum, nulli uspiam, aut quandocunque improperandum nunc, & in tempora perpetua.

Inſuper ut unicuique horum omnium, qui a partibus Suæ Archi-Ducalis Serenitatis ſteterunt, non ſecus atque ſi unusquisque ſingillatim nominatus fuiſſet, tam in Regno Bohemiæ, quam etiam in aliis incorporatis terris, liberum ſit, bona, quæ jam habent, vel in futuro habebunt, vel hæreditate, emptione, aut qualicunque alio modo, & juſto titulo acquirent, poſſidere, illis uti, cum eis agere, & diſponere, prout ipſis, aut ipſi bene viſum, & placitum fuerit (conſtitutionibus tamen Regni & juribus conſuetudinariis coronæ Bohemiæ ſalvis) poſſint, ac valeant.

Ut commercia, mercaturæ, & alia negotia libere & absque impedimento ex regionibus Suæ Archi-Ducali Gratiæ conceſſis, in hoc Regno exerceri poſſint.

Ob hanc ergo expeditionem, cauſasque illius ſupra memoratas, ut contra neminem, nec aperte aut occulte, nunc & in tempora perpetua quidquam attentetur, ne ullus a quocunque demum gravetur.

Dum vero hæc omnia revocata, emendata, transacta, & ſuis locis reſtituta fuerint, promittit Sua Archi-Ducalis Serenitas, quod poſtquam ex parte Suæ Cæſareæ Majeſtatis populus alienus de exercitu ſuo dimiſſus fuerit, etiam omnem ſuum militem retrahere, ac dimittere velit.

Digitized by Google

Singularis & valde urgens neceſſitas expoſcere videtur, ut transactiones, compactata, & variæ confirmationes, quæ in cauſa ſupra ſcriptorum articulorum emerſerunt, non ſolum a Sua Cæſarea Majeſtate, & corona Bohemiæ, verum etiam a Rege Hiſpaniæ, Electoribus Sacri Imperii, & Archi-Ducibus Auſtriacis confirmentur, roborentur, ac ſigillentur; prout & pro majori firmitate & ſecuritate articulorum cum Regno Bohemiæ, vel Statibus ejusdem Regni concluſorum hoc deſideratur, ut hodiernus Supremus Burggravius, & omnes futuri Burggravii juramento obligentur, quod articulos hos perpetuo, & conſtanter manutenere velint, neque ullo modo admittere, ut aliqua in parte violentur.

Cum Moravi pro bono Regni Bohemiæ ſimul cum Sua Archi-Ducali Serenitate expeditionem ſuſceperint, dignabitur Sua Cæſarea Majeſtas, ſimul & ſtatus Regni Bohemiæ ex Cancellaria Bohemica reverſales generales Moravis dare, quod rem debitam, & juſtam præſtiterint, nec illis unquam in malum verti poſſit.

Ut Sua Majeſtas Cæſarea Moravos e ſubjectione Sua dimittat, ſi autem Sua Cæſarea Majeſtas Suam Gratiam Archi-Ducalem ſuperviveret, ut Moravi ſibi de Domo Auſtriaca, quisquis illis videbitur, pro Rectore & Defenſore ſuſcipere, & ab illo regi poſſint, quoad Sua Majeſtas Cæſarea vivere dignabitur.

Ut de Cancellaria aut Camera Bohemica nulla mandata amplius ad Marchionatum Moraviæ mittantur, ut lites, quæ de Moravia in Bohemiam transferri ſolitæ nunc ceſſent, item ut edicta Regni Bohemiæ in præjudicium Privilegiorum Marchionatus Moraviæ facta caſſentur.

Ut Status Regni Bohemiæ mentem ſuam aperiant, velintne pacem per Suam Archi-Ducalem Gratiam cum Turca & Hungaris confirmatam plenarie ſervare, ac adimplere?

Ut Status Regni Bohemiæ cum Statibus Regni Hungariæ ejusmodi unionem ineant, qualem Status Marchionatus Moraviæ in ultimo conventu Evancziczii inierunt, cujus copia eisdem porrecta fuit.

Ut Sua Majeſtas Cæſarea Dominum Ladislaum Berka privet officio Capitaneatus, & Camerariatus, eumque obſtringat, ut in primis Moravicis Comitiis ſe ſiſtat, ſuper iis, in quibus culpabitur, reſpondeat, & ſententiæ, quæ in illum lata fuerit, ſe ſubjicere teneatur.

CVIII.

Digitized by Google

CVIII.

Supplementum Articulorum, quod Mathias Archidux Auſtriæ Gubernator Hungariæ Rudolpho II. & Statibus Regni Bohemiæ porrexit. dd. Anno 1608.

I.

Quod ad Marchionatum Moraviæ attinet, Sua Archi-Ducalis Serenitas ex plurimis ſumme gravibus rationibus petit, ut Sua Cæſarea Majeſtas Status nominatos Marchionatus Moraviæ ſubjectionis vinculo exſolvat, quo illi Archi-Ducalem Suam Gratiam, utpote Electum Exſpectantem, & futurum Regem Bohemiæ in Dominum ſuſcipere valeant, atque ſi accideret, ut Suæ Majeſtati Cæſareæ Archi-Dux Mathias præmoreretur, ut Statibus Moraviæ liberum ſit, & poteſtatem habeant, ad tempus vitæ Suæ Cæſareæ Majeſtatis quempiam de hæredibus, & Succeſſoribus Suæ Archi-Ducalis Serenitatis, aut alium de Archi-Ducibus Auſtriæ ſibi in Protectorem eligere, & recipere, ea tamen cum conditione ac exceptione, ne Status Moraviæ nunc, aut inpoſterum unquam a corona Bohemiæ avelli & ſeparari queant, ſed perpetuo eidem Regno incorporati perdurent.

2.

Et quoniam ad tempus ſolum Status Moraviæ a gubernatione & regimine Suæ Majeſtatis ſeparantur, iidem Status deſiderant, ut ne usque ad reunionem Marchionatus Moraviæ cum Regno Bohemiæ, Cancellaria Bohemica, Camera, aut Appellatio Incolis hujus altioris & inferioris Status Marchionatus quidquam præcipere, ſtatuere, aut diſponere, authoritatem habeant, ut omnes citationes Moravorum, quæ ſive ex Jure, ſeu quacunque alia cauſa orientur, ſiſtantur, & caſſentur, atque ita omnis directio, & gubernatio plene ad Suam Archi-Ducalem Gratiam tanquam futurum Regem Bohemiæ ſpectet, & hoc quidem citra omne impedimentum tam nominatæ Cancellariæ Bohemicæ, quam omnium aliorum Judiciorum terræ Bohemiæ, ſi aliquod Jus ad hoc prætendere vellent.

3.

Ubi contigerit, quod Status Moraviæ a futuro Rege Bohemiæ & Archi-Duce Mathia gubernabuntur, petitur, ut illis a Rege omnia Privilegia, libertates, jura, conſtitutiones, & omnes conſuetudines, quibus

Digitized by Google

bus illi, vel anteceſſores eorum libere uſi fuerunt, aut ſi quæ de novo in genere vel in ſpecie communiter aut ſingillatim obtinere poſſent, de novo plene confirmentur, ſimul etiam ut tam cum Rege, quam cum Statibus Bohemiæ conveniatur, quousque, & in quantum deberent Moravi regimini & gubernationi Bohemicæ ſubeſſe, aut eis ſubordinari, ultra quam conventionem, & confirmationem ad nihil amplius adſtringerentur.

4.

Petitur, ut Sua Majeſtas Cæſarea ſimul & Status Regni Bohemiæ dignaretur omnia & ſingula, quæcunque a Statibus Marchionatus Moraviæ omnibus inſimul, aut aliquibus incolis ſingillatim ante vel poſt hanc expeditionem, nominatim vero a principio hujus 1608. anni usque ad plenariam & perfectam comportationem, conventionem, transactionem ac dimiſſionem de ſubjectione acta & tractata ſunt, gratioſe approbare, & hæc omnia literis, & ſigillo Suo Cæſareo confirmare, & quod hæc ab illis tam communiter, quam ſingillatim, debite ac juſte acta ſint, gratioſe conteſtari.

Deſunt articuli quinque, qui in ſuperioribus comprehenſi.

10.

Ut Sua Cæſarea Majeſtas gratioſe imperet, & diſponat, atque Status Marchionatus Moraviæ ſufficienter aſſecurare dignaretur, quod omnia debita, quæ a Sua Cæſarea Majeſtate in Marchionatu Moraviæ contracta fuerunt, exſolventur, imo & variæ fidejuſſiones expungentur.

12.

Et cum Epiſcopus Olomucenſis in pace publica, ſeu Landfrid comprehenſus ſit, & ſimul membrum Marchionatus Moraviæ ſit, imo modernus Dominus Epiſcopus etiam Judex terræ ſit, Sua Archi-Ducalis Gratia ſimul cum incorporatis terris petit, ut is cum Epiſcopatu ſuo ſub Jurisdictionem Suæ Archi-Ducalis Gratiæ, utpote Succeſſoris in Regno Bohemiæ pertineat, & ſub ea permaneat, ut ne inter Suam Archi-Ducalem Gratiam, Moraviæ Status, & nominatum Dominum Epiſcopum aliquæ diſcordiæ oriantur.

14.

Petit adhuc Sua Archi-Ducalis Serenitas & Terræ incorporatæ, ut Status Regni Bohemiæ omnia Privilegia, & libertates, quæ Status Marchionatus Moraviæ concernunt, deſcribi curent, illisque copiam fide dignam extradant, prout Moravis non ſemel appromiſſum fuit.

CIX.

Digitized by Google

CIX.

Tranſactio inter Rudolphum II. Mathiam Gubernatorem Hungariæ, Status Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ, qua Mathiæ exſpectatio & ſucceſſio in Regnum Bohemiæ ſtabilitur, Moravia ſubjectione Rudolphi II. eximitur, Mathiæque conceditur, admiſſorum omnium amniſtia promittitur. dd. Pragæ Anno 1608. *die Mercurii poſt feſtum S. Joannis Baptiſtæ.*

Nos RUDOLPHUS Secundus Dei gratia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Marchio Moraviæ, Lucenburgenſis, ac Sileſiæ Dux, & Luſatiæ Marchio &c. Notum facimus univerſis; quemadmodum hoc unum animo oculisque noſtris perpetuo erat propoſitum, ut inter Nos, & Sereniſſimum Principem Dominum Mathiam, Archi-Ducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, & Wirtembergæ, Comitem Tyrolis &c. Dominum fratrem noſtrum ſeniorem & chariſſimum concordia & fraterna charitas conſervetur, Regnum vero noſtrum Bohemiæ cum terris eidem appertinentibus, eique incorporatis tranquillo & florente ſtatu quotidie majora caperet incrementa, denique inter fideles ſubditos noſtros amica ſocietas, pax, bonique publici amor vigeret. Ita & nunc ſumme ſolliciti, ut non ſolum nobis viventibus, ſed & aliquando commune mortalitatis fatum ſubituris ſupra ſcriptus Dominus frater noſter cum Regno Bohemiæ, cum terris ei appertinentibus, & annexis, conſtanti inviolataque ſecuritate fruatur, & per nos relinquatur, ſolerter cavimus his literis, atque ut omnia per initam cum ſupra nominati Domini fratris noſtri dilectiſſimi, & plenipotentiariis Marchionatus Moraviæ conventionem cum ſcitu & conſilio Supremorum Officialium, & terræ Judicum, conſiliariorumque Judicii aulici, & cameratici, & omnium Trium Statuum Regni noſtri Bohemiæ fidelium dilectorum, ad plenum perfectumque finem, & ſecuritatem, quæque demum optari poteſt, perducantur, his ſtatuimus, & ordinamus.

Primo conſiderantes, quod juxta decretum Divinum non ſolum nos, verum & alii omnes communibus mortalitatis legibus ſubjecti ſint, nolentesque ut Regnum Hungariæ, & terræ eidem unitæ ac incorporatæ abſque capite, & Principe relinquantur, unde exitioſa Reipublicæ diſcrimina, uti in terris circumjacentibus fieri experientia teſte didicimus, oriantur.

Ea

Digitized by Google

Ea de cauſa, ut adhuc viventibus nobis ejusmodi pericula antevertantur, ac tempeſtive impediantur, ad preces ſollicitas repetitasque ſæpe nominati Domini fratris Dilectiſſimi inclinati, in comitiis, quæ omnibus Tribus Statibus Regni hujus hoc anno die Lunæ, poſt Dominicam Exaudi in arce Pragenſi indicta fuerunt, gratioſe ab eisdem Statibus poſtulavimus, ut ſi nos Deus absque herede virili ad æternitatem evocare dignaretur, illi inter ſe pro bono ac utilitate publica habentes ad id noſtrum plenarium conſenſum, diſponant, ſtatuantque, ut nominatus Dominus frater noſter ſenior dilectiſſimus, ſi ab eisdem debite juxta privilegia eorum popoſcerit, poſt nos Expectans Regni Bohemiæ declaretur, nullusque alius niſi ipſe poſt noſtrum obitum in Regem Bohemiæ eligatur, cui poſtulationi adjecimus, quod tam nos, quam Dominus frater noſter quilibet ſeorſim proprio nomine ſubſcriptas Reverſales daturi ſimus, ejusmodi proviſionem nequaquam præjudicio ulli, aut derogationi privilegiorum & immunitatum Inclytorum Statuum Bohemiæ, aut Regni conſtitutionibus, laudabilibusque conſuetudinibus ullis temporibus futuram. In quibus Comitiis nominati Status Regni Bohemiæ hanc a nobis factam poſtulationem ſedulo, & ſubmiſſe ponderantes juxta gratioſum noſtrum, utpote Regis Boemiæ conſenſum & petitionem, propria ac libera ſua voluntate eundem Dominum fratrem noſtrum dilectiſſimum, ſub ea conditione, ſi Deus Omnipotens nos absque hærede legitimo excedere faceret, in Expectantem Regni Bohemiæ & futurum Regem ſuſceperunt, & in Comitiis generalibus in præſentia Commiſſariorum noſtrorum, nec non miſſorum Domini fratris, atque omnium Statuum Regni hujus per Nobilem Adamum de Sternberg in Bechin & viridi monte, Conſiliarium noſtrum, & Supremum Burggravium Pragenſem promulgari juſſerunt, inſertis tamen prius in acta Comitialia duabus reverſalibus, de quibus ſupra fit mentio, quarum datum noſtræ quidem, id eſt Cæſaris Rudolphi in Arce Pragenſi die Sabbathi poſt feſtum Corporis Chriſti anno præſente 1608; ac Datum Reverſalium Archi-Ducis Mathiæ in caſtris inter Sſtierbohol, & inferiori Miecholup die Mercurii poſt feſtum Sancti Joannis hujus anni, uti Reverſales hæ id latius continent. Data denique poteſtas Domino fratri noſtro, ut ſe ab hinc, & ad dies vitæ noſtræ Expectantem Regni Bohemiæ ſcribere, & titulo hoc pleno jure uti poſſit. Pro majori vero horum omnium certitudine & ſecuritate Status Regni Bohemiæ Reverſales ſuas ſub ſigillo terræ hujus eidem Domino fratri tradiderunt, & in acta Comitialia de verbo ad verbum inſcribi mandarunt, quibus eidem promittunt, & cavent, quod ſi nos Deus juxta voluntatem ſuam divinam de hoc mundo ſine hære-

Digitized by Google

ſede virili relicto evocare dignatus fuerit, ut idem Dominus frater noſter dilectiſſimus, nullusque alius in Regnum Bohemiæ vocetur, coronetur, ac ſubſtituatur. Quodſi autem Deus hæredem, aut hæredes, ut ſupra ſcribitur, nobis adhuc largiretur, conventum cum Statibus, ut poſt deceſſum noſtrum Dominus frater horum hæredum ſimul & Regni Bohemiæ Gubernator agnoſcatur, & cum conſilio, ſcitu ac voluntate ſupremorum officialium, terræ Judicum, conſiliariorum Judicii aulici, & Cameratici, ac omnium trium Statuum Regni Bohemiæ, Regnum Bohemiæ gubernet, ac regat, usque ad competentem debitamque hæredum noſtrorum ætatem.

Secundo; nominatus Dominus frater noſter a nobis & Statibus Regni Bohemiæ per miſſos ſuos ardenter poſtulavit, ut pax, quæ inter Hungaros & Turcas ab anno 1606. usque ad tempus præſens aliquoties inita & concluſa eſt, a nobis & Statibus plene & integre confirmetur, atque ſervetur, in quo cum Domino fratre noſtro dilecto convenimus, ut conventio ac pacis confirmatio, quam Commiſſarii Statuum Regni hujus terrarumque ei annexarum cum conſenſu noſtro Viennæ 23. die Septembris anni hujus perfecerunt, & ſubſcripſerunt, omnem vim, roburque plenum habeat, cui in omnibus articulis accedimus, quos ſine omni exceptione fideliter ac ſincere explere promittimus.

Quod autem concernit auxilia ad caſtra in limitibus, & civitatibus in Bannatu tuenda, item petitionem Domini fratris noſtri (cui de bona & libera voluntate Regnum Bohemiæ, Hungariæ ceſſimus) ut pro bono totius Chriſtianitatis pro conſervatione fortalitiorum ac limitum Status Regni Bohemiæ ad pendendam certam pecuniæ ſummam conſentiant, item quod ad commercium ſalis in civitate Gmunt attinet; illa pro nunc (cum Comitia hæc ex unica ſolaque cauſa, ut Dominus frater noſter in Expectantem Regni Bohemiæ eligatur, ac declaretur, a nobis indicta fuerint) expendi minime poſſunt, ſed usque ad proxime ventura Comitia, quæ in Regno hoc celebrabuntur, differenda, in quibus ſi Dominus frater, aut Status Regni Hungariæ a nobis vel Statibus Bohemiæ quædam auxilia pro ſupra ſcriptis limitibus & caſtris, etiam ratione commercii ſalis conventionem & compactata quædam petierit, non intermittemus cum Statuum noſtrorum deliberatione ac conſilio Domino fratri competens reſponſum dare. Quodſi vero Regno Hungariæ ejusmodi neceſſitas evenerit, ob quam repentino auxilio opus eſſet, non intermittent Status, exemplo anteceſſorum ſuorum cum ſcientia noſtra, modo a Rege Hungariæ hujus cauſa requiſiti

Digitized by Google

fuerint, ad normam aliorum Regnorum & provinciarum concurrere, & pro debito ſuo rem communem agere.

Et cum Dominus frater noſter, Plenipotentiariique Statuum Marchionatus noſtri Moraviæ humilibus precibus nos petiverint, ut Status hujus Marchionatus, de ſubjectione, regimine ac Dominio noſtro gratioſe ac ſponte dimittamus, liceatque illis Dominum fratrem noſtrum Expectantem Bohemiæ Regni ſibi in Dominum, poſt mortem autem ejusdem, quemcunque alium de domo Auſtriaca in defenſorem ad finem usque vitæ noſtræ aſſumere. Nos perpendentes ejusdem Domini fratris & Plenipotentiariorum hujus Marggraviatus humilem petitionem ac preces, de conſilio Statuum Regni noſtri Bohemiæ, gratioſe eorum petitis aſſentimur, Statusque Marchionatus Moraviæ ſubditos noſtros vere dilectos de ſubjectione nobis debita dimittimus, utque ſibi Dominum fratrem noſtrum Expectantem, & futurum Regem Bohemiæ in Dominum aſſumere poſſint (nequaquam tamen ſe nunc aut futuris temporibus a corona Regni Bohemiæ ſeparantes) gratioſe conſentire dignamur, illa etiam ſpeciali adjecta gratia, ut ſi Deus Dominum fratrem noſtrum citius, quam nos ex hac mortalitate evocare dignaretur, ut eis liceat quemcunque ſibi, de domo tamen Auſtriaca in Defenſorem ac Gubernatorem ſuſcipere, eidemque ſe ſubdere, quod tamen ea conditione vinculatum volumus, ut poſt noſtrum, ac Domini fratris noſtri jam nominati obitum Status Marchionatus Moraviæ, non relicto a nobis hærede virili, nullum alium, niſi qui Rex Bohemiæ fuerit, in Dominum ſibi aſſumere poſſint, prout ſuper his omnibus datas a nobis Reverſales in manibus habent, quarum datum in arce Pragenſi die Dominico in octava Sancti Viti Anno 1608, quæ Reverſales etiam in acta comitialia de verbo ad verbum inſcriptæ ſunt. Verum cum ille conſenſus noſter non niſi ad demonſtrandam paternam ſollicitudinem ac dilectionem erga Status Marchionatus Moraviæ a nobis datus ſit, illud pleno jure nobis reſervamus, ut inter titulos noſtros Marggraviatum Moraviæ inſerere, & nos Marchionem ejusdem Moraviæ, ut antea, nominare & ſcribere porro fas ſit, quousque de hujus tituli prætenſione libere non remiſerimus.

Cum vero Status Marchionatus Moraviæ non niſi ad certum tempus, & ſub quibusdam conditionibus ſe unione & gubernatione Regni Bohemiæ (de noſtro quidem gratioſo conſenſu) eximant, atque ſejungant, nihil porro Cancellaria Bohemica, ac appellatio incolis hujus Marchionatus ſive altioris, ſive inferioris Status præſcribet, & mandabit, usque ad futuram aliquando reunionem, & veterem Regno Bohemiæ ſubordina-

Digitized by Google

nationem. Quomodo autem in his Moravi, non excedentes jura, conſtitutiones, Privilegia, & conſuetudines ſuas antiquas ſubjecti eſſe debeant, certam ac perfectam cum Rege & Statibus Regni Bohemiæ conventionem inibunt, ultra quæ cogi non debent. Idcirco omnes illorum citationes tam de jure, quam facto, ſeu aliæ, quæ quacunque de cauſa enaſci poſſunt, item indictiones commiſſionum, proceſſus Juridici, ſententiarum diffinitiones, & quævis aliæ ad jus extra Marchionatum Moraviæ evocationes ceſſent, ac interdictæ ſint, adeo, ut omnis poteſtas, ac gubernatio Domino fratri, utpote Expectanti, & futuro Regi Bohemiæ (haud aliter, ac quantum Regi Bohemiæ in hoc Marchionatu competit) competat, & perſiſtat, citra quodcunque impedimentum tam nominatæ Cancellariæ, quam omnium aliorum judiciorum terræ, qualecunque jus prætendentium.

Requiſiverunt nos etiam Status Moraviæ, ut diverſæ ſententiæ & judicata, quæ in citatas de Marchioanatu Moraviæ perſonas prolatæ ſunt in hoc Regno, ſuſpendantur, & caſſentur; Verum cum ejusmodi ſententiæ jam ſemel in vim juris excreverint, eas in eodem ſtatu relinquere æquum eſt, cum alioquin eo beneficio fruantur, ut poſthac incolæ Marchionatus Moraviæ ad nullum judicium Regni Bohemiæ citentur, aut quacunque ratione excogitabili citari poſſint, excepta ſola appellatione ad Regem in injurioſa honeſtatis diminutione, quodſi tamen hæc appellatio ſententia juris terræ Marchionatus Moraviæ non confirmaretur, reus coram judicio Marchionatus Moraviæ juxta conſtitutionem hujus Marchionatus convenietur, & ibidem judicabitur. Si demum contigerit, quod Status ſæpe dicti Marchionatus ſub futuri Regis Bohemiæ gubernium & dominium rurſus rediverint, eisdem omnia eorum Privilegia, libertates, & jura, conſtitutiones, bonæ laudabilesque antiquæ conſuetudines; quæcunque a prædeceſſoribus Regibus Bohemiæ, ac Marchionibus Moraviæ obtinuerunt, quorumque ipſi, aut eorum prædeceſſores in poſſeſſione fuerunt, eisdem de novo a futuro Rege, cum omnibus aliis, quæ illis noviter a Domino fratre noſtro ſub regimine eiusdem conceſſa ſunt, plenarie confirmentur, id tamen nobis reſervantes, inhibentesque, ne ejusmodi privilegia in præjudicium præcedentium conventionum, libertatum, ac præſertim reunionis Regni Bohemiæ cum Marchionatu Moraviæ vergant, aut vergere poſſint; ſimiliter & Status Regni Bohemiæ nihil, quod iisdem conventionibus, libertatibus, ac reunioni præjudicaret, agere auſint, aut attentare poſſint, niſi tam utriusque partis, quam ipſiusmet Regis conſenſus ad hoc accedat. Quodſi vero absque utriusque partis conſenſu

una aut altera pars ſimile quid attentaret, aut de gratia noſtra vel Domini fratris extorqueret, id nullam vim atque robur, nec valorem nunc, & futuris temporibus unquam habeat.

Quod ad Privilegia & libertates attinet, quæ Status hujus Marchionatus concernunt, quæque inter libertates Regni Bohemiæ ſeu Karlſteinæ, ſeu ad Tabulas Regni aſſervantur, ea omnia & ſingula per viros a Statibus Regni hujus in proximis Comitiis ad hoc deligendis ac deputandis ſolerter exquirantur, ad requiſitionem Statuum Marchionatus Moraviæ deſcribantur, eorumque fide dignæ copiæ ad eosdem transmittantur.

Petierunt etiam Plenipotentiarii Statuum Marchionatus Moraviæ a nobis ſuppliciter, ut ſibi a Cancellaria Bohemica reverſales extradi mandaremus, ne eorundem Privilegiis, libertatibus, bonis laudabilibusque conſtitutionibus, ac conſuetudinibus præjudicet, quod juxta noſtram gratioſam petitionem in Comitiis & aliis placitis conſenſum ſuum præbuerint, tum ad conferendas erogandasque a Marchionatu pecunias, tum ad conferendum conſcribendumque militem; quorum petitioni aſſentientes indilate mandare dignabimur, ut reverſales ejusmodi absque mora extradantur, illisque deponantur.

Egimus præterea cum eisdem Plenipotentiariis Marchionatus Moraviæ, ac ab iisdem petivimus, ut, cum incolæ hujus Marchionatus juxta gratioſam petitionem noſtram, pro non ex reſiduis pecuniarum ſummis, & ære alieno, quod ob inevitabiles neceſſitates noſtras aſſumere, & contrahere coacti fuimus, fidejuſſerint, ut easdem omnes debitorum ſummas in ſe ſuſcipiant, easque exſolvi procurent; ſed id ab illis ob certas oppoſitas cauſas obtinere non potuimus; Quare cum noſtra multum interſit, ut ejusmodi onere nos expediamus, & ab eo liberemur, id conſtituimus, ut hoc petitum noſtrum omnibus Statibus Marchionatus Moraviæ in Comitiis proxime celebrandis proponatur, nobisque conſignatio omnium debitorum, & qui cuique debito ſolutionis terminus præſcriptus ſit, transmittatur.

In cauſa Epiſcopi Olomucenſis concluſum eſt, ut ſervitia, & officia, ad quæ præſtanda Regi Bohemiæ obſtrictus eſt, ea porro eidem Regi præſtare teneatur. Cum vero jus omne, quod in terram Moraviæ habemus, Statibus Marchionatus Moraviæ ceſſerimus, volumus, ut etiam id in Dominum fratrem noſtrum traducatur, ac proinde iisdem officiis & ſervitiis modernus & futuri Epiſcopi Domino fratri qua electo Expectanti Regni Bohemiæ obligentur. Et ſi Dominus frater noſter dilectiſſimus citius nobis vita eriperetur, Statusque ſibi quemcunque alium de Domo noſtra

Au-

Digitized by Google

Auſtriaca in defenſorem deligerent, ſtatuimus, ne ſæpe nominatus Epiſcopus ab iisdem ſe ſeparet. Præcipimus nihilominus, ut ſæpe dictus Dominus frater noſter debitis reverſalibus cautionem præſtet, quod libertates, & privilegia Epiſcopatus Olomucenſis modo præcedenti, ſine præjudicio tamen jurium Marchionatus Moraviæ in ſuo vigore relinquere, & defendere velit. Et quoniam appellatio à jure feudali ad Dominum fratrem, ut Expectantem Regni Bohemiæ (ſi quis ad eundem recurrere, & appellare voluerit) juxta leges juris feudalis procedere debet; Statuimus, ut ſententia ante per Reverendiſſimum Principem Dominum Franciſcum Cardinalem de Dyttrichſtein Olomucenſem Epiſcopum, Regiæ Capellæ Bohemicæ Comitem, intimum Conſiliarium, & amicum noſtrum, & Chriſtophorum Sedlnitzky de Choltitz pronunciata perlegatur, & publicetur. In aliis autem rebus omnibus, in quibus Marchioni Moraviæ eidemque terræ obligatur, absque contradictione Domino noſtro fratri ſubſit, eidem pareat, & varia munia, & ſervitia terræ juxta antiquum morem & conſuetudinem, Landfrid & conventiones exequatur, ſingulisque & omnibus per ſe ſatisfaciat.

Tandem poſteaquam, ut ſupra notatum, Status Marchionatus Moraviæ dominio Domini fratris noſtri ſubjiciendi ſint, ne deinceps per contradictionem, quæ ob limites inter Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ oriri poſſent, diſcordiæ quædam cauſentur, his literis cavemus, ut confinia utraque in ſuis limitibus nunc & in poſterum permaneant, quod ſi vero eveniret, ut inter cives de re aliqua controverteretur, Commiſſarii de unius, ac alterius regionis parte æquali numero deputentur, qui partem utramque pacatam reddant, ac ſententiam æquam pronuncient. Si autem ob limites inter Regnum Hungariæ & Marchionatum Moraviæ, item inter Archi-Ducatum Auſtriæ, & Marchionatum Moraviæ diſcordiæ orirentur, Status Regni Bohemiæ ſi a Statibus Marchionatus Moraviæ requiſiti fuerint, etiam Commiſſarios ſuos Commiſſariis Marchionatus adjungant, ſimulque cum illis (ſumptibus tamen illorum) limites hos defendant, & tueantur. Inter hæc, quod ad expeditionem Domini fratris noſtri, in Regnum Bohemiæ cum non exiguo militis numero quem ob periculum ſecum adducere dignatus eſt, attinet, quoniam cum eodem Domino fratre noſtro multi nobiles, & imprimis a Statibus Marchionatus Moraviæ Plenipotentiarii deputati, item alii, qui ſe ſponte ſervitiis ejus adjunxerunt, alii denique juxta transactionem Statuum Marchionatus Moraviæ cum Domino fratre noſtro, Statibus Regni Hungariæ, item Statibus ſuperioris ac inferioris Auſtriæ factam, Regnum hoc ingreſſi ſunt,

Digitized by Google

his literis declaramus, ut quemadmodum Statibus hujus Marchionatus reverſales (quarum datum in arce Pragenſi die Lunæ octava S. Viti anno 1608.) dare dignati ſumus, ita quaſi omnes & ſingulæ perſonæ his reverſalibus de verbo ad verbum comprehenſæ eſſent, ab omni culpa vacent. Promittentes verbis noſtris Cæſareis, Regiisque pro nobis, ac Statibus Regni Bohemiæ, quod omnes ſupra ſcriptos in gratiam noſtram Cæſaream recipimus. Et quodſi in Bohemia, vel extra Bohemiam a quacunque perſona de ſtatibus hujus Marchionatus Moraviæ verbo, opere, aut quocunque alio injurioſo facto quidquam ante vel poſt expeditionem hanc attentatum fuit, quod ſeu nobis, ſeu Statibus Regni Bohemiæ præjudicioſum injurioſumve fuiſſet, promittimus, quod hæc omnia una cum Statibus his diſſimulare, oblivioni dare, neque horum unquam his aut futuris temporibus reminiſci, aut in univerſam terram Moraviæ, ſeu ejusdem incolas aliquam vindictam exerere, ſeu propterea eos odio perſequi, quin potius Cæſareis Regiisque gratiis fovere velimus, prout & Status Regni Bohemiæ, & univerſim omnes inſimul, & quivis ſingillatim Moravis veram amicitiam & vicinitatem ſpondent atque promittunt; quemadmodum contra etiam Status Marchionatus Moraviæ eadem menſura omnia Statibus Regni Boëmiæ repenſuros ſancte ſpondent, & appromittunt. Ut autem id certius & conſtantius efficiatur, gratioſe una cum Statibus ſæpe ſcripti Regni declaramus, atque his literis ſufficienter, & perfecte confirmamus, ut omnes incolæ Marchionatus Moraviæ, qui quædam officia, bona, debita pecuniaria, hæreditates, aut quascunque poſſeſſiones tam in Regno Bohemiæ, quam in terris, & feudis huic Regno appertinentibus tenuerunt, habuerunt, tenent, habent, aut in futurum habebunt, ac tenebunt, his omnibus eodem jure ut alias absque impedimento uti, vel impoſterum frui, atque cum his quod illis optime videbitur (ſervantes tamen in his omnibus jus, & conſtitutiones in hoc Regno conſuetas) agere, ac diſponere poſſint, in quibus omnibus ne eisdem ullum obſtaculum afflictio, damnum, diminutio fiat, ſed in omnibus, quæ in Regno Bohemiæ habent, ac poſſident, aut in futurum juſtis & debitis viis acquirere & obtinere poterunt, & ſperant, quiete teneant, habeant, poſſideant, non ſecus atque ſi veri natique Bohemi eſſent; quemadmodum & erga Bohemos in Marchionatu Moraviæ hæc omnia, ut ſupra ſcribuntur, debite ac Chriſtiane ſemper obſervari debent. Præcipimus pariter, ut omnibus Moravis liberum ſit in Regno Bohemiæ tute commercia exercere, negotiis ſuis inſiſtere, de rebus ſuis agere & ordinare ſine omni qualicunque impedimento, ſicut & Bohemis in Moravia hæc libertas illibata permaneat.

Et

Et cum inter alias petitiones a præfato Domino fratre noſtro nobis prorrectas etiam contineatur, ut nobiles aliique de incolis Regni Bohemiæ, qui apud eundem Dominum fratrem in ſervitiis ſunt, & quorum opera in hac expeditione uſus eſt, in hac transactione integre ac plenarie comprehendantur, cum ea immunitate, ne contra eosdem ob ejusmodi exhibita ſervitia, & quod cum eodem Domino fratre noſtro perſtiterint, eidem adhæſerint, & in Regnum hoc cum eodem advenerint, aperte vel occulte nunc & in tempora perpetua aliquid attentetur, nec quocunque excogitato modo aliquid in ullum eorundem gravamen admittatur, aut cuiquam eorundem malum cauſetur; verum ut cuique eorum liberum ſit, in Regno Bohemiæ, aut aliis terris eidem Regno adhærentibus & unitis, tute habitare, negotia ſua perficere, beneficiis juris, aliisque, ad quæ incolæ Regni Bohemiæ jus habent, uti, bona ſua, quæ habent, aut in futurum habere poterunt, ſive ea per hæreditatem, aut emptionem, ſive quemcunque alium juſtum titulum & modum acquiſierint, etiam impoſterum poſſidere, illis uti, & juxta placitum eorum (juxta tamen præſcripta juris & conſuetudinem coronæ Bohemiæ) diſponere, ordinare, & cum omnibus hujus Regni incolis æquali jure cenſeri poſſint.

Et quoniam ad nos, utpote caput ſupremum in politicis reipublicæ Chriſtianæ ſpectat providere, ut inter ſubditos noſtros pax, concordia, charitas conſerventur, huic petitioni Domini fratris noſtri libere ſubſcribimus, & ut Wenceslaus de Wchinitz & Tettau in Zaſmuk Domini fratris Camerarius, & omnes alii, qui de Bohemis apud eundem fuerunt, & ſerviverunt, non ſecus ac ſi quilibet eorum ſingulariter nomine ſuo proprio hic inſcriptus foret, omnium eorum, quæ ſuperius ſcripta ſunt, & quæ petitio Domini fratris noſtri in ſe continet, participes facimus, & ut illis, absque contradictione quacunque interpretatione, exceptione & impedimento frui poſſint, gratioſe aſſentimur, imo ad declarandum, quod ad interceſſionem ſæpe nominati Domini fratris noſtri fraterne ac charitative omnia diſſimulemus, ignoſcamusque, etiam in hoc gratioſe conſentimus, ut omnes citationes quacunque de cauſa factæ, quibus ſupra ſcriptus Wenceslaus de Wchinitz & Tettau (maxime quod ipſe per Dominum fratrem noſtrum apud nos in omni humilitate ſubmiſſe id quæſierit ac petierit) a nobis, & Procuratore noſtro loco noſtri ad præſentiam perſonæ noſtræ Cæſareo Regiæ ad Supremos Officiales & terræ Judices conſiliariosque judicii aulici, & cameratici citatus, aut accuſatus fuit, irritæ ſint, & inanes. Ordinamus itaque, ut Cancellaria noſtra Bohemica ad judicium Cameraticum relatio de caſſatis ejusmodi citationibus emanet, & tranſcribatur.

Ulti-

Digitized by Google

Ultimo cum Dominus frater noſter una cum provinciis ſibi adhærentibus nobis ſuppliciter propoſuerit, ut ad interceſſionem ejusdem inclinemur, atque Principibus & Statibus Ducatus Sileſiæ non tantum Privilegia & donationes eorum confirmemus, ſed etiam ea quæ in præjudicium & damnum eorum in illis revocata, aut caſſata eſſent, reſtituamus, ac gravaminibus eorum, quæcunque in congruis ac juſtis rebus ſe habere exiſtimarent, medelam ferremus. Ad quam Domini fratris noſtri interceſſionem promiſimus, quod iisdem Principibus & Statibus Privilegia, & donationes confirmare, & quidcunque eis nocumento eſt, reparare, ac omnibus eorum gravaminibus plene medelam ferre velimus, quod ut indilate fiat, Comitiis & terræ tabulis id confirmabimus. Maxime cum inter nos & electorem Brandeburgicum, ac filium ejus Marchionem Joannem Georgium controverſiæ quædam ratione Principatus Krnovienſis, & Dominii Bitovienſis & Oderburgenſis enatæ ſint, ad interceſſionem ejusdem Domini fratris noſtri quoque conſenſimus, ut hæc controverſia nullibi, niſi coram Judicio ſupremo Principum Sileſiæ audiatur, ventiletur, atque dijudicetur, niſi ipſi Principes agnoſcerent, quod hæc controverſia ad illos non pertineat, ac judicarent, quod absque præjudicio jurium ac libertatum ſuarum ad nos id deferri debeat.

Cum igitur jam adjuvante Deo de omnibus articulis ſupra ſcriptis cum Domino fratre noſtro transegerimus, & ſimul etiam cum Statibus Regni Bohemiæ, & Plenipotentiariis Statuum Marchionatus Moraviæ convenerimus, tenebitur Sua fraterna charitas cum primum omne id, quod ad aſſecurationem utriusque partis facit, conſumatum fuerit juxta reverſales Statibus Regni noſtri Bohemiæ extraditas, cum populo ſuo de hoc Regno egredi, ſicut & nos ac Status Regni hujus Bohemiæ exercitum noſtrum tam conductum, quam domeſticum absque mora dimittimus, ac dimitti volumus, promittimusque quod hic exercitus nequaquam in damnum & præjudicium Suæ fraternæ Gratiæ aut terris eidem adhærentibus ultra detinendus, neque poſt dimiſſionem denuo per nos, aut quemcunque alium in hoc Regno ſuſcipiendus ſit, quemadmodum & idem Status Regni hujus Suæ fraternæ charitati, & terris eidem adhærentibus his literis, quæ de verbo ad verbum ad tabulas terræ Regni hujus inſcribentur, ſpondent, & promittunt. Quodſi vero per exercitum hunc, aut alium quemcunque de Regno hoc in dampnum & præjudicium Domini fratris noſtri, aut ſibi adhærentium quidpiam frivole attentaretur, pollicentur iidem, quod contra ejusmodi temerarium attentatorem cum Sua Gratia fraterna & adhærentibus terris ſinguli pro ſingulis ſtare, & juſtitiam usque ad plenariam ſatisfactionem reddere velint.

In

Digitized by Google

In cujus rei teſtimonium; *Nos Imperator Rudolphus* ſigillum noſtrum Regium his literis appendi juſſimus & manu propria nos ſubſcripſimus.

Et Nos Mathias Archi-Dux Auſtriæ complacentes nobis in horum articulorum omnibus punctis, & clauſulis pariter in teſtimonium ſigillum noſtrum Archi-Ducale his literis appendi juſſimus, Noſque propria manu ſubſcripſimus.

Et Nos Franciſcus Cardinalis de Dittrichſtein Epiſcopus Olomucenſis Regiæ Capellæ Bohemicæ Comes S. M. C. Intimus Conſiliarius.

Adamus de Sternberg in Bechin & Viridi monte Supremus Burggravius Pragenſis.

Chriſtophorus de Lobkovitz in Patek & Diwicz, Supremus Præfectus.

Wolff Nowobradsky de Kollowrath in Lunarz & Winterberg, Supremus Camerarius.

Adamus junior de Waldſtein in Hradek ſupra Sazavam & Lowoſicz Supremus Judex.

Zdeniek de Lobkowicz in Raudnicz & Chlumecz ſupremus Cancellarius.

Joannes Georgius de Swamberg in Worlik & Rosſperk, Supremus Judex Aulicus Regni Bohemiæ.

Wilbelmus Slawata de Chhum & Koſſinburg in Hradecz & Telcz, Burggravius Karlſteinenſis.

Joannes Sezyma de Sezymow in Auſt, & Giſtrpech, hæreditarius Proto-Dapifer Regni Bohemiæ.

Wilbelmus de Landſtein in Bylſtein, Capitaneus novæ civitatis Pragenſis.

Joachim Andreas Schlik de Holeycz, Comes de Paſaun & de Cubito in Swigau.

Joannes de Klenowa & de Janowicz in Raupow & Zinkow, Supremus Scriba Regni Bohemiæ.

Purkardus Tocznik de Krzimicz in Proſtiborz & Krzimicz, Sub-Camerarius Regni hujus.

Chriſtophorus Wratislaw de Mitrowicz in Lochowicz & Protiwin, Burggravius Karlſteinenſis.

Tiburtius Zdiarsky de Zdiar in Kladna, Capitaneus minoris civitatis Pragenſis.

Diwiſſius Czernin de Chudenicz in Nedrachowicz, & Choczemysl.

Caſparus Kaplirz de Sulewicz in Woticz & Miliczin.

Digitized by Google

Ludovicus Schleyffer (in ſubſcriptione propria manu ſubſcriptus fuit) *Ludovicus de tribus mortariis*, vel od trzj moždjřu.

Egidius Pergar de Czaſtalowicz, Primates novæ & antiquæ civitatis.

Georgius Rattich de Albendorff, S. M. C. Judex minoris civitatis Pragenſis.

Loco omnium Trium Statuum Regni Bohemiæ.

Sicut & Nos: *Carolus de Lichtenſtein* & de Niklſpurk in Waltiz, Lednicz, Plumlow, Proſtiegov, Auſæ, nigro monte, Gubernator Domus Lichtenſteinicæ.

Wilhelmus de Raupowa in Mladoniowicz, & caſtro Znoymenſi.

Carolus Senior de Zierotin & in Drzewohoſticz, Roſycz, & caſtro Przerow, Suæ Archi-Ducalis Gratiæ Conſiliarius & Camerarius.

Georgius de Hodicz in Plavecz, Rudolecz & Tawikovicz Suæ Gratiæ Archi-Ducalis Camerarius, & Supremus Generalis Exercitus Suæ Gratiæ Archi-Ducalis.

Wenceslaus Zahradeczky de Zahradek in Budiſskovicz & Radeticz.

Wenceslaus Waneczky de Gemniczky in Walcz & Wancz.

Joannes Czeyka de Olbramowicz in Policz & Sywnicz, Burggravius terræ Marchionatus Moraviæ.

Georgius Sigismundus Prakſiczky de Zaſtrzizl, in caſtro Buchlov & Ziettovitz.

Plenipotentiarii Statuum Marchionatus Moraviæ etiam in teſtimonium ſigilla noſtra his literis cum ſubſcriptione noſtra appendi fecimus.

Datum die Mercurii poſt diem S. Joannis Baptiſtæ anno a Nativitate Filii Dei milleſimo ſexcenteſimo octavo, & Regnorum Rudolphi Romani 33. Hungarici 30. & Bohemici etiam 33.

Rudolph.

Mathias.

CX.

Digitized by Google

CX.

Die Abhandlung ſo zwiſchen der Röm. Kay. May. Herren Rudolffen den andern, und Ihrer May. Herren Brudern König Mathias zu Hungern durch hernach benante Churfürſten, Ertz-Hertzogen, Fürſten und Geſandten getroffen iſt, folgender geſtalt mit beyderſeits Irer Kay. und Königl. May. Ratification abgeredt, und beſchloſſen worden. Prag den 10. September 1610.

Erſtlich ſoll der Röm. Kayl. May. König Mathias &c. Durch Ertz-Hertzog Maximilian, und Ferdiandt zu Oeſterreich, und Heinrich Julium zu Braunſchweig eine abbitt thun, und deſſelben, wie auch in gleichen der Kay. May. erklärung nach der begriffenen beyderſeits notuln abgeleſen werden, darbey Ihr May. auch derſelben Herren Brudern in fürfallender gelegenheit brüderliche lieb zubezeigen in Kayſerlichen gnaden verſprechen wöllen.

So ſoll fürs andere König Mathias Dero vor dieſen ſchriefftl. und mündlichen erbiethen zufolg ſolche Ceſſion der abgetrettenen Königreich und Länden vor ein ſonderbare wohlthatt und Gnad von Irer May. recognoſciren, auch dieſelben vor das höchſte haubt der Chriſtenheit, das haubt und Eltiſten des Haus Oeſterreich auch inner und auſſerhalb Landes wegen der cedirten Oeſterreichiſchen Landen Ihre Mayeſtet vor Dero Lehen-Herren erkennen, mit aller gebührender Subjection honoriren, die geleiſte Lehenspflicht, und was ein Lehensmann ſchuldig, treulich, wie ſichs gebühret vollziehen, und die Lande dahin halten, daß Sr. der Kay. May. under Irer Königl. May. gehorſamb, und huld verbleiben ſollen. Hierentgegen die Kay. May. dieſelbe als Ihren geliebten Herren Bruder halten, und nach der Dignitæt, darein ſie von Ihrer May. geſetzt, tractiren wollen.

So ſoll auch fürs dritte wieder die Kay. May. König Mathias weder mit worten noch werken nimmermehr nichts attentiren, zu

Digitized by Google

keiner offenſion ſich gebrauchen laſſen, noch ſolches Dero cedirten Königreich, und Landen mit Dero wiſſen und willen verſtatten, ſondern vielmehr mit all den Irigen Ihr May. gewehr ſein, und Deroſelben wieder all Ihr feind und wiederſacher aufrichtig beyſtehen, und Ihr May. nach beſten Vermögen, ſo offt es nöthig auf Deroſelben begehren, helffen, noch dagegen hinwieder von Ihr K. May. dieſelben ſich aller brüderlichen aſſiſtenz auf den nothfall zugetröſten, noch ſonſten etwas wiedriges zubefahren haben.

So ſoll auch fürs vierte König Mathias ſowenig itzunder, als ins künfftig ſich in einige dem Heyl. Röm. Reich auch dem Hauß Oeſterreich, und zu beforderiſt der Röm. Kay. May. præjudicirliche uniones oder Confæderationes begeben, auch Dero cedirten Landen dergleichen nicht verſtatten, da auch dieſen zuwieder etwas dergleichen vorgeloffen, ſoll krafft dieſes gäntzlich caſſiret, annulliret, und aufgehoben ſein, auch diejenige, ſo darwieder handlen, ernſtlich geſtrafft werden.

Fürs fünffte; ſoll in der Röm. Kay. May. und des Heyl. Reichs ſachen Ihr Königl. May. ſich nicht einmiſchen, auch ohne Ihr May. als des Oberhaubts der Chriſtenheit, und Eltiſten von Hauß Oeſterreich vorwiſſen, in ſachen, ſo das Hauß Oeſterreich concerniren, auch die Krieg, gemeine wolſtänd, gräntzen, und friedens traction mit den Türcken, und anderen barbariſchen Völkern, ausländiſchen Potentaten, auch all denen, ſo dem Hauß Oeſterreich feindlichen zuſetzen, und daraus Ihr Kay. May. dem Heyl. Reich, und dem Hauß Oeſterreich ein groſſes præjudicium erfolgen möchte, nichts diſponiren, oder ins werck ſetzen, ſondern Ihr May. hieran gebührlich reſpectiren, wie ſich dann Ihr Kay. May. auch zu nichts wiedriges gegen dieſelbe, und die cedirte Königreich und lender bewegen laſſen wöllen.

Fürs ſechſte; wollen Ihr Kay. May. und Königl. Würden ehiſt bey denen vor dieſen aufgerichten Compactatis, und was derſelben allerſeits mit general-pardon, darein alle bieshero einen und andern theil zu gewarten, keiner ausgenommen, verſtanden ſein ſollen, verſehung der grentzen, vidimirte abcopirung der Oeſterreichiſchen privilegien, ertheilung der acten, ſo die drauſſigen län-

Länder betreffen, und ſonſten einverleibt, und darinn abgeredt, nachmahlen allerſeits bewenden, und zum beſten verbleiben laſſen.

Fürs ſiebende wollen auch zu gäntzlicher Vollziehung dieſer abhandlung innerhalb monaths friſt beyder theil das Kriegs Volk gewiſlich von den gräntzen abführen laſſen, da es aber ſo balde aus erheblichen urſachen nicht beſchehen, oder gentzlich abgedanckt werden kann, ſoll der König doch daſſelbig keiner geſtalt, wie es auch nahmen haben möchte, wieder die Kayl. May. auch deren Königreich und Erblanden auch gehorſambe Chur- und Fürſten und Ständ des Heyl. Reichs gebrauchen, darzu ſich auch Ihr Kay. May. ebener maſſen reciprocè erbotten, und den anweſenden Chur- und Fürſten Ihr Kayl. May. wort geben haben, und demnach obgemelte Puncten mit unſer Kaiſer Rudolffs, und unſer König Mathias bewilligung durch unten benante unſers, und des Heyl. Reichs Chur-Fürſten, Ertz-Hertzogen, und Fürſten, und Unſeres Fr. lieben Bruders Ertz-Hertzogen Alberti abgeſandten aufgeſetzt, und geſchloſſen. Alſo thuen wir bey unſeren Kayſerlichen und Königl. worten hiermit zuſagen, ſo viel daraus dem einen, oder andern theil berühren thuet, ſtet, und feſt jederzeit zuhalten, und darwieder keines weeges zuhandeln, noch andern ſolches zuthun verſtatten wollen.

Und Wir von Gottes Gnaden Johann Schweyckart Ertz-Biſchoff zu Mentz, Ernſt Ertz-Biſchoff zu Cölln, Chriſtian der ander Hertzog zu Sachſen. Alle drey des Heiligen Reichs in Germanien, durch Italien Ertz-Cantzlern, Ertz-Marſchall, und Chur-Fürſten, Maximilian, Ferdinand, und Leopold Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich, Heinrich Julius Hertzog zu Braunſchweig, Ludwig Landgraff zu Heſſen, und Ich Octavian Viſconte Graff zu Gamalanio meines günſtigen Herren Ertz-Hertzogens Alberti zu Oeſterreich Abgeſandter thue hiermit für uns, unſer Erben, und nachkommen, und ich der Geſandter in Vollmacht meines günſtigen Herren in beſter form, als ſolches geſchehen kann, zuſagen, und verſprechen, daß wir, und unſer Erben, als dieſer abhandlung bürgen auf des haltenden theils ſtehen, und die brüderliche abhandlung in allen puncten wieder menniglich volziehen helffen.

Digitized by Google

Des zu wahrer urkhund haben Wir von Gottes Gnaden Rudolff Kayſer, und Wir König Mathias, mit unſer beiderſeits Kayſer- und Königl. handen obbemelte abhandlung unterſchrieben, und mit angehengten Kayl. und Königl. Inſiegel bekrefftiget, und neben Ihr Käyl. May. unſer Allergenedigiſten Herren Vettern, Brüdern, Oheim, und meinen günſtigen Herren Wir obgemelte Chur- Ertz-Hertzogen, Fürſten, und Ich der geſandter in Vollmacht meines günſtigen Herren mit unſer hand unterſchrieben, und auch angehengten Inſigell bekrefftiget. Geſchehen, und beſchloſſen iſt dieſe abhandlung in dem Königl. Schloß Prag den 10. Septembris, Anno 1610.

Rudolff.

Mathias.

Johann Swickardus *Archi-Ep.* Mogunt. Erneſt. *Archi-Ep.* Colon.
Chriſtian Churfürſt.

Maximilianus, Ferdinand. *Leopold.*
Octavio Viſconti Graff zu Gamalanio. Henricus Julius.

CXI.

Mathias Rex Hungariæ contra Paſſavienſes tumultus in Bohemiam cum exercitu movens, fidem facit Statibus Regni Bohemiæ, quod ſuus adventus juribus & privilegiis Regni minime præjudicioſus erit. dd. Iglaviæ 1611. die Jovis poſt Dominicam Lætare.

NOS MATHIAS Secundus Dei gratia Rex Hungariæ, Gubernator Regni Bohemiæ, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Moraviæ &c. Notum facimus his literis reverſalibus noſtris Regiis univerſim coram omnibus, ſingulariter vero, ubi neceſſe fuerit; Quemadmodum id literis noſtris patentibus exercitui noſtro a nobis in auxilium Statuum Regni Bohemiæ miſſo datis, quarum datum eſt in civitate noſtra Viennæ, die Lunæ poſt Dominicam quadrageſimæ Invocavit dicta; item pariter reſolutione reſponſoria Commiſſariis ad nos ab iisdem Statibus Regni Bohemiæ miſſis data, cujus actum eſt 4. die menſis Februarii, anni hujus 1611. in-

Digitized by Google

inſinuare dignati ſumus, quod ex innata clementia noſtra, ac favore, quo ad præfatum Regnum noſtrum, & omnes Status hujus Regni ferimur (juxta conventionem anno 1608. ante Pragam factam) contra indomitum populum Paſſavienſem (qui ut paulo ante in Archi-Ducatum noſtrum ſuperioris Auſtriæ hoſtiles inſultus attentavit, homicidiis, incendiis, rapinis, & vaſtationibus ſubditis noſtris damna irrecuperabilia cauſando, ita & dein in Regno Bohemiæ, quædam loca ac urbes, imo & minorem civitatem Pragenſem fraudulenter occupavit, nonnullos altiorum ac inferiorum incolarum occidit, arcem Pragenſem, ubi Sua Cæſarea Majeſtas Dominus frater noſter dilectiſſimus reſidet, & libertates, privilegia, Tabulæ, Regni clenodium maximum Regni hujus pro illo tempore aſſervantur, obſedit, imo & reliquas civitates Pragenſes, veterem & novam occupare conatur) auxilio eſſe, prædictorum Statuum ſalutem ac emolumentum procurare, eos cum terris ſuis non ſecus ac propriam perſonam noſtram ab ulteriori infortunio cum divina gratia præſervare, ac defendere; item vaſtatores terrarum noſtrarum coërcere, ſupprimere, eorum latius impuniusque evagandi deſiderium intercipere, denique absque damnis, & minima horum Statuum noxa penitus evertere intendamus. Ad quam gratioſam noſtram Regiam intimationem factam a nobis ſæpe dicti omnes tres Status Regni Bohemiæ inſtanter petiverunt, ut priusquam de limitibus Moraviæ in hoc Regnum Boëmiæ ingrederemur, Status Reverſalibus congruis aſſecurare dignaremur, quod adventus ille noſter eisdem futurus non ſit, aut eſſe debeat in aliquod præjudicium, & damnum Privilegiorum, libertatum, jurium, ac terræ conſtitutionum, conventus comitialis, ſimul & laudabilium antiquarum conſuetudinum, ſingulariter autem, ne quid deroget transactionibus conventus, qui penes Pragam factus eſt die mercurii poſt diem S. Joannis Baptiſtæ anno a nativitate filii Dei 1608. Quam eorum petitionem juſtam ac debitam eſſe agnoſcentes, cum non alio animo expeditionem hanc ſuſceperimus, quam pro bono eorum, & augmento, ut nempe eos juvare, ac defendere valeamus. Quapropter de certa ſcientia noſtra, & conſilio fidelium noſtrorum dilectorum, de poteſtate Regia noſtra, atque ut legitime electus Gubernator Regni Bohemiæ, nominatos omnes tres Status Regni Bohemiæ, hæredes, & ſucceſſores eorum in omnibus protegere cupientes his Reverſalibus aſſecuramus, eis confirmamus, verboque noſtro Regio, tanquam Marchio Moraviæ promittimus, quod hic noſter tam validus cum exercitu noſtro in Regnum Bohemiæ adventus illis omnibus Tribus Statibus Regni Bohemiæ neque futuris & ſucceſſoribus eorum in damnum aut

præ-

Digitized by Google

præjudicium Privilegiorum, libertatum, jurium, conſtitutionum terræ, laudabilium antiquarum conſuetudinum, ſingulariter vero contra compactata, quæ ad Pragam die Mercurii poſt diem S. Joannis Baptiſtæ anno Domini 1608. concluſa ſunt, aut in alio minimo præjudicioſus eſſe poſſit, aut debeat; Nos enim eos omnes, & quemlibet peculiariter penes ſuas libertates, privilegia, literas Majeſtales, donationes, jura, conſtitutiones terræ, comitialia concluſa, bonas & laudabiles conſtitutiones, conſuetudines, ſupra ſcripta pactata, imo & penes illam de religione concluſam pacem absque impedimento & immutatione, quolibet tempore relinquere, ac defendere intendimus, & promittimus in tempora futura & perpetua. Pro quorum omnium confirmatione, & memoria ſempiterna cum certa noſtra ſcientia ſigillum noſtrum Regium his literis appendi juſſimus, manuque propria ſubſcripſimus. Datum Iglaviæ die Jovis poſt Dominicam Lætare anno 1611. Regni noſtri Hungarici tertio.

Mathias.

Ad mandatum Sacræ Regiæ Majeſtatis proprium

Hanß Fridrich Jordan
de Klauſenburck.

CXII.

Pragenſes quidam Nobiles & Cives nomine omnium Statuum Regni Bohemiæ Mathiæ Hungariæ Regi Reverſales dant, quod ad petitionem eorum ſuſcepta in Regnum expeditio eidem nullo modo præjudicioſa eſſe poſſit. dd. Pragæ anno 1611. die Martis poſt Judica.

Nos N. N. Domini, Equites, Pragenſes, Montani & alii miſſi de civitatibus, de omnibus Tribus Statibus Regni Bohemiæ nunc inſimul in Curia antiquo-urbenſi congregati, nomine & loco aliorum omnium Trium Statuum hujus Regni abſentium; notum facimus literis noſtris Reverſalibus pro Nobis & hæredibus, ac futuris noſtris communiter & ſeorſim omnibus ſingulariter vero, ubi neceſſe fuerit. Quod Sereniſſimus Princeps & Dominus Dominus Mathias Secundus Dei gratia Rex Hungariæ, Expectans Regni Bohemiæ, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Moraviæ, & Comes Tyrolis ex innato amore, & inclinatione, quibus erga Regnum hoc Boemiæ Sua Serenitas Regia & erga Nos Status hujus Regni fertur, & ob

Digitized by Google

ob illam ante Pragam anno 1608. factam conventionem gratioſe ſe manifeſtare dignatus ſit, quod ſæpe dictis Statibus contra illum populum Paſſavienſem (qui ſicut antea in Archi-Ducatum ſuperioris Auſtriæ inimicum incurſum tentavit, per occiſiones, rapinas, exuſtiones, violationes honeſti fæminei ſexus irrecuperabilia ſubditis cauſavit damna, imó deinde in Regno Bohemiæ quædam loca & urbes, & ultimo urbem minorem Pragenſem fraudibus & deceptionibus occupavit, devicit, altioris, & inferioris Status incolarum, quosdam occidit; arcem Pragenſem, ubi nunc Sua Majeſtas Cæſarea, Dominus noſter Clementiſſimus reſidet, & libertates, Privilegia, Tabulæ Regni, imo & corona Bohemiæ, aliaque hujus Regni Clenodia, & Privilegia aſſervantur, obſedit; antiquam etiam, & novam civitatem Pragenſem poteſtati ſuæ ſubjicere attentavit) in auxilium, qua Expectans Regni Bohemiæ venire, noſtrum bonum, & emolumentum procurare nosque non minus ac propriam Suam perſonam Regiam una cum terris ab ulteriori infortunio, & vaſtatione defendere cum auxilio divino velit; Invaſores ſimul Suæ Serenitatis Regiæ noſtros Regnique Bohemiæ ſevere punire, peſſima eorum conſilia prævertere non differet. Quod quidem gratioſe annuere dignatus ad petitionem noſtram Statibus Marchionatus Moraviæ porrectam, qua ſuppliciter poſtulavimus, ut Sereniſſimo Marchioni Suo perſuaderent, quo nobis in auxilium & Regni noſtri defenſionem potentiam Suam bellicam mitteret; imo poſtea Sua Regia Serenitas ad novam noſtram per miſſos noſtros factam requiſitionem clementiſſime Se reſolvit, quod in propria perſona Sua Regia advenire dignatus ſit, pro quo nos Suæ Serenitati gratias agentes, eundem tanquam Expectantem Regni hujus Bohemiæ ſingulari cum gaudio expectamus.

Quoniam vero Sua Serenitas Regia juxta Reverſales nobis datas, quarum datum eſt Iglaviæ die Jovis poſt Dominicam Lætare Anno 1611. gratioſe promittit, hanc Suæ Serenitatis in Regnum hoc expeditionem nec nobis nec ſucceſſoribus noſtris in damnum & præjudicium Privilegiorum, libertatum, jurium, terræ conſtitutionum, comitialisque conventionis, ac bonarum antiquarum conſuetudinum, præcipue vero contra ante Pragam anno 1608. factam conventionem futuram, ſed quod Sua Serenitas Regia nos omnes, & quemlibet noſtrum penes noſtras libertates, Privilegia, literas Majeſtales, jura, terræ conſtitutiones, comitialia concluſa, bonos & laudabiles mores & conſuetudines, item penes illam de Religione factam conventionem, absque immutatione conſervare, & defendere velit his & futuris temporibus perpetuis, prout Reverſales id plenius continent; idcirco merito a nobis vice verſa alias Reverſales petit;

Digitized by Google

tit; quod illa Suæ Serenitatis Regiæ expeditio (cum in defenſionem noſtram, & ad propriam petitionem cum ſcitu & conſenſu noſtro accidat) contra illam ad Pragam factam conventionem, & compactata nullo modo eſſe, nec a quocunque noſtrum temporibus perpetuis haberi debeat, nec ullo modo Suæ Serenitati Regiæ qua Expectanti præjudicare; Nam Suam Serenitatem pro debite electo Regni Bohemiæ Expectante agnoſcimus, habemus, & perpetuo habituri ſumus. Quapropter agnoſcentes petitum Suæ Serenitatis juſtiſſimum eſſe, ultro conſenſimus, atque vice verſa reverſales (nempe quod Sua Serenitas expeditione, adventu Suo nihil contra conventionem agat, quodque juribus illius & prætenſionibus nihil adverſum eventurum ſit) manibus Suæ Serenitatis tradi juſſimus, ac pro robore & immutabili temporum futurorum memoria ſigilla noſtra tam nomine noſtro, quam abſentium omnium Trium Statuum Regni appreſſimus, & noſtris manibus ſubſcripſimus.

Convenimus etiam unanimiter; quod ſi quis Suæ Serenitati, aut nobis illam anno 1608. ante Pragam factam ratione Expectantiæ conventionem in aliquo violare vellet, aut hanc Suæ Serenitatis ex inevitabili cauſa & neceſſitate in Regnum hoc ſuſceptam expeditionem contra conventionem illam eſſe diceret, atque propter id Suæ Serenitati obeſſe, aut quid juris demere vellet, quod contra hujuſmodi quemcunque, cujuscunque ille Status, dignitatis, honoris, & conditionis eſſet, nullo excepto, Suam Regiam Serenitatem ad extremum usque virium defendere, neque a Sua Serenitate hac in cauſa recedere velimus.

Datum Pragæ die Martis poſt Dominicam Judica, anno 1611.

IN-

Digitized by Google

INDEX
NOMINUM ET RERUM MEMORABILIUM.

A.

Aalma vox Hebraica, pag. 252.

Aaron 124. 239. ejus geſta 240. 245.

Abelis holocauſtum, cædes 102. ejus caput ſub Chriſti cruce 104. primus Sacerdos 235.

Abigari Regis civitas, Chriſti ad eum epiſtola 91.

Abrahæ nativitas, geſta 120. ſepultura 104. Sacerdos 236.

Abyſſinia 91.

Ada uxor Lamech 103. filius ejus Jabel 104.

S. Adalbertus naſcitur 11. devotus a parentibus ſanatur 12. ejus pueritiæ virtutes 12. 13. 14. 15. 52. mittitur ad A. Epiſcopum Magdeburgenſem, ibid. & 52. Bis confirmatus per errorem 13. traditur Ottrico Magiſtro 13. ejus conſcientiæ teneritudo 14. 52. optima de eo opinio & ſpes 15. 52. Pragam reverſus fit Clericus 15. adeſt morienti Epiſcopo Ditmaro, eligitur in Epiſcopum Pragenſem 17. 52. 267. 156. energumeni de eo confeſſio 18. conſecratur a Moguntino 19. ejus Pragam reditus humilis & epiſcopales virtutes 19. 20. 21. 52. 53. prædicatio verbi divini fructu caret 22. 23. 53. ejus nocturna viſio ibid. Romam contendit 24. 53. meditatur Hieroſolymam 25. munera ab Imperatrice accepta diſpendit in pauperes, venit in montem Caſſinum 25. 53. 57. diſſuadetur ei iter Hieroſol. 26. a Nilo Abbate ſuſcipi anhelat 26. 27. ſuadetur ei reditus Romam, accipit literas ad Leonem Abbatem 28. fit monachus cum conſenſu Papæ 28. 29. 53. ejus vitæ monaſticæ virtutes 29. 30. 35. 38. 39. miracula 30. 56. pro eo legatio venit ex Bohemia 31. remittitur 32. 54 Plſnenſes ob mercatum diei Dominicæ increpat 32. mulieri adulteræ aſylum dat, ob quod magnas adverſitates ſuſtinet 33. excommunicat Wrſſovecios 163. Hungaris ſe offert eisque nuncios mittit, redit Romam 34. 54. ejus cœleſtis viſio 35. 54. conſuetudo cum Ottone III. 37. Pragam reditum meditatur 37. venit Moguntiam 38. offert Strachiquati epiſcopatum 154. Brzevnovienſis cœnobii Confundator 155. ejus quinque fratres occiduntur 54. 57. 158. ejus viſio nocturna, peregrinationes 40. tranſit ad Poloniam 41. 57. mutos loquela donat, author jejunii novem hebdomadarum in Polonia 56. Bohemi eum recipere nolunt 42. tranſit ad Pruſſiam 43. 54. Gedani multos baptizat, in Friſchhaf percutitur, recipitur in hoſpitium 44. exire jubet 45. Somnium Gaudentii præſagum martyrii 46. 47. ligatur a Pruſſis ibid. adhortatur comites ad conſtantiam 48. 55. Septem haſtis confoditur, truncatur capite 59. martyrio clarus 158. Miraculum cum ejus ſacro digito 56. 59. Num fuerit A. Epiſcopus Gneſnenſis 57. 58. ejus ſacrum corpus omne argenti pondus ſuperans cedit annulo 59. levatur incorruptum Gnezdnæ 166. 167. 268. Apparet Severo Ep. Prag. 167. transfertur Pragam 167. 158. ejus ſepulchrum 118. renovatur 277. ejus ſacrum caput inventum 281. olivæ ſimilitudine a Libuſſa prædicitur 135. 144. ejus interceſſione conciliatio inter Wratislaum Regem & filium 180. 181. ejus vexillum in bello contra Lotharium 202. ejus fratres Pragam transportantur 211. Vita ejus a Frehero edita non eſt Coſmæ partus, bene vero rhytmica a nobis prolata 3. altera & tertia a Polonis ſcripta 52. 57.

Adalbertus Magdeburg. A. Epiſcopus ad eum mittitur S. Adalbertus 12. ſecundo per errorem eum confirmat 13. ejus laus 12. moritur 15. 52.

Adami creatio 83. 92. miniſterio Angelorum in paradiſum translatus ſeducitur ab Eva 93. abſcondit ſe 94. e paradiſo aſportatur ab angelo 94. veſtigium pedis ſui *ibid.* & 97. do-

Digitized by Google

domus, hortus *ibid.* & 101. perizomata ejus e quibus foliis 98, de qua arbore comederit 99. infirmus 100. plures filios & filias procreavit. 101. monitum ejus ad filios 102. Luctus ſuper Abelis cæde 104. mors 104.

Adrianus Papa coronat Fridericum Imper. 210.

S. Ægidius; ad eum votum Judithæ Duciſſæ 176. Monachi S. Ægidii liberam vult electionem Papa 347. 348.

Ægyptum pervadit Nilus 91. Regni Ægyptiorum origo 118. excoluntur ab Api 121. ad eam venit Joſeph fitque dominus 123. Dux Moyſes, percutit plagis 124.

Æneas Princeps Roman. 126. ejus geſta 127.

Ætas mundi prima 107. 108. ſecunda 108. 111. tertia 120. quarta 244.

Æthiopiam pervadit Gyon fluv. 91. debellat Moyſes 124.

Agar ancilla mater Ismaelis 120.

B. Agnes filia Regis Przemyslai ſoror Wenceslai promiſſa filio Rudolphi detruditur in monaſterium 227. fit monialis S. Claræ 281. accipit ab Alexandro Papa reliquias ſacras 213. ejus ſanctitas, proceſſum Canonizationis urget Carolus IV. 136.

Agrienſi Epiſcopo conceditur facultas diſpenſandi in gradu ſecundo affin. 363.

Alani Chriſtiani 85. conditor eorum Elam, auxilio ſunt Tartaris 110.

Alba ædificatur 128. Albani Reges *ibid.*

Alberto Duci Auſtriæ datur Regnum Hung. in feudum. 371. Papa eum admonet de juribus, quæ ſibi in id regnum competunt. 372. 376. oratur, ut Eugubino Epiſcopo det omnem aſſiſtentiam 373. *Albertus* Archi-Dux Auſtriæ recognoſcit Mathiam caput & columen familiæ 470. *Dux Saxoniæ* citatus ad curiam Romanam 405. *Comes* liberat Germanos 199.

Albis fluv. 138. 139. 155. 157. 198.

Albula fluv. 128.

Alep maxima civitas terræ ſanctæ 92.

Alexander IV. B. Agnetem multis extulit laudibus 136. mittit eidem ſacras reliquias 213. eidem victoriam ſuam perſcribit Przemyslaus 221. 222. *Alexander* Magnus intrat templum Hieroſol 247. 248. ejusdem coloſſus in Indiis 89.

S. Alexii Monaſterium Romæ 158. *Alexius* Comes monet de periculo balneantem filium Regis Boh. 177.

Aleyta filia Andreæ Regis Hung. nubit Wratislao 172. uxor Sobieslai proficiſcitur ad Hung. 205. ejus bona opera 206. moritur 207.

Aligernus Caſſini montis Abbas 26.

Almus Rex Hung. ſepelitur 205.

Alnus Thuringi 149.

Altare primum inunctum oleo 238.

Amazonum Boh. res & geſta 144.

Amburanus arbor Indica 98.

Amulius Silviam Veſtalem facit 128. Romulum ſibi ſucceſſorem conſtituit 129.

Amurates Turcarum Tyrannus 476.

Anaſtaſius Abbas Brzevnov. idem veroſimillime qui Radla 43.

Anderhohe Petrus Suecici militis Dux ignem mittit in Brodam 289.

Andreas Rex Hung. benevole excipit Wratislaum, dat eidem filiam Aleytam in uxorem 172. condit Hunno-Brodam 283. Dux Dalmatiæ pro patre votum Hieroſol. exſolvere parat, ejus cum fratre Henrico Rege Hung. diſcordia 339. compoſitionem cum eo facit, a Papa cruce ſignatorum privilegiis donatur 340. commendatur ei Regnum Hung. & nepos Ladislaus 342. monetur de implenda ſuprema voluntate fratris 351. 352. commendatur ei tutela Ladislai 353. ejus petitioni Papa ſubſcribere nequit 356. 358. Rex monetur ad procurandam reſtitutionem ablatorum 359. ad ejus petitionem confirmatur A. Epiſcopus Strigon. 360. laudibus extollitur a Papa, ejusque naſcituræ proli homagium præſtandum præcipitur 362. *Andreas* fit Epiſcopus Pragenſis 280. *Epiſcopus Olomuc.* eligitur 181. conſecratur 182. ejus memoriæ 273. 274. *Camerarius Regni* diſſuadet Przemyslo Imperatoriam dignitatem 225.

Angelorum creatio, ordines, miniſteria, caſus 82. 83.

Antenor conditor Paduæ 126.

Digitized by Google

Antiochiæ geſta Apoſtolorum 263. 264.
Antiochus violat templum Hieroſol. 248.
Antipodes negantur 115.
Apis Regis Argivorum geſta, poſteri 121.
Apoſtolorum concilium 260. Symbolum 263.
Aquila primus clypeus Boh. 143. *Aquila* Ezechielis in ſigillo Sigismundi Imp. 137.
Aquisgrani coram Imperatore pontificat S. Adalb. 158.
Ara cœli Romæ in eccleſia Minorum 131. 253.
Aragonum Rex pro claſſe mittendâ oratur 416.
Ararat mons Armeniæ 107. 108.
Arbacus Sardanapalum cremat 130.
Arbor boni & mali 92. 93.
Arca Noe ædificatur 107. ſubſidet in monte Armeniæ 106. Arca Dei capta, reducta 241.
Arfaxat Aſſyriorum Dux 117.
Argivorum Regnum, conditor Argus 121.
Armacani Hiberniæ Epiſcopi Satyrica in Marignolam epiſtola 73.
Armalec urbs occidentalis Tartariæ, plures hic baptizat Marignola, condit eccleſiam, paſſi hic 6. fratres Minores 86.
Armeniæ mons Poris, in quo ſubſidit arca 106. 107. 108. *minor ibid. Armenus* Clericus mittitur a Rege Tartarorum ad Papam 84.
Arneſtus A. Epiſcopus Prag. teſtis miraculi circa digitum S. Nicolai 136.
Aſcanius in Italiam deportatur 127. Albam ædificat 128.
Aſſer filius Jacob 122.
Aſſur a quo Aſſyrii 117. *Aſſyriam* tranſit Tygris 91. Euphrates 92. regni origo 117. 118. deficit 128. 130.
Atalia ejus geſta 246.
Athenienſium doctrina, imperium 118. 125. 126.
Atlas venit in Europam 124.
Aventinus mons Romæ 128.
Augſpurgica confeſſio 315.
S. Auguſtini de opere 6. dierum ſententia 82.
Auſchtitzky Commiſſarius Regis delectus ad pacem tractandam 312.
Auſtria gaudet privilegio ne excommunicationis ſententia in eam ferri poſſit 367.
Auſtriaci auxiliares Regis Wenceslai 212. accedunt Hungaris 305. 306. in Comitiis Pragæ 317. Sclopetarii 321.
Auſtriæ Archiduces Mathiam caput & columen familiæ ſtatuunt 464. Ducem laudat Papa 364. eundem hortatur, ut Belæ reverentiam patris perſuadeat *ibid. Status* cum Mathia confœderationem ineunt 477. *limitum* prætergreſſio inhibetur 483.
Azymus panis, in quo Chriſtus ſacramentum Euch. conficit 259.

B.

Babel civitas, turris ædificatur, corruit per tonitru, Soldanus ſtruit ædificium ſuper ruderibus 116. cingitur civitas 117. etymologia 118.
Babenberg conditur 164.
Babilonia civitas Ægypti 116. imperium 130.
Babo condit Babenberg, erigit epiſcopatum, fabula de calice 164.
Bacuc mare 91.
Bala uxor Jacob 122.
Bambergenſis epiſcopi petitioni nequit ſubſcribere Papa 358. vexillum Ducatus datur Wladislao 207.
Bannatus, in eo habent militem præſidiarium & fortalitia Bohemi 482.
Banow a Rege Hung. conceditur Brzetislao habitandum 181.
Barbara Regina Hung. 409.
S. Barnabæ geſta 262. 264. 265. *eremita* cum pecunia remittitur ad Mezkonem 165.
S. Bartholomæus Apoſt. 262. eccleſia redditur 214.
Baſileenſe concilium concedit Bohemis uſum calicis 426.
Bavaria vaſtatur 202. 213. 215. 225. reddit Imp. Henr. 196. ſubjugat Sobieslaus 207. *Duces* in amicitiam recipi promittuntur 383. Viennam vocantur ad compactandum 396. cum iis confœderationem habet Rex Hung. 401. 402. reſiſtunt Carolo IV. 402. 403. unde Brandeburgiæ prætenſio? 407.

 Bea-

Digitized by Google

Beane urbs Boh. 166.
Beatrix Ducis Burg. filia deſponſatur Friderico Imp. 210.
Bechin provincia Boh. 140.
Bela filius Almi Regis Hung. privatur oculis 205. tradit filiam filio Conradi 206. moritur 207. *Bela* bellum movet Przemyslaus 218. vincitur 221. 222. filium deſponſat nepti Przemyslai 224. *junior* coronatur 225. *Bela* III. votum vovit de profectione Hieroſol. 339. *Bela* IV. primog. Regis Andreæ confugit ad Ducem Auſtriæ patri reverentiam præſtare monetur, 364. commendatur ei, ut aſſiſtat Duciſſæ Auſtriæ 366.
Beleknese epiſcopatus ceditur A. Epiſcopo Colocenſi 355.
Belis Abbati committitur inquiſitio ſuper diſciplina Græc. Monachorum 341.
Belus ſucceſſor Nemrodi, idolorum author 118.
Beneda a Wratislao cuſtodiæ mandatur, Regem enſe ter percutit, ejus ſupplicium 178.
S. Benedictus Caſſini montis conditor 25. ejus corpus Floriaci 40. *Papa* XII. mittit Marignolam ad Tartarorum Imp. 84. *Benedictus* comes S. Adalberti 44.
Benjamin filius Jacob 122.
Berka Ladislaus adverſus eum querelæ 306. 312. reſiſtit Judicibus Moraviæ 471. pro intercesſione ab Hungaris flagitatur 473. petitur, ut privetur officio 484.
Bernaboni dies banni prorogandi 400.
Bertholdus Comes caſu lapidis perit 213. *Legatus Apoſt.* venit Pragam, cogit Regem redire ad propria 214.
Bethlehem 254. *Bethlehem Gabor* obſidet Hunno-Brodam 289.
Bezdiez caſtrum a Germania conditum 199.
Bias Wenceslaus teſtis 440.
Biela civitas 199.
Bielina fluv. 142. provincia 146.
Bile Fridericus 312. Commiſſarius datus Hungaris 315.
Bitumen quid ſit? 116.
Blachi redeunt ad Rom. eccleſiam 343. 344.
Boczkay Stephanus Princeps Transylvaniæ cæditur ad Hunnobrodam 288. ejus bella 302. 303. ſollicitat Carolum Zierotin ad defectionem 451. Moravis cauſas expeditionis ſuæ explicat 452. de tradenda ei Moravia conſilium 453. adverſus eum quærit Mathias auxilia 454. ſollicitat ad defectionem Status Sileſiæ 456. agitur de concilianda cum eo pace 466. milites ejus per Moraviam graſſantur 460. 463. cæduntur 458. 460. ejus auxiliares Turcæ & Tartari 463.
Bohemiæ ſitus, deſcriptio 9. 138. 139. illius origo *ibid.* ad eam venit S. Ivanus 61. Moraviæ olim ſubjecta 150. *Bohemorum* origo a Japhet, Gomer, Bojam 137. 138. veterum mores 139. Sine Rege aut lege 140. cum Zatecenſibus bellum 146. Vaſtant Zatecenſem provinciam 148. 149. Imperium fæmineum detrectant, Przemysl Ducem eligunt, a quo legibus vinciuntur 141. 142. 143. Chriſti doctrinam ſuſcipiunt, 150. 151. fugant Borzivojum, eundem repetunt 151. languor in Chriſtianitate 9. nil moventur prædicatione S. Adalb. 22. 53. eorum potiſſima vitia 23. recidunt ad eadem 33 mittunt legationem Romam pro S. Adalb. 30. 31. in violatione ſepulchri ejusd. Sancti cœcitas, pœnitentia 166. 167. accuſantur apud Papam ob ſpoliatam Poloniam 168. tributarii ſub Carolo M. 169. invaduntur ab Henr. Imp. victores 169. accipiunt primum Regem 176. 177. cæduntur a Saxonibus, cruenta eorum victoria 178. relinquitur eis electio ab Imp. 183. invaduntur a Polonis 190. victoria eorum adverſus Hungaros 197. invadunt Saxoniam 199. vincunt Saxones 202. cæduntur a Conrado Moraviæ Marchione 297. adverſus Cumanos bellant 219. 220. calamitas occiſo Przemyslao 228. 229. minæ Hungarorum in eos 306. inſurrectio generalis indicitur 306. 307. exercitus luſtratio 311. obviam procedunt Mathiæ 319. 322. cum Hungaris amicitia 323. 324. fortitudo in bellis Hungaricis 422. *Statuum* reſponſio ad prætenſiones Mathiæ Hung. Regis 431. mittunt legatos ad pacem accelerandam cum Turca 467. Commendatur illis Mathias in Regni Succeſſorem. 479. eisdem proponit
ar-

Digitized by Google

articulos Mathias 481. eorundem ſupplementum 485. reddit ſecuros ob ſuam expeditionem 502. 504. cum Hungaris vetus vinculum 432. regnum liberum *ibid.* habet præſidiarium militem in fortalitiis Hung. 482. Bona coronæ ne oppignorentur, aut alienentur 483. proteſtantur litem deferri ad Papam 434. Cancellaria & Camera ne quæ mandata porro Moravis transmittat 484. 485. *Bohemica* confeſſio 308. 314. *Bohemus* quidam author gentis 139.

Bojam conditor gentis Bohemorum 138.

Boleſa intentat inſidias Sobieslao, ſupplicio afficitur 204.

Boleslavia civitas 153 hic interficitur S. Wenceslaus 154. magnifice conditur 155. fundatur Collegiata eccleſia 269. Præpoſitus Hermannus fit Epiſcopus Prag. 275.

Boleslaus *Sævus* educatur a S. Ludmilla 152. occidit S. Wenceslaum 153. transfert ejus ſacrum corpus 154. admodum crudelis compellit ſuos ad cingendam muris urbem 155. moritur 155. *Pius* inſimulatur reus cædis fratrum S. Adalberti 41. Poloniam expugnat 59. ſuccedit patri in Ducatu, ejus laus 155. 156. 159. fundat monaſterium Ord. S. Bened. 155. erigit Pragæ epiſcopatum 135. 155. 156. ad eum Papæ epiſtola 156. morientis ad filium conſilia, moritur, ætas, filii, fines Ducatus prolati 159. 160. *Boleslaus* III. ad eum patris morientis verba 159. invitatur a Duce Polon. ad convivium 160. commendat filium amicis, excæcatur 161. *Polonus* ad eum confugit frater S. Adalberti 41. 57. item S. Adalbertus 43. ducit filiam Ducis Boh. 57. deſtinat S. Adalberto pecunias 58. expugnat Pruſſiam 59. filius Kazimiri 166. filius Judithæ filiæ Regis Wratislai Boh. pecunia placat Borzivojum 186. *Cracovienſis* Dux vincitur a Przemiſlao 221. 222.

Boratinsky Petrus teſtis 441.

Borzivogius I. Dux Boh. baptizatur, condit eccleſiam in Gradecz, fugit ad Regem Moraviæ ejus laudes 150. 151. in venationem progreditur, vulnerat cervam S. Ivani 62. 63. perſequitur eam in ſpecum 64. ejus cum S. colloquium 64. venit ad eum S. Ivanus 65. conſecrat ſpecum in eccleſiam 67. mors 151. *Borzivogius* II. eum Ducatui Boh. deſtinat Brzetislaus, tradit ei terras Moraviæ 183. ducit uxorem Marchionis Auſtriæ 184. inthronizatur 185. Mutinam & Boſey in gratiam recipit 185. occurrit cum milite fratri Odalrico *ibid.* vocatur a Polono in auxilium, placatur Boleslao Polono, munit Pragam 186. perſequitur fugientem Suatopluk 187. fert auxilium Henr. III. Imp. obſeſſo *ibid.* a Suatopluco Ducatu exuitur, tranſit in Poloniam 188. ab Henr. Imp. remittitur ad recipiendum Ducatum, fugit ab exercitu Ottonis 189. cum Poloniſ invadit Bohemiam 190. 194. venit Pragam 192. ſolemniter excipitur 193. capitur ab Henr. Imp. *ibid.* in ſolium reſtituitur, dat fratri medietatem Ducatus, rurſus exulat 198.

Boſey complex necis Brzetislai redit ex Polonia, recipit Zatecium, 185. capitali addicitur ſententiæ 191.

Boſnenſes hæreticos vincit Przemysl 221. 222.

Boſninek Thomas ductor militum 458.

Boves Przemysli in auras abeunt 142.

Bozen filius Cojatæ 271.

Bozena plebeja puella ab Udalrico Duce in matrimonium accipitur 162. moritur 170.

Bozeteta uxor Cosmæ authoris Chronici Boh. moritur 198.

Bragmanni Indici gymnoſophiſtæ 105.

Brandeburgenſis Marchio auxilio eſt Przemyslao adverſus Cumanos 220. adeſt ejusdem coronationi 223. cum eodem adverſus Pruſſos 214. ejus filia nubit juniori Belæ 224. tertiam partem Boh. tenet 228. tutor Wenc. juvenis premit Bohemos 229. 231. pupillum cum matre cuſtodiæ mandat, Regno Boh. Brandeburgenſem Epiſcopum admodum crudelem præficit 229. 230. paciſcitur cum Bohemis, abit 230. 231. præcipiendum illi ut cedat omni prætenſione in Marchiam, & ſubditi ſolvantur vinculo ſubjectionis 404. 405. violator juramenti 407. jura Caroli IV. in Branburgiam 384. 407. de ea lis inter eundem & Bavaros 403. 407. Lis ad Status Sileſiæ remittitur 496.

Bro-

Digitized by Google

Brodam Boh. cum exercitu venit Mathias 307. literæ ſenatus 464.
Bruna obſidetur 179. hic caſtra metatur Brzetislaus 183. Statuum hic diſcordiæ 471.
Bruno cognatus Ottonis Imp. eligitur in Papam 36. deducitur Romam 37.
Bruno Epiſcopus Olom. conſecrat Joannem Ep. Prag. 215. in caſtris Przemyslai 219. Cumanos perſequitur 220.
Brunſuig caſtello ſepelitur Lotharius 205.
Bruznica rivulus ad Pragam 144. 228.
Brzetislaus filius Udalrici accipit Moraviam a patre 162. 164. in ſolium evehitur 163. monita patris ad eum, rapit ſibi uxorem ex parthenone Swinibrod 163. 164. ejus filii 166. vaſtat Hungaros, Poloniam populatur, Gnezdnam occupat 166. 268. Corpus S. Adalberti ipſe humeris Pragam infert 167. 269. accuſatur apud Papam, fundat in ſatisfactionem Boleslaviæ eccleſiam Collegiatam 168. 269. ab eo ſpolia Polona repetit Henr. Imp. *ibid.* eundem cædit 169. placat Imperatorem, reddit Polonis civitates ſub annuo tributo, moritur in expeditione Hung. ſepelitur ad S. Vitum 170. 171. ſtatuit teſtamento, ut filiorum ſenior ſuccedat, Moraviam inter filios diviſit 171 172. *Filius Wratislai* mittitur cum exercitu a patre, balneans fere ab hoſte obruitur 177. offendit eum Zderaſius, quem occidit 179. movet adverſus patrem exercitum 179. diſcedit in urbem Hradek, excluditur ſucceſſione a patre, novum bellum movet patri 180. confugit ad Regem Hung. 181. redit, evehitur in ſolium, ejus laudes 181. 182. demolitur caſtrum Brido in Polonia, condit caſtrum Kamenec *ibid.* Wrſſoveciorum bona fiſco adſcribit, ducit uxorem Bavaram 182. 183. caſtrum Podivin condit, facit pacem cum Colomanno Rege, redit victor 183. occiditur 184. de eo luctus 185.
Brzevnow ſilva 200.
Bubalorum ſpecies mirabilis in Bohemia 138. 139.
de Buccon Abbati inquſitio committitur Abbatiæ S. Ægidii 348. adverſatur ſuffraganeis Hung. 350.
Budæ ſponſalia cum filia Reg. Hung. 391. comitia 304. diæta 305.
Budiwoy homo verſipellis 187. 188.
Budova Wenceslaus factionis utraquiſticæ anteſignanus 301. produci petit Majeſtatem Wladislai 307. ejus oratio pro corpore utraqu. 308. 314. articulos porrigit Statibus 309. reſponſum ſuper iis 311. Commiſſarius deputatus 312. 317. 318.
Budvicium utraquiſtis accedere renuit 309.
Bulgariam Turcæ invadunt 414. redit ad Rom. eccleſiam 343. 344. Janitius Dux 346.
Burchardus ab Imp. mittitur ad compeſcendos motus 192.
Burgundorum origo 138.
Buſa incentor prælii 193.
Buſic acuit animos in necem Sobieslai, perpetuo carceri mandatur 204.

C.

Caſſa metropolis Tartariæ 85. ad quam abſorbetur fluvius Caramora 91.
Cain holocaſtum, occidit Abelem, maledictio 235. 102. 103. ædificat civitatem, invenit pondera & medicinas, occiditur, ejus ſepulchrum 103. 104.
Cainan filius Enoch. 105.
Calabria olim magna Græcia 127. 138.
Caldæorum cultus 120.
Calis Poloniæ Collegiata eccleſia, in qua ſynodus celebrata 291.
Caliſtum III. orat Ladisl. Rex Hung. de acceleranda claſſe 413. item Joannes Cardinalis S. Ang. 415.
Cambalec metropolis Imp. Tartar. & Chinæ eadem quæ Peking 84. 87.
Campſay maxima civitas Indiæ 95. 110. templum, in eo figura virginis parturientis filium 253.
Canini Philoſophi in Indiis 110.
Capadocum origo 138.
Capellanorum Imper. auctoritas 72.
Capralius lacus 131.
Caramanus magnus ad invadendam Turciam invitatur 416.

Ca-

Careto de Mileſtin vexillum 319.
Carinthiam vaſtant Hungari 218. Dux cum Przęmyslao 220.
Carmentis inventrix literarum latinarum 127.
Caroli M. de moneta præceptum 160. tributum Bohemis impoſuit 169.
Carolus IV. Boh. Rex. Marignolæ imponit ſcribendam hiſtoriam 80. ejus laus, 133. 137. genealogia a Saturno & Jove, deque eo vaticinium authoris 134. 232. urget Canonizationem B. Agnetis 135. 136. miraculum circa digitum S. Nicolai cum eo factum 136. exaltat Wiſſchrad. eccleſiam, donat eidem partem lapidis in quo celebravit S. Petrus 282. purgat ſe Ludovico Regi Hung. de falſis rumoribus 379. oppignorat oppidum Selz 380. item Wiſſenburg & Muntat 381. cedit Ducatum Ploczenſem, & Principatus Mazoviæ 382. petit ſponſam filio Sigismundo 383. dat Duci Teſſinenſi conditiones ad contrahenda ſponſalia 384. Rex Hung. rata habet ſponſalia 385. jurat ſe nunquam aſpiraturum ad Regnum Hung. 386. 388. Mittit Patriarcham Alexandrinum ad Regem Hung. qui ei de negotiis commiſſis ſcribit 391. 392. 394. hortatur eum Patriarcha ad congreſſum cum Rege Hung. 393. 394. 395. 397. 398. Brandeburgum tendit 395. cum eo Comitis Wirtenberg pacificatio 398. mittit notarium ſuum ad Hung. 401. pacem cum eo facere non vult Ludovicus 402. ei reſiſtunt Bavariæ Duces 402. 403. jura ejus in Brandeburgiam & lis 384. 403. 407. monſtroſa puella & monſtroſi ſerpentes in ejus pallatio 112. 114. magnam partem S. Crucis habet 99. Scripſit vitam S. Wenceslai 153. item plura alia opera 231.
Caromora fluv. Paradiſi ejus curſus 91.
Carnovienſis Dux ſocius Bethlehemi Gabor 288. obſidet Brodam, moritur 289. lis Principatus ad Status Sileſiæ remittitur 496.
Caslau frater S. Adalb. occiditur 41.
Caſſini montis conditor S. Benedictus, iſtic hic liberaliter excipitur S. Adalb. 25. 53. 57.
Catoldus Comes occiſus belli 219.
Cedrus, de ea comedit Adam & Eva 99.
Cenadienſi Epiſcopo committitur purgatio Canonica recipienda 356.
Cethym inſulam, quæ Cyprus eſt, eligit ſibi Noe 108.
Ceylan inſula pro paradiſo ab incolis habita 89. 90. arbores & fructus 92. 96. multi elephantes 100. Spoliatus in ea Marignola 246.
Cham filius Noe 107. 108. Africam obtinet 109. magiarum author interficitur 110. 117.
Chriſtianorum nominis origo 264.
Chriſtianus Dux Sax. fidejuſſor 501.
Chriſtus in ejus nativitate tres ſoles 131.
Chrudimii moritur Brzetislaus Dux 170. terræ motus 303. Chrudimenſium vexillum 320.
Ciake barube arbor Indica 98.
Cidlina fluv. 156. 194.
Cipriorum origo 138. inſula 108. in ea plantatur vinea 109.
Circumciſionis præceptum Abrahæ datum 120. cultro lapideo peracta 242. 243.
Cladrub monaſt. Ord. S. Bened. fundator Wladislaus, in quo ſepultus 201.
Clemens S. Petri ſucceſſor 265. 266. lapis in quo celebravit donatus eccleſiæ Wiſſehrad. 282. S. Clementis eccleſia prima in Boh. 151. Papa, ad eum Vicarius Tartariæ venit 86.
Colinenſes cives Wladislao Regi ſuam fidelitatem probant 430. 431.
Colocenſi A. Epiſcopo ſcribit Innocentius Papa 333. mittitur ad Megajupanum Serviæ 334. 335. poſtulatur ad Strigon. eccleſiam 349. lis de præcedentia, coronat Regem 350. præſens Henrico Hung. Regi morienti 352. ei defenſio Ladislai & matris commendatur 354. datur facultas vendicandi quendam Epiſcopatum 355. poſtulatum Papa confirmare nequit 375 transfertur ad Strigonienſem eccleſiam 360. confirmatur 361. promittit concordiam pro Rege ſuo 369. increpatur a Papa ob diuturnum ſilentium 379.
Colomannus Rex Hung. vaſtat Moravos 191. contra eum movet Suatopluc exercitum 192. ejus cum Brzetislao pax 193. fugat Almum, fratrem & filium excæcat 198. 205. moritur 197.

Digitized by Google

Colonienſis A. Epiſcopus Pragæ 215. nomine Electorum Przemyslao defert Imperialem dignitatem 225.
Columbus Indiæ civitas 88. in ea eccleſia latinorum 89. 110. 113. 114. hic intoxicatus Marignola 245.
Conſtancia mulier ſanatur a S. Adalb. 30. 56.
Conſtantinopoli diſputatio Marignolæ cum Græcis 70. 85. Servia Patriarchæ Conſtant. jurisdictione eximitur 335. redit ad unitatem Eccleſiæ Rom. 355.
Conradus eligitur in Rom. Regem 202. 205. Wladislao dat vexillum 206. 207. inthronizat Wladislaum *ibid.* moritur 209. *Rex Apuliæ* 84. *Filius Brzetislai* 166. Magiſter venationum a fratre Spitignæo conſtituitur 172. accipit medietatem Moraviæ 173. bello petitur a Wratislao, conſpirat cum Brzetislao, uxor pacem ei & veniam impetrat 179. promittitur ei ſucceſſio in Ducatu Boh. 180. mediatorem agit inter patrem & filium, ſuccedit Wratislao Regi 181. ejus filiis rapit civitates Brzetislaus 183. *Moraviæ Dux* non acceptatur a Bohemis 192. diſſenſionem habet cum Wladislao, obſidet Pragam 207. fugit in Moraviam 208. munit Hunnobrodam 284. tuetur partes Jaromiri 270. obit in Apulia 280. Epiſcopus Olomucenſis deponitur 216.
Corili e ſtimulo Przemysli, efflorescentis præſagium 142. 143.
Cornelius Cæſareæ Epiſc. 260.
Coſaci auxilio Hunnobrodenſibus 288.
Coſmas eligitur in Pragenſem Epiſcopum 178. 181. 273. 274. cum Rege in expeditione contra filium 180. conſecratur, conſecrat altare S. Viti, moritur 182. 183. *Decanus eccleſiæ Prag.* author vitæ rhytmicæ S. Adalb. 2. 3. 49. alius a Coſma Epiſcopo 6.
Coſtmar villa 271.
Coturni Przemysli in Wiſſehrad aſſervati 143.
Coya Jaan tyrannus ſpoliat Marignolam 96.
Cracov, hucusque fines Imperii Boleslai Pii 160. excæcatur iſthic Boleslaus III. 161. vaſtatur a Brzetislao 166.
Creatorum ſpecies tantum ſeptendecim 83.
Cremſirium expugnatum 289.
Creta inſula a Cres fundata 118. 125. 126.
Crocus arbiter Bohemorum, ejus filiæ 140.
Cruciati Hieroſolymitani 182.
Crucigeri Pragæ ad pontem fundantur 214. 216. *Teutonicis* Pruſſia traditur a Przemislao 215.
Crux Chriſti e quo ligno? magna ejus pars in theſauro Caroli IV. 99. aurea maximi ponderis e Polonia Pragam transfertur 167.
Cubiculum viride in arce Prag. 307. 309. 310. 311.
Cukata venator Ducalis 184.
Culinus Panus Boſniæ Patarenorum patrocinium ſuſcipit 327. minæ Pontificiæ in eum 328.
Cumani invadunt Moraviam 214. 218. vincunt 220. vincuntur 221. 222.
Cunegundis uxor Wratislai coronatur 177. *uxor Regis Wencesl.* 211. 216. *Filia Ducis Bulgariæ* deſponſatur Przemyslao, coronatur 223. *filia Regis Philippi* nubit Wenceslao 230.
Curimenſium vexillum 320.
Cyatir parvus papilio Indorum, e quo nata fabula de Indis monopedis 113.
Cynkalan magna India 110.
Cyolli Kagan montes arenæ impenetrabiles æſtimati 86.
S. Cyrillus Slavorum Apoſt. perperam cum Alexandrino confuſus 150.
Cyrn ſilva Boh. captis Polonis extraditur 166.
Cythiaca liquor cauſticus 86.
Czakius Michael teſtis 443.
Czaslaviam venit Archidux Mathias 307.
Czaslavienſium vexilla 320.
Czaſtochovienſis B. V. iconis origo 285.
Czek bona confiſcantur 183.
Czeyka Joannes fidejuſſor 498.
Czernin Diviſſius fidejuſſor 497.
Czobor Michael ſuadet Zierotinio deditionem Moraviæ 453.
Czykowsky Nicol. teſtis 443.

D.

Dan filius Jacob 122.
Danai Græci 126.

Da-

Daniel propheta 245. 247. *Epiſcopus Prag.* indulgentias dat eccleſiæ in Lhota 326. ejus geſta 281. moritur 280. *Rex Ruſſiæ* adverſus eum victoria Przemyslai 221. 222.
David Rex 242. 243. 244.
Decimæ num juris divini? 123.
Dedyn caſtrum redimitur 206.
Deſiderius Epiſcopus Vaſconiæ 274.
Dietrichſtein Cardinalis, Ep. Olom. in comitiis Pragæ Rudolpho ſubjacere mavult quam Mathiæ 313. devehit ad caſtra Mathiæ coronam Hung. 316. ejus authoritas in feudalibus 493. teſtis 497.
Dievin caſtrum a puellis conditum 144.
Diluvium 107. non aſcendit montem Seyllanum 97. 106.
Dionyſius Cardinalis A. Ep. Strigon. mittitur ad Cardinalem S. Angeli 416. eidem nunciatur clades Turcorum 417.
Ditmarus Epiſcopus Prag. primus 155. 156. 265. ejus geſta *ibid.* & 267. morientis anxietas 16.
Donin caſtrum reædificatur 198. *Enkeberſus* capit Sobieslaum 196.
Dragus civitas reædificatur 149.
Drahomir uxor Wratislai 152.
Drevicz caſtrum 161.
Dubec ad Pragam hic de pace cum Mathia tractatum 312.
Ducum Boh. ſeries 145. 146.
Durſtenhohe Bellidux 289.
Dworecky Procop. Commiſſarius 512.

E.

Ebron ſepultura Adæ 104. Joſephi 123.
Eccardus Epiſcopus Prag. 267.
Eden paradiſus 83. quo loco ſtetiſſe creditur 89. 90. ejus deſcriptio fructus & arbores 92.
Enkebertus de Donin capit Sobieslaum 196.
Egibertus Trevirenſis A. Epiſc. inungit Wratislaum & ejus uxorem 177.
Elam pater Alanorum 110.
Eleazar Sacerdos 240.
Electoribus Imperii cognitio litis de Brandeburgia committenda 404.
Elias Propheta 245. 246.
S. Eliſabeth canonizatur 281. *Eliſabeth mater Caroli IV.* ejus laudes 133. 134. de ea vaticinium 232. *uxor Caroli IV.* 386. *Mater Ludovici* Regis Hung. 386. *ejusdem* uxor. 386. *Soror Stephani* Reg. Hung. 370.
Energumeni de ſanctitate Adalberti confeſſio 18.
de Engabio Antonius fidei Procurator inſimulatur malitiæ a Podiebradio 420. 423.
Enoch religionis inventor 105.
Enos filius Caini, cujus nomine civitatem pater ædificat 103.
Epiſcopus ex inſtituto S. Petri a tribus ordinandus 259.
Erneſtus A. Epiſcopus Colonienſis fidejuſſor 501. *Archidux* Auſtriæ 464. 470.
Eſau nativitas 121. geſta 122. reprobatus 238.
Eſdras Propheta 247. 248.
Eva e coſta Adæ creata, a ſerpente ſeducta 92. agnoſcit transgreſſionem 93. de qua arbore comederit 99. transfertur in montem Seyllanum 95. quæ prima ejus perizomata 98.
Eugubino Epiſcopo aſſiſtentia jubetur dari 373.
Euilach terræ divitiæ, ubertas 91.
Euphratis fluv. Paradiſi curſus 92.
Europæ ſitus 137.
Ewancziczii generalis conventus Moraviæ Statuum 478. 484.
Ezechiel propheta 245. 247.

F.

Fabianus Comes Wiſſegradenſis favet partibus Wladislai 192. fugit 193.
Faleg, ſub quo linguarum diviſio 111. 117.
Fames 170. 223. 224. 229. 230.
Farenſis Epiſcopus Nicolaus 328.
Fauſtulus nutritius Romuli & Remi 129.
Fels, ejus vexillum 319.

Digitized by Google

Feſſulanorum bella 121. 124.
Ferdinandus I. Warkoczio tranſcribit Commenturiam 435. *Archi-Dux Auſtriæ* mittitur ad Comitia Imper. 304. 464. 470. nomine Mathiæ deprecationem facere Rudolpho decernitur 499. fidejuſſor 501.
Filiceæ tunicæ Indicæ 94. ejusmodi primæ fuere Adæ & Evæ 100.
Finees Sacerdos 240.
Firmanus Epiſcopus legatus in Hung. 375. 378.
Florentiæ apis poſteri 121. urbis origo 124. hic monſtrum 112.
Floriáci corpus S. Benedicti 40.
Foroneus frater Argi 121.
S. Franciſci Parthenon Pragæ 136. hic B. Agnes monialis 227. 213. Wenceslaus Rex ad eccleſiam deducitur 212. 213. 217.
Franko 382. 383.
Fratres Bohemi 314. 315.
Friccia ſagitta 111.
Fridericus fit Imperator 209. Romam coronandus vadit, rebelles ſupplicio mulctat, delet Spoletum, deſponſat ſibi Beatricem, Polonos recipit in gratiam, Mediolanenſes Banno adjudicat 210. coronat Regem Boh. invadit Poloniam 211. deponitur 216. *Bavaro* dat filiam Wladislaus 200. *Filius Regis Wlatislai* inthronizatur 211. *Dux Auſtriæ* occiditur 216. *Epiſcopus* moritur 211.
Friſchaf inſula 44. 55.
Fryzonum origo 138.

G.

Gaad filius Jacob 122.
Galli 121. eorum origo 138.
Gamzim Tartarorum Rex ad Chriſtum convertitur 85. *vide* Kaam.
Gaudentius frater S. Adalberti 20. ejusdem perpetuus comes 29. 44. 158. Martyrium ejusdem Sancti eidem portenditur 46. 47. ejus corpus Pragam transfertur ex Polonia 167. 269. per merita ejus ad ſepulchrum miraculum 176.
Gebehardus Epiſcopus *vide* Jaromir.
Gedanum venit S. Adalb. 43. 54.
Gedeon Sacerdos 236. 240.
Georgius Podiebradius Rex Boh. purgat ſe de hæreſi coram Rege Hung. 418. rogat eum pro interceſſione apud Papam 429. rebellium quorumque caſtra ſubvertit 419. ejus pro Regno ſollicitudines *ibid.* & 425. citatur ad Rom. curiam 420. 423. 428. cauſæ cur comparere nequeat *ibid.* & *ſeq.* ab ejus obedientia ſolvuntur Bohemi 421. 424. humiliter ſupplicat Papæ *ibid.* & 422. hæreſis inſimulatur 425. proteſtatur ne ab executione adverſus eum incipiatur 429. ex ejus imagine in Teyn ſublata corona & enſis reſtituuntur 311. *frater Sanin.* Spoliavit Clericum 359. *Cognatus* A. Epiſcopi Colocenſis 325. *S. Georgii Parthenon Ord. S. Bened. Pragæ* laudatur 135. Abbatiſſa exulat 171. a Conrado comburitur 208. Virgines exire jubentur 212. 214. Juditha Abbatiſſa benedicitur 215. *eccleſia*, ex ea rapitur mulier aſylum quærens 33. 34. miraculum circa corpus S. Ludmillæ 153. erigitur 155.
Germani diſcerpunt Moraviam 153. vaſtant Bohemiam 228.
Geſo primus Abbas Strahof. 209.
Gigantum origo 106. 114. 116
Gladsko Glacium 157. conflagrat 196.
Glanafolii corpus S. Mauri 40.
Glogow urbs 182. 200.
Gmund ſalis evectio inde in Bohemiam 483. 489.
Gnezdnæ levatur corpus S. Adalb. 166.
Gojanus ſpoliat Clericum 359.
Goliath a Davide cæſus 242.
Gotfridus caſtrum Rakow obtinet, expellitur 184.
Gothorum origo 138.
S. Gotthardi apparitio & miraculum 279.
Gradicz prima eccleſia S. Clementis 151.
Græcorum origo, imperium 118. 119. 121. 126. 127. deficit 128. Græci Itali a Javan 138. *Monachi Græci* in Hung. 341. 348.
Gregorius Papa mittit legatum ratione Jaromiri Epiſcopi 272. *Greg. XI.* mittit Carolus IV. certos articulos 401. *Cardinalis* tollit interdictum in Boh. 281.

Gre-

Digitized by Google

Grezen Regino Hradecium 182.
Grill Joannes mittitur pro auxiliis adverſus Boczkay 454.
Groff de Kathaſſaloy 412.
Gubanus captivos abducit Hungaros 329.
Guozdez caſtrum reædificatur 177.
Gurops Rex Græcorum 119.
Gybeit mons, in quo tres magi oravere 245.
Gyon fluvii Paradiſi curſus 91.

H.

Hæreticorum fautores infames 327.
Hannoldi Paulus teſtis 443.
Hardek Comites in caſtris Przemyslai 219. adverſus Cumanos pugnant 218.
Haydonum rebellio 303. 474. 475. 477. 478.
Hebræorum cultus 120.
Helena a Trojanis capitur 127.
Helias translatus in Paradiſum 105.
Heliſa pater Slavorum 109. 133. 138. 139.
Heliſæus Propheta 246.
Hely ſacerdos 241.
Hemma Boleslai Pii uxor 159. moritur 165.
Henricus Imp. apud eum educatus Udalricus 161. inveſtit Jaromirum baculo & annulo 174. reunit epiſcopatum Olom. Pragenſi 175. fugatur a Boemis 168. novis oneribus Boemiam meditatur premere, intrat Bohemiam, fugit 169. placat eum Brzetislaus 170. *Henricus* III. Mantuæ inveſtit Andream Olom. Ep. 181. celebrat Ratisbonæ Paſcha, inveſtit Hermannum Prag. Ep. 183. Wratislaum Regia dignitate ornat 176. ei bellum movet filius 187. tranſit in Bohemiam, moritur 187. *Henricus* IV. patri movet bellum 187. ei queritur Borzivojus 188. citat ad ſe Suatoplucum, quem in carcerem mittit 189. patrinus a Suatopluc optatur 89. contra Polonos movet, Ottoni favet 192. venit in Boh. ultor 193. accipit a Wladislao auxilia 195. metu eum coronat Papa *ibid.* & 196. auxilium petit Wladislai 199. moritur 201. *Hungariæ Regi* ſcribit Innocentius III. de hæreſi &c. 326. monetur ad exſolvendum votum 328. queritur Papæ 330. ſuper querela reſpondit ei Papa 330. 336. 338. meditatur Hieroſolymam 331. filii coronatio præcipitur 337. hortatur eum Papa ut relinquat liberam electionem Monachis S. Ægidii 347. ad eum deſtinatur poſtulatus A. Epiſc. Strigon. 349. ſuper quo ei ſcribit Papa 351. monetur, ut fratri Andreæ ſuccurrat 339. facit compoſitionem cum fratre 340. queritur ſuper diſſoluta diſciplina Græcorum Monach. 341. legatum Pontificium benevole ſuſcipit 345. Poſonienſem Præpoſituram extra caſtrum transferri cupit 346. ejus mors 342. facit hoſpitale templariorum hæredem 352. *Henricus Brzetislaus* Dux ſimul & Epiſc. Boh. 280. *filius Suatopluc* naſcitur 189. *Dux Sileſiæ* in caſtris Przemyslai 219. *Dux Carinthiæ* 231. *Julius Dux Brunſvic.* nomine Mathiæ deprecationem ſuſcipit faciendam 499. fidejuſſor 501. *Epiſc. Olom.* 202. 207. celebrat exequias Maynardi Ep. 278. in Pruſſiam proficiſcitur 279.
Hermannus Ep. Prag. eligitur 183. 274. accipit caſtrum Podivin 183. commendatur ei Praga 186. tranſit ad Hung. 189. favet Wladislai partibus 192. fugere volens ab amicis cuſtoditur 193. vocatur ad Imp. 193. de revocando Sobieslao ſollicitus 195. item de Borzivojo 198. fuit de ſtirpe S. Lamberti 275. miraculum cum peplo S. Ludmillæ 153. 275. moritur ejusque laus 199. 276. 277.
de Hesburg invaſor Epiſcopatus Herbipol. 406.
Hevir filia Leopoldi Auſtr. nubit Borzivojo 184.
S. Hieronymi altera ſcripturæ translatio 251.
Hieroſolymis monaſterium Græcorum 100. concilium Apoſtolorum 123. 124. templum 247. reædificatur, violat Antiochus 248.
Hildelboldus Ep. Wormacienſis 37.
Hiſpanorum origo 138.
Hodiczky Georg. cædit milites Boczkay 458. 459. fidejuſſor 498.
Hodolin caſtrum 466.
Hodynie villa 66.

Honorius III. laudat Ducem Auſtriæ, monet ut Belæ reverentiam patris perſuadeat 364. concedit privilegium Monaſterio S. Martini 365. commendat Duciſſæ Auſtriæ aſſiſtentiam Belæ IVto. 366. confirmat Ord. Prædicatorum & Minorum 281.

Howora ob fidelitatem nobilitate & præfectura venatoria donatur 161.

Hoynov Sebaſtianus appetitur Bombarda 311.

Hradek urbs 186.

Hradecz accipit Sobieslaus 196. *Hradeczenſium* vexilla 320.

Hradiſtium privilegia accipit 287.

Hugo Cardinalis 214.

Hungaris ſe offert S. Adalbertus ad prædicandum 34. mittit ad Reginam epiſtolam 42. Anaſtaſius primus Abbas S. Martini 43. Polonos Hungaris vendit Udalricus 162. vaſtat Brzetislaus 166. Comiti Procos tres legiones committuntur 169. diſcerpunt regnum Moraviæ 153. Apoſtolus S. Adalbertus 158. ad Hung. fugit Wratislaus 172. Brzetislaus 181. in eos expeditionem movet Brzetislaus 170. Rex Colomannus 183. Hermanus ad eos confugit 189. expeditionem adverſus eos meditatur Henr. Imp. 189. vaſtant Moraviam 191. 214. ad eos fugit Otto 194. pacem cum Boh. meditantur, cæduntur 197. 221. 222. Levir Regis Hung. Sobieslaus 205. auxiliares Regi Wenceslao 212. tranſeunt Tartari 214. occidunt Ducem Auſtriæ 216. invadit eos Przemysl 218. 220. pacem cum illis facit 222. 223. Regis filium baptizat Maynardus Episc. 278. Rex in Brodenſes munificus 284. 285. cum illis pax concluditur 303. reſiſtunt Rudolpho II. 304. Papa Epiſcopis prohibet ne ſe immiſceant in jura regalium Præpoſiturarum 329. neoelecti Præpoſiti ſe præſentent Romæ 330. filio Regis obedientia & homagium præcipitur 331. præcavetur litibus eccleſiaſticis 331. ad Serviæ Epiſcopos Papæ epiſtola 334. 335. inquiritur ſuper diſciplina Græc. Monachorum 341. gratulatur eis Papa de reditu Bulgarorum ad ſinum eccleſiæ 343. lis inter Suffraganeos & Capitulum Strigon. 349. Regum laus 358. Przelauczii tumultus 317. 318. Hungarorum cum Boemis amicitiæ vinculum 323. 324. 432. a Gubano captivantur 329. Regnum datur in feudum Alberto, dicitur Romanæ ſedi obnoxium 371. 372. 375. 376. 378. Rex cum paganis fœdus facit 373. legitimam uxorem rejicit *ibid.* multis calamitatibus premuntur 374. 377. 474. invadit Podiebradius 430 rebellio 467. 471. Status petunt confirmari pacem Viennenſem 473. confœderatur eis Mathias 477. ſubſidia pecuniaria a Boh. petunt 482. 489. limitum præcautio 493.

Hunnobroda conditur 283. munitur 284. 285. vaſtata *ibid.* hic Carolo IV. occurrere ſtatuit Patriarcha Alex. 398. 399. Boczkajenſis miles propinquat 460. 463. privilegiis munitur a Mathia 286. urbis res & memoriæ 287. 288. obſidetur, dedit ſe, cives per capita æſtimantur 289. obærata, Tartari urbi propinquant 290.

Huſſitarum hæreſis 427. 428.

Hyzo Episc. Pragenſis 268.

I.

Jabel inventor papilionum 104.

S. Jacobus Apoſt. 262. ordinatur a S. Petro Episc. Hieroſol. 259. ejus reliquiæ adferuntur Pragam 280. *Patriarcha* ſacerdos 238. ejus ſepultura 104. *Jacobus* Judæus apoſtata 200.

Jadertinam ſedem invadit Forenſis Episc. 328.

Janitius Bulgariæ Dominus coronatur 346.

Janu civitas Indiæ 110.

Janus filius Noe conditor Italiæ 109. 125. Aſtrologus 116.

Japhet filius Noe 107. 108. Europam obtinet 109. ab eo Sclavi 137.

Jareth filius Enoch 105.

Jaromirus filius Boleslai III. 160. in venatione perduellium ſagittis appetitur, deliberatur ab Hovora 161. excæcatur a fratre Udalrico 162. ejus probitas *ibid.* filium fratris in ſolium elevat, occiditur a Wrſſovecis 163. *Filius Brzetislai* 166. deſerit Clericatum,

ad

Digitized by Google

ad eundem redit; fit Diaconus 173. revocatur ex Polonia 270. fit Epiſcopus Prag. 173. 271. accipit nomen Gebhardi in ordinatione, ejus levitas, Olomucenſem Epiſcopatum ambit, male mulctat Epiſcopum Olom. 174. 175. accuſatur apud Papam 272. 273. Machtildis precibus veniam impetrat 175. 176. adjicitur ei Epiſcopatus Olom. moritur, ejus laus 178.

Jaroſſius Burggrav. Prag. Dux exercitus 223.

Jeremias propheta 244.

Jeſus ſacerdos ſacerdotum 249. 250. 251. 255. 256. ejus nativitas 253. 254. 255. baptiſmus 257. opera 258. ejus Apoſtoli & diſcipuli 261. 262. 263.

India maxima Mauzi dicta 88. 95. Columbina 90. ejus fertilitas 92. inferior Nymbar dicta 96. in tria regna dividitur 110. ejus monſtra 112.

Innocentius Papa Fridericum Imp. deponit 216. *Innocentius* II. in concilio Moguntiæ 205. 278. *Innocentius* III. compeſci jubet hæreticos & Parenſem epiſc. 326. Hung. Regem monet de exſolvendo voto 328. prohibet Epiſcopis Hung. ne ſe in jura Regalium Præpoſiturarum immiſceant 329. Statuit ut noviter electi Præpoſiti ſe ſiſtant Romæ 330. 336. 338. juramentum fidelitatis præſtari jubet Ladislao filio Regis 331. promittit ſecuritatem tranquillitatis inter perſonas eccleſiaſticas 332. ſcribit Megajupano Serviæ 333. 335. confirmat A. Epiſcopo Strigonienſi jus coronandi Regem 335. 336. præcipit coronationem Regis 337. hortatur Regem ad dandas impenſas fratri itineris 339. confirmat compoſitionem inter eos factam 340. Andream cruce ſignatorum privilegiis donat *ibid.* inquiſitionem præcipit ſuper diſciplina Monachorum Græcorum 341. Ladislaum nepotem & Regni ſolicitudinem commendat 342. nunciat gaudium ſuum de reditu Blachorum ad ſinum eccleſiæ 343. Legatum ſuum commendat 345. inquiſitionem transferendæ Præpoſituræ Strig. committit 346. liberam vult Monachis S. Ægidii electionem 347. Procuratores Romam mitti præcipit. 349. Andream monet de implenda voluntate ſuprema fratris 351. 352. tutelam Ladislai eidem commendat 353. hortatur Hungaros ut Ladislai partibus fideliter adhæreant, ejusdemque matris defenſionem præcipit 354. 355. A. Epiſcopo Coloc. dat facultatem vendicandi cujusdam Epiſcopatus 355. purgationem recipi mandat ab Ep. Quinque Eccleſienſi 356. nequit Andreæ petitioni ſubſcribere 356. 358. ad reſtitutionem ablatorum hortatur 359. præcavet præjudiciis eccleſiæ Coloc. 360. laudibus extollit Andream Reg. Hung. 362. concedit facultatem diſpenſandi in ſecundo gradu affin. 363. *Innocentius* IV. mittit fratres Minores ad Tartarorum Kaam 84. 88. hortatur Ottocarum ad pacem cum patre ineundam 366.

Inundatio 198. 228. 226.

S. Joannes Baptiſta 244. 257. apparet S. Ivano 62. ejus honori eccleſia 66. 67. *Evangeliſta* 261. 262. an in Paradiſum translatus 105. capella ejus honori in eccleſia S. Viti 154. *Joannis Papæ* epiſtola ad Boleslaum de inſtituendo epiſcopatu 156. favor erga B. Mladam 135. conſolatur S. Adalbertum 24. repetitur ab eo S. Adalbertus 31. celebrata ſynodo eum remittit 32. moritur 36. *de monte Corvino Ord. Minorum* primus Apoſtolus Tartarorum 78. 85. pro ſancto habitus 88. *Joannis Præsbyteri* terra Æthiopia dicta 91. *S. Angeli Cardinalis* Legatus apud Ladisl. Hung. Regem 413. hortatur Papam de acceleranda claſſe 415. *Patriarcha Alexandrinus* in ejus manus juramentum deponit Carolus IV. 386. mittitur ad conditiones paciſcendas de matrimonio Sigismundi 388. excipitur a Rege Hung. benevole 391. ſcribit Carolo IV. de negotiis ſibi injunctis 392. hortatur eum ad congreſſum cum Rege Hung. 393. 394. 395. 397. 398. accipit reverſales a Rege Hung. 398. 399. petit veniam ſcriptorum a Carolo 400. nunciat ſe veniſſe Pragam 401. dat operam ad conciliandos Duces Bav. 402. *A. Epiſcopus Maguntinus* fidejuſſor 501. *A. Epiſcopus Colocenſis* promittit concordiam pro Rege Hung. 369. A. Epiſc. Parg. moratur in Hung. 396. ſcribit Carolo IV. 400. redit Pragam 401.

Digitized by Google

401. *Epiſcopus Eſinus* inquiſitor in Regno Hung. 371. 378. 379. credentiales Papales eidem datæ 374. 376. 377. *Epiſcopus Prag.* 215. 278. 279. conſecratur 281. moritur 280. *Epiſcopus Moraviæ* 186. 187. 270. 276. eum epiſcopatu expellere nititur Jaromir 174. ab eo vapulat 175. 272. 273. moritur. *ibid.* *Rex Bohemiæ* 231. ejus genealogia a Carolo M. & Trojanis 133. Conjux 134. Marchio Moraviæ Frater Caroli IV. 386. cum eo diſcordes Duces Auſtriæ 399. *Waywoda Gubernator Hung.* mittitur ad Cardinalem legatum 416. nunciat cladem Turcorum 417. cædit Turcas 418. Rex appellatur 442. *Marchio Brandeburg.* 496. *Dux Opol. & Ratibor.* 442. *Abbas S. Alexii* 45. Abbas Strahof. reſtaurator monaſterii 216. *Wrſſovecius* complex cædis 192. privatur oculis & naſo 193. filius ejus Miroslaus perduellis 104.

Jodocus Joannis March. Mor. primogenitus 386.

Jojada ſacerdos 245. 246.

Jonæ Prophetæ ſepulchrum 91.

Jordanus Orig. Slav. author. 51.

S. Joſeph 253. 254. 255. *filius Jacob* 122. 123.

Iſaac filius Abrahæ 120. 121. 122. ſacrificium 237. ſacerdos *ibid.* & 238. ſepultura 104.

Iſabella Regina Hung. certos fundos tradit 439. privilegium dat 442.

Iſaias Propheta 244.

Iſmaelitarum origo 120. illis venditur Joſeph. 122.

Iſraelitarum prælium 241. tribus 123.

Itali a Tayſi 138.

S. Ivanus genere Hungarus ejus natales, genus, tranſit in eremum, venit in Bohemiam 61. ſpecum intrat 62. offert ei crucem S. Joannes, qua dæmones expellit 62. 63. ejus cerva vulneratur a Borziwojo 63. prodit ſe eidem 64. ad eum venit S. Ludmilla, tranſit ad eam 65. impetitur a bubulcis 66. equum valentiorem reddit, infirmatur 67. moritur, miracula ad ejus ſepulchrum. *ibid.*

Judæi exuuntur bonis 182.

Judas filius Jacob, ex quo naſciturus Chriſtus 122.

Juditha rapta a Brzetislao in uxorem 163. 164. a filio in exilium mittitur, nubit Regi Hungariæ, obit, ſepelitur Pragæ 170. 171. *filia Wratislai* Duciſſa Pol. moritur in puerperio 176. 186. *Abbatiſſa S. Georg.* benedicitur 215.

Julia Stirps 126. 128. ex ea Carolus IV. 134.

Junki navigii ſpecies 96.

Juno 125. 126.

Jupiter 125. 126.

Izachar filius Jacob. 122.

K.

Kaam ſummus Tartarorum Imperator ad eum miſſus Marignola, ejus potentia 68. 84. mittit legatos ad Papam, ſolemniter Marignolam excipit 87. cum muneribus remittit 88. 95.

Kalewsky Ord. Præd. reſtaurat monaſterium Hunnobrodenſe 286.

Kamul civitas Tartariæ 123. converſa ad Chriſtum recuſat decimas dare 124.

Kaplirz Petrus Capitaneus caſtri Poſonienſis ejus uxor, liberi 409. *Caſparus* fidejuſſor 497.

Karlſtein caſtrum 136. aſſervantur privilegia Regni 492.

Kataya Tartaria 91. 109. 243.

Kaunicz Domini Hunnobrodæ 288.

Kaych datur Doctor Borzivojo a S. Methudio 150. baptizat S. Ludmillam 151.

Kazi filia Croci, ejus tumulus 140.

Kazimir Dux Poloniæ 166. *Rex* 382.

Kecz caſtrum oppignoratum 408. 409.

Kedendorf oppignoratum 408. 409.

Kileb villa 177.

de Klenova Joannes fidejuſſor 497.

Kochan Wrſſovecius excommunicatur a S. Adalberto 41. interficit Jaromirum 163.

Kœnigsberg caſtrum in Pruſſia ab Ottocaro conditur 215.

Kogata palatinus Comes partes tuetur Jaromiri 174. 270. filius ejus 271.

Kollowrath Wolf fidejuſſor 497.

Kota civitas a Cain ædificata 103.

Digitized by Google

Kurim urbs 40. provincia 57.
Kuttenbergenſi Senatui ſcribit Podiebradius 429.

L.

Laba caſtrum 219.
Ladislao filio Regis Hung. juramentum fidelitatis præſtandum jubetur 332. ejus coronatio præcipitur 337. commendatur ſollicitudini Andreæ 342. 353. coronatur 350. reditus a patre aſſignati pendi jubentur 352. animantur Hungari ad ejus partes tuendas 353. 354. 355. mors 358. *Rex* Hung. orat Papam pro acceleranda Claſſe 413. ad Varnam cæſus 476. *Opulienſis Dux* credentiales dat Duci Teſſinenſi 382. 383. 384. mittitur a Rege Hung. ad ſponſalia cum Sigismundo contrahenda 385. tuetur partes Caroli IV. 392. 395. *Thynenſis Epiſcopus* promittit concordiam pro Rege Hung. 369.
Lamech bigamiæ auctor, Cainum occidit, cœcus ad venationem ducitur 103. 104.
S. Lambertus de ejus ſtirpe Hermannus Ep. Prag. ejus feſtum 276. *Aguenſis* Epiſc. promittit concordiam pro Rege Hung. 369.
de Landſtein Wilhelmus fidejuſſor 497.
Lanzo deſignatur Epiſc. Pragenſis 270.
Latinæ literæ ſeptemdecim 83.
Lavinia 127. 128.
Laurenti regni origo 127.
Laurentius A. Epiſc. Hung. cum Rege fugit 197.
Lemon inſignis Aſtrologus 114.
Leo Abbas ſuſcipit S Adalb. in monaſterium 28. 29. 53. ejus exiſtimatio de S. Adalb. 35. vaticinium 39.
Leopoldus Marchio Auſtriæ 184. *filius* Leopoldi ducit filiam Sobieslai 206. *Dux Auſtriæ* fidejuſſor 501.
Lepes Valent. Epiſc. Veſprimienſis Legatus Hung. 478.
Leſtko Dux Luſitiæ vincitur 221. 222.
Levi filius Jacob 122. ei datum ſacerdotium 123 239.
Levigradecz caſtrum 17. 146.
Lhotæ S. Georgii eccleſia 325.
Libnæ ad Pragam ſubſcribuntur compactata 313.
Libnthal Commiſſarius datus Moravis 317.
Libuſſa filia Croci 133. 140. in judicem præficitur, ejus oratio ad populum 141. deſignat maritum & Ducem 142. obviam procedit ſponſo, nubit, condit Pragam 143. moritur 144.
Lichtenſtein Carolus Capitan. Moraviæ requiritur pro auxiliis 454. nunciat ſtragem Boczkayenſium 457. 460. periculum minatur, ni ſuccurratur 459. 461. fidejuſſor 498.
Ligeriza Stanislaus teſtis 440. 441. 443.
Linguarum confuſio 116.
Linus a S. Petro ordinatus Epiſcopus 265.
Litomericzenſium vexilla 320.
Litomiſſlium concedit Rex Wencesl. 217. literæ Patriarchæ ab hinc ſcriptæ 401.
Lizka viculus 162.
Liztimir occiditur 184.
Lobkowitz Ladislaus & Eva ex aula Rudolphi dimittuntur 307. *Chriſtophorus*, & *Zdeniek* fidejuſſores 497.
Lodenicze fluv. 61. 63.
Lomnitz Joannes 288.
Loth 120.
Lotharius Saxo invadit Bohemiam, cæditur, reconciliatur Sobieslao 202. levat filium ex baptiſmo, fert ei auxilium 203. Sobieslaus contra ei mittit auxilia, moritur 205.
Lubic caſtrum Slavniki 157. in eo occiſi fratres S. Adalberti 40.
Luboſym caſtrum Libuſſæ 140.
Lucaray ſecunda pars Actuum Apoſt. S. Lucæ 258. 259.
Lucarda Bavara nubit Brzetislao 182.
S. Ludmilla baptizatur, ejus Laudes 151. 135. Borzivojus eidem narrat, quæ in venatione acciderant 64. accedit ad S. Ivanum, ad quam & is inviſit 65. mittit ad eum capellanum ſuum 67. martyrio afficitur, miracula circa corpus ſacrum 152. 153. ſepulchrum intactum ab igne 208. velum a flammis non conſumptum 276.
Ludovico Regi Hung. ſe purgat Carolus IV. de falſis rumoribus 379. Cancellarius ejus

Digitized by Google

tur ex ea Sobieslaus 199. vaſtatur a Sobieslao 202. datur Przemyslao 213. eam invadunt Tartari 214. Hungari 218. Epiſcopatus unitus Pragenſi 270. ſolvitur, reunitur 273. intrat exercitus Rudolphi 305. Status Slawkoviæ comitia celebrant 306. 471. volunt ſe immunes a macula infidelitatis 213. 484. 494. *Moravi* ſubjiciuntur Archi-Duci Mathiæ 316. diſcedunt e Bohemia 317. in ingreſſu Mathiæ Pragam comites 321. cauſas ſuſceptæ expeditionis eis aperit Boczkay 452. ſuadetur eis deditio 453. cum Statibus Auſtriæ & Hung. confœderantur 478. dimittuntur a ſubjectione Rudolphi 485. 487. 490. privilegiorum confirmationem petunt 485. 486. 491. poſt mortem Mathiæ Regi Boh. iterum ſubjaceant 490.

Moyſis nativitas geſta 124. 238. 239. 240. ſacerdos 238. an translatus in Paradiſum 105.

Mratzky Carolus Commiſſarius 317.

Mundi creatio 82. 83.

Muntat oppignoratur 381.

Muſæ palmæ humiles in Indiis, earum deſcriptio 97. 98. ex iis prima perizomata Adami & Evæ 98.

Mutina fugit in Poloniam 183. necis Brzetislai complex 185. redit ex Polonia, recipit Litomericium 185. Bohemia ei confiditur 189. vertitur in fugam 190. ejus perfidia, capite plectitur 191.

Muzonienſis diſtrictus 408.

Mztis Comes 177.

N.

Nandualba obſidetur a Turcis 416. 417. caſtrum magna parte everſum 418.

Nargillus nux Indica, ejus deſcriptio, fructus 98. ex ea primæ tunicæ Adæ & Evæ 100.

Nator conditor Regni Ægyptiorum 118.

Navoy Wenceslaus 439

Neklan Dux Boh. 146. timidus ſui loco in prælium Tyronem ſubſtituit 147. miſericors in filium Wratislai & Zatecenſes, Turingum ſupplicio addicit 149.

Nemprot turrim Babel ædificat 116. muris cingit civitatem 117. ejus filii 118.

Neugerii, cum iis fœdus facit Hung. Rex 373. 374.

Nicenſi Cardinali committitur cognitio ſuper hæreſi Podiebradii 420. 423.

S. Nicolai digitus Pragæ ſanguinem emanat 136. *Nicolaus IV.* mittit Eſinum Epiſc. in Hung. 371. 376. 378. rogat Rudolphum I. ne jura, quæ ſibi in Hungariam competunt, invadat 371. eadem jura edocet Albertum 373. dat Eſino Ep. credentiales 374. 376. 377. increpat Strigonienſem A. Epiſc. item Colocenſem de ſilentio 377. 379. *Epiſcopus Prag.* ordinat electum Patavienſem & Salisburgenſem 213. S. Stanislai reliquias in Boh. adfert 214. excipit ſolemniter Przemyslaum 218. moritur 215. *Farenſis Epiſcopus* excommunicatur 328.

Nicoſia metropolis Cypri 109.

Nieſchowsky Stanislaus teſtis 441. 443.

Nili Abbatis Valelucenſis laus 26. 27. ejus de ſanctitate Adalberti teſtimonium, item vaticinium martyrii 46.

Nili fluvii curſus 91.

Niman filius & maritus Semiramis 119.

Nimbar inferior India 96. 110.

Niniven condita 118. alluit Tygris, ſepulchrum Jonæ 91.

Ninus interficit Cham 110. patri ſtatuam ponit, ac idololatriæ occaſionem præbet, ſubjugat oriens Aſſyriorum regnum 118.

Niſa fluv. 157.

Nitrienſis Epiſc. contradicit poſtulationi A. Epiſc. Colocenſis 349. ei conceditur facultas ordinandi extra tempora 443. territorium vaſtatur 192,

Noe filius Lamec 106. arcam ædificat 107. hiſtoria arcæ & holocauſti, eligit ſibi Cethym inſulam 108. 109. plantato vino inebriatur, maledicit filio Cham 109. ſacerdos 236.

Noema inventrix artium muliebrium 104.

Norimberga obſidetur 202. curia generalis 400. moritur Lotharius 205.

Notgerus Epiſcopus Leodic. comes viæ S. Adalb. 38.

Numa Pompilius adjecit prioribus duos menſes 131.

Oſtia.

Digitized by Google

O.

Octavianus Auguſtus 131.
Oelſen Commentaria Melitenſium 435.
Offny & Finees ſacerdotes peſſimi 241.
Okardus Princeps militiæ Henr. Imp. cedit ſpe fruſtratus ex Boh. 169.
Olomucii Rex Hung. & Boh. Paſcha celebrant 205. *Epiſcopatus* unitur Pragenſi 175. *Epiſcopus* promittit concordiam pro Ottocaro 369. petitur, ut ſubjaceat Mathiæ 486. 492. ejus in feudalibus authoritas 493.
Olſſawa fluv. Mor. 283.
Olzana rivus 197.
Omnium Sanctorum Capella dedicatur 224.
Oppolienſe monaſterium 440. civitati datur privilegium 442.
Ormes Inſula Aſiæ frequens negotiationibus 113.
Oſſeka mons 140. 156.
Otto Rex 205. 206. *Otto II.* victus a Saracenis Moguntiæ novum conſcribit militem 18. 19. jubet conſecrari S. Adalb. 157. *Otto III.* multum ei addictus 37. 158. Brunonem cognatum commendat pro Pontificatu 36. *Filius Brzetislai* 166. conſtituitur a fratre piſtorum Magiſter 172. accipit orientalem Moraviam 173. ejus filii Brzetislao parent 183. cum Suatopluc auxilium fert Borzivojo 185. Vicarius Ducatus conſtituitur 189. fit obſes pro fratre *ibid.* fugit ab Imp. 189. deſignatur ab eo Dux Boh. non recipitur a Bohemis 192. vocatur ad Imp. 193. timet accedere fratrem 194. capitur, fugit in Hung. ibique moritur *ibid.* *Otto* Marchio Moraviæ datur ei medietas Marchionatus 196. armatur adverſus Saxones 199. ſpe fruſtratur Ducatus Boh. 201. privat Wratislaum patrimonio, recipit ſe ad Imp. 202. munit Hunnobrodam 284. tuetur partes Jaromiri 270. ſublimatur in ſolium 273. *Bambergenſis Epiſc.* e Pomerania redux audit Wladislai confeſſionem 201. *Albus* pater Judithæ Duciſſæ Boh. 164. *Palatinus* occidit Philippum 280.
Ottricus Magdeburg. Scholarum Præfectus, ejus laus, S. Adalbertus ejus diſcipulus 13. curti ſuæ eum præficit Otto Imp. moritur 15. 52.

P.

Pacis æternæ fanum ruit Romæ in nativitate Chriſti 255.
Paduæ conditor Antenor 126.
Pamern oppignoratur 408. 409.
Pappas diſcipulum & patrem connotat 31.
Paradiſus *vide* Eden.
Paridis judicium 125.
Pardubicii Hungarorum tumultus 317. 318.
Paryſiorum origo 121. 122.
Paſchalis Papa metu coronat Henricum Imp. 195.
Paſſavienſis Epiſc. conſecratur Pragæ 213. citatus ad Rom. Curiam 406. *populus* Bohemiam vaſtat 322. ad eum compeſcendum advenit Mathias 502.
Patareni hæretici in Hung. 327.
S. Paulus Apoſtol. 259. 260. 263. 264. 265. diſputat in pago Athenienſium 125. *Paulum II.* de nimia credulitate inſimulat Podiebradius 420. exſolvit Boemos ab obedientia Podiebradii 421. 424. cujus preces non audit 422. 425. *Weſprimienſis Epiſc.* promittit concordiam pro Rege Hung. 369. *Capellanus S. Ludmillæ* ſacramentis munit S. Ivanum, eumque ſepelit 67.
Peking eadem urbs, quæ Cambalec. 87.
Pelis hoſpitale templariorum fit hæres 352. Abbas nuncius Regis Hung. ad Pontif. 328.
Peregrinus fit Epiſc. Prag. 281.
Pergar Ægidius fidejuſſor 498.
Perger Stephanus a Perge nobilitatur 445. familiæ merita 446.
Peſſina author Martis Morav. 283.
Peſtis 182. 200. 213. 223.
S. Petrus a Chriſto conſtituitur Summus Pontifex 257. 259. ejus geſta 260. 261. martyrio afficitur 261. 263. 265. lapis in quo celebrare ſolitus donatus Wiſſehrad. eccleſiæ 282. *Hung. Rex.* viduam Brzetislai ducit uxorem 170. *de ponte curvo* legatus Apoſt. interdicto Pragam ſubjicit 215. *Leonis Antipapa* ex-

Digitized by Google

excommunicatur 205. *de* Vico committuntur puniendi rebelles Romani 250. *Notarius Caroli IV.* mittitur ad Hung. 401.

Petrzin mons 144.

Phantinus Procurator mittitur a Podiebradio in negotiis ſuis Romam, recedit a Podiebradio, venit nomine Pontificis Pragam 426. mittitur in cuſtodiam 427. de ejus violatione arguitur Podiebradius 425. liberatur 427.

Pharam deſertum 120.

Pharaon Joſephum carceri mandat 123. ejus filia nutrit Moyſem 124. præcipit omnes maſculos Israelitarum necari 139.

Phariſæorum etymologia 251.

S. Philippus Apoſt. 262. *Imperator*, ei reſiſtit Przemyslaus, occiditur 280. *Wartonienſis Epiſc.* promittit concordiam pro RegeHung. 369. *Salvienſium electus* frater Ducis Carinthiæ 220.

Philiſtæorum bella 241.

Phiſon fluvii Paradiſi curſus 91.

Phrygum origo 138.

Pietipesky Wodolan & Felicis vexilla 319.

Piperis deſcriptio, ubi & quomodo creſcat 88.89. domini 113.

Pipini Severum præceptum de moneta 160. tributum Bohemis imponit 169.

Pius V. Nitrienſi Epiſc. dat facultatem ordinandi extra tempora 443.

Plagæ decem Ægypti 124.

Plejades Muſæ 124.

Ploczenſis Ducatus ceditur Regi Hung. 382.

Plſna utraquiſtis accedere renuit 309. cives ob mercatum diei dominicæ increpantur a S. Adalb. primum Ord. S. Benedicti in ea provincia cœnobium 32.

Pobrazlav frater S. Adalb. occiditur 41.

Podiebrad Georg ſcribit Senatui Kuttenberg. 429. ejus laus, filiam habet Mathias Rex Hung. 432. eo vivente deſignatus Wladislaus Rex 434. *vide etiam* Georgius Pod.

Podivin caſtrum reædificatur 183. 198.

Polonorum jejunium per 9. hebdomadas a S. Adalb. inductum 56. diſcerpunt regnum Moraviæ 153. eorum Apoſtolus S. Adalb. 158. *Dux* Bohemis eripit Cracoviam, invitat Boleslaum ad convivium, excæcat, capit Pragam 160. 161. captos Hungaris vendit Principes Boh. 162. capti transferuntur in ſilvam Cyrn 166. quinque SS. Fratrum hiſtoria, martyrium 165. eis Brzetislaus ſub annuo tributo civitates reddit 170. Rex fit Wratislaus 177. caſtrum Bridq demolitur Brzetislaus 183. cum Borzivojo invadunt Bohemiam 190. cæduntur 192. Dux invadit Bohemiam 194. cruenta potitur victoria 195. facit pacem 197. Imperatoris gratiam eis conciliat Wladislaus 210. Wenceslaus eligitur in Regem 216. Dux creatur miles a Przemyslao 224. *Polonia* vaſtatur a Brzetislao 166. 182. ad eam fugiunt Wrſſovecii 183.

Pontanus Georg. Barthold. nobilitat Franciſcum Müller 449. vindicavit rariſſimum codicem Bibliothecæ Metrop. 7.

Porey frater S. Adalb. occiditur 41.

Poſonium 189. Præpoſitura e caſtro transferenda 346. Prapoſitus adverſatur Suffraganeis 350. Capituli literæ 411. conventus in hac urbe 475. 478. pax cum Ottocaro 368.

Poſtoloprth cœnobium Ord. S. Bened. 149.

Potenburch in Hung. 368.

Poulic occiditur 184.

Prackſticzky Sigism. fidejuſſor 498.

Prædicatorum Ordo confirmatur ab Honorio, accipit domum Pragæ 281. Hunnobrodæ 283. 284. Ziskianis temporibus hic latent 285. redeunt 286.

Præmonſtratenſis Ordo in Boh. inducitur 208.

Pragam defertur corpus S. Adalb. 59. a Carolo IV. aucta & magnifice condita 137. ſtruitur, munitur 143. 144. 186. 207. 211. 214. 216. 312. prima eccleſia 151. capitur a Polono 161. deliberatur 162. ad eam transfertur corpus S. Wenceslai 154. erigitur epiſcop. ſedes 155. 156. transfertur corpus S. Adalb. & Gaudencii 167. commendatur Epiſcopo Hermanno 186. intromitti petit Wladislaus 193. pons ſuperatur aquis, Ducale palatium vento dejicitur 198. obſidetur 207. capitur 212. 217. interdicto ſubjicitur, 215. 273. inducuntur alienigenæ in

ſub-

Digitized by Google

ſuburbia 215. indicuntur Comitia 306. ſolemnis Mathiæ ingreſſus 319. pſeudo Epiſcopus 274. *Pragenſes* ovantes obviam procedunt S. Adalb. 32. eorum tumultus ob mulierem quærentem aſylum 33. 34. adhærent Podiebradio 419. Mathiæ 430. eorum vexilla 320. *Epiſcopatui* unitur Olomucenſis 175. dantur in compenſationem 12. villæ 270. *Canonici* vocantur ad moriturum Sobieslaum 206. *Conſiſtorium* juriſdictionem habet in utraquiſtas 308.

Prevnov monaſterium Ord. S. Bened. fundat Boleslaus Pius 155.

Pretonia caſtrum 218.

Prigitan canem portare compellitur 194.

S. Procopius 170.

Procos Comes occiditur 169.

Pruſſia ſe ſubdit Przemyslao 215. expugnatur a Polono 59.

Prutenorum ſitus, etymologia, mores 43. reſiſtunt prædicationi S. Adalb. 44. 45. 55. 58. irruunt in eum comitesque 47. eum martyrio afficiunt 48. 158.

Przelauczii tumultus Hungarorum 317.

Przemysl ab aratro ad Ducatum vocatur 141. 142. 143. ejus laus, geſta, 143. moritur 144 *Dux Boh.* ſuccedit patri, pacem facit cum Rege Hung. proficiſcitur adverſus paganos 214 elevatur in Regem 211. 217. monetur a Papa ad pacem faciendam cum patre 366. pacem facit cum patre, obruitur a patre 212, 217. humiliat ſe coram patre 213. 217. accipit Moraviam, mittitur ad capiendam poſſeſſionem Auſtriæ, celebrat nuptias 213. 214. ſubjicit ſibi Pruſſiam, eam commendat Cruciferis 215. 218. alienigenas Pragam inducit, Bavariam vaſtat, 225. cæditur 215. invadit Hung. vincit 218. cæditur a Cumanis 220. glorioſa ejus adverſus Hungaros victoria 220, 221. 222. pacem facit 222, 223. 368. 369. 370. deſponſat ſibi filiam Ducis Bulgarorum, coronatur 223. Nominis Ottocari explicatio 224. 225. neptem locat Belæ juniori, creat milites Duces ac Marchiones 224. privilegium dat Hunnobrodæ 278. multa caſtella ædificat, defertur ei Imperatoria dignitas, recuſat 225. ab eo repetit Rudolphus feuda Imperii, reſiſtit 226. parat bellum adverſus Rudolphum, paciſcitur, reſignat quinque vexilla 226. pacta infringit, inſtruit militiam, pugnam init, cadit belli 227. *Duci Teſſinenſi* datæ credentiales 382. conſtituitur procurator ad contrahendum matrimonium cum filia Regis Hung. 383. 385. eidem a Carolo conditiones præſcribuntur 384. benevole a Rege Hung. excipitur 391. in ejus præſentia Rex Hung. deponit juramentum 392. ejus laus 394. concedit ad Carolum IV. *ibid.*

Pulkava ſerius Marignola finivit ſuum Chronicon 282.

Purificationis dies B. M. V. 247. 248.

Q.

Quinque eccleſienſis Epiſc. contradicit poſtulationi A.Epiſcopi Colocen. 349. offert ſe ad purgationem Canonicam 356. poſtulationem ejus ad A. Epiſcopatum Strigonienſem Papa confirmare refugit 357. Wilhelmo oppignoratur oppidum Selz 380, item Wiſenburg & Muntat 381.

Quinque SS. Fratrum corpora transferuntur Pragam 269.

Quirites unde dicti 130.

R.

Radim *vide* Gaudentius.

Radla pater ſpiritualis S. Adalb. mittitur Romam ad eum in Boh. reducendum 30. perſuadet in ſynodo reductionem illius 31. mittit ad eum epiſtolam in Hung. S. Adalbertus, idem veroſimillime, qui Anaſtaſius 42.

Rakow caſtrum 184.

de Raupowa fidejuſſor 498.

Ratisbonæ fit Monachus Strachquas 154. obſidetur Henr. Imp. 187. conflagrat 204. comitia 304. *Epiſcopus* proprius Bohemorum 154. promittit concordiam pro Ottocaro 369.

Rebecca 121. 122. 238.

Remi hiſtoria 129.

Digitized by Google

Religioſi Indi ſaraceni magno numero 95. 97. eorum vitæ inſtitutum 101. 105. 114.
Rhea Silvia 128. 129.
Rheate civitas condita 128.
Richardus Epiſc. de Simonia infamatus 275.
Robertus Rex Siciliæ mittit Magno Kaam munera 87.
Rodominus ſpoliat Clericum 359.
Roketnize fluv. 167.
Rolandus Comes 222.
Romæ origo 128. 129. 130. Synodus ob reducendum S. Adalb. 31. Petri Cathedra 260. 261. 265. *Romanorum* regnum ſuccedit regno Aſſyriorum 118. cum Sabinenſibus bellum, pax 130. 131. conſtituunt Conſules 131. adverſantur Friderico 131.
Romuli hiſtoria 129. 130. 131.
Rotenſtein caſtrum 193.
Ruben filius Jacob 122.
Rudolphus eligitur in Rom. Imp. repetit ab Ottocaro feuda imperii, bellum parat, reſignantur ei quinque vexilla 226. 227. filio dat in feudum regnum Hung. 371. 372. rogatur a Papa ne jura ſua invadat 372. 376. *Rudolphus II.* laudatur a victoriis pacem facit cum Turcis 303. Comitia indicit 304. ad pacem cum Turca ſervandam admonetur, indigne fert Mathiæ auxilia, minatur Hungaris & Auſtriacis, mittit exercitum ad Moraviam 305. Pragæ comitia indicit, item generalem inſurrectionem 306. cum Mathia pacem meditatur 307. propoſitiones ei a Mathia fiunt 309. 310. a corpore utraquiſtico 310. 311. de pace tractanda mittit Commiſſarios 312. ſub certis conditionibus pacem facit 312. 313. ad eum venit A. Dux Maximilianus, 315. nobilitat Stephanum Perger 445. animatur ad acceleranda auxilia 459. 461. ob ejus ſiniſtram valetudinem conſtituitur Mathias caput familiæ Auſtr. 464. ſuadetur ei acceleratio complendæ pacis cum Turca 467. nunciatur ei conventus Moravorum Slavkoviæ 471. commendat Boh. Statibus Mathiam in ſucceſſorem 479. articuli quos ei Mathias propoſuit 481. eorundem ſupplementum 485. Moraviam Mathiæ cedere petitur 484. 485. debita Moraviæ expungat 486. 492. transactio ejus cum Mathia 487. Mathiam ſucceſſorem declarat 488. 489. cedit ei Moraviam ſervato tamen Marchionis titulo 490. 315. amniſtiam publicat 316. deprecationem ei facere jubetur Mathias 499. *Alberti filius* 231. invadit Boh. 132.
Rupertus legat. Apoſt. ordinat Hermannum Prag. Ep. 275. *Dux Bavariæ* cum Carolo IV. pactatur 395. 400. reſiſtit Carolo 403.
Ruzan fluv. 197.
Rymianus Joannes palatinus Boczkay 451.
Rziczan mittuntur ei auxilia 457.
Rzip mons 139. eccleſia in eo conſecratur 281.

S.

Saba optima orbis inſula a mulieribus regitur 119. terræ ſitus 114. montis Gybeit deſcriptio 245. in ea multi elephantes 100. Regina 90. ejus erga Marignolam favor 246.
Sabinorum regnum, ob mulieres bellum 130.
Sacerdotium naturale, ſpirituale 234. legale 239. Judæorum ceſſavit 249.
Salamon Rex Hung. adigit Marchiones Moraviæ ad muniendam Hunnobrodam 284.
Salm Comes Capitaneus Moraviæ 288.
Salisburgenſi A Epiſcopo committitur inquiſitio ſuper idoneitate Colocenſis 361. promittit concordiam pro Ottocaro 369. accuſatur a Carolo IV. de rebellione 405. ordinatur Pragæ 213.
Samaria 111.
Samuel Sacerdos 236. ejus ſacrificium 237. geſta 240. *& ſeq.*
Sanbii arborem colunt. 59.
Sara uxor Abrahæ 120.
Saracenorum origo 120. in India 89. Aſſyria 91. cum iis fœdus facit Rex Hung. 373. 374.
Sarai Japoniæ inſula 86.
Sardanapali hiſtoria 130.
Saturnalia 126.
Saturnia civitas 126. *Saturnus* venit in Europam 125. docet ſignare metallum 126.
Saul primus Rex Iſraelitarum 242. 243.

Colo-

Digitized by Google

Colocenſis A. Epiſc. indulgentias dat 325.
Saxones intrant Boh. cæduntur 169. iterum invadunt 177. vincunt 178. proſternuntur 202. rebelles Ottoni 206. eos ſub obedientiam redigit Sobieslaus *ibid.* & 207. illis bellum infert Wladislaus 199.
Scanderbeth ad gerendum bellum invitatur 416.
Scepanowiz 440.
Schlik Joachimus poſtulata utraquiſtarum Rudolpho proponit 310. 311. Commiſſarius deputatus 312. fidejuſſor 497.
Schwihowsky Theobaldus 312.
Scitarum origo, ſitus, mores 127. bellum cum Servis 137.
Secana fluv. 121.
Sedlnitzky Chriſtophorus 493.
Sela Indorum conditor 110. ab eo Samaritæ 111.
Seliw, hic mortuus Meinhardus Ep. 278.
Selcz oppignoratur 380.
Sem filius Noe, obtinet Aſiam, 107. 108. ejus progenies geſta 110. Separat ſe a Nemprot, Rex Salem dictus 117. Sacerdos 236.
Semiramis 119.
Senaar ſitus, ubertas 115.
Seraphim A. Epiſc. Strigon. ordinat Hermannum Prag. Ep. 275.
Serpens ſeducit Evam 93. 94. monſtroſi 114.
Serviæ Megajupano ſcribit Innocentius Papa 333. juratoria cautio ab eo exigitur 335. eximitur juriſdictione Patriarchæ Conſtantinop. 335. obedientia legato Pontificio præcipitur 345. ſterilitas 416.
Seth filius Adæ 104. prohibet nuptias cum generatione Cain 106. ab Adamo ad Paradiſum mittitur 100.
Severus Epiſc. Prag. 268. 269. increpat Bohemos ob violationem ſepulchri S. Adalb. 166. ei apparet S. Adalb. 167. levat corpus ſacrum, accuſatur apud Papam 168. 269. tranſit ad caſtra Cæſaris 170. pro libertate uxoris Wratislai deprecatur Spitignæum 172. Moraviæ & Boh. ſimul Epiſcopus 270. moritur 173. 270.
Seyla burſam ſignificat 241.
Seyllanus mons 90. 91. huc e paradiſo translatus Adam, veſtigium hic pedis illius 94. 97. ad eum peregrinantur Saraceni 95. montis deſcriptio, 95. 97. portus 96. paradiſus creditus 96. ab incolis Zindanbaba appellatus, ad eum non aſcendit diluvium 97. 106. hortus hic Adæ 97. 98. incolarum opinio de ligno crucis 99. hic Kota civitas a Caino condita 103.
Sezyma Joannes fidejuſſor 497.
Sibillæ vaticinium de nativitate Chriſti 253.
de Sichen Abbas Duces Saxoniæ apud Papam accuſat. 405.
Siciomorum regni origo 118. idem quod Græcorum *ibid.* 119. 121. deficit 128.
Siculos vincit Przemyslaus 221. 222.
Sigismundo Caroli IV. filio Regis Hung. filia in matrimonium petitur 384. rata habentur ſponſalia 385. confirmat oppignorationem caſtri Kecz 408.
Sileſiæ ſtatus confirmationem privilegiorum petunt 315. eos ad defectionem ſollicitat Boczkay 456. promittitur eis confirmatio priv. 496.
Silveſter Abbas Zazavienſis 280.
Simiæ animas defunctorum creditæ Indis 114. 115.
Simon Epiſcopus 273.
Skalicium Hung. 288.
Slawata Wilhelmus fidejuſſor 497.
Slavi ab Heliſa 109. 138. 139. a Japhet 137.
Slavibor pater S. Ludmillæ 151.
Slaykoviæ comitia 306.
Slawnik pater S. Adalb. ejus regia progenies, potentia, laudes 10. 156. 157. liberalitas erga Ottricum 13.
Smirzizky Sigismundus aſſumitur in aulam Rudolphi 307.
Sobebor frater S. Adalb. occiditur 41.
Sobieslaus tranſit in Poloniam 188. redit cum Polono exercitu, datur ei Satecium 195. fugit in Poloniam, capitur a Clerico, dimittitur, revocatur, accipit civitatem Hradecz 196. mittit ignem in Glacium. *ibid.* accipit provinciam Conradi 197. expellitur Moravia, Imperatorem accedit, confugit ad Wigbertum 199. 200. redit Pragam *ibid.* cum eo pacificatur Wladislaus, ſublimatur in ſolium

201. reſtituit Wratiſlaum, vaſtat Moraviam, ſternit Saxones, pacem facit cum Rege Hung. 202. capit Wratiſlaum, conciliatur Lothario, obſidet Norinbergam, vaſtat Bavariam 202. ejus filium levat Lotharius ex baptiſmo, promittitur ei feudum Wigberti, auxilium fert Lothario 203. detegit inſidias ſibi factas, ejus ad populum oratio 203. 204. mittit Lothario auxilia, invitat ad ſe Regem Hung. 205. obtinet ab Imp. ut ſibi ſuccedat filius, deſponſat filiam, emit caſtrum, compeſcit Saxones 206. ejus bona opera *ibid.* Bavaros ſubjugat, moritur 207. e vinculis dimittitur 211. capit Odalricum fratrem, pellitur ſolio *ibid.* mittit ad Hung. Meinhardum Epiſc. 278.

Soldanus Babiloniæ 116.

S. Sophiæ palatium, in eo diſputat Marignoli 85.

Spalatenſis A. Epiſc. expellit Patarenos, 327. compeſci jubetur ob invaſam Abbat. 347. 348.

Spitigneus filius Borzivoji, ejus laudes, mors 151. 152. Brzetiſlai primogenitus 166. eccleſiam S. Viti ampliorem condit, germanos expellit ducatu, ſuccedit patri 170. 171. Satecenſis provincia ei a patre commiſſa *ibid.* mittit Moravos rebelles in cuſtodiam 172. ejus pietas, mors 173.

Spitimir frater S. Adalb. occiditur 41.

Spoletanenſi Cardinali committitur cognitio ſuper hæreſi Podiebradii 420. 423.

Spoletum delet Fridericus Imp. 210.

Srbiam ab Imperatore ſibi donatam intrat Wratiſlaus 177.

Sswamberg Joannes fidejuſſor 497.

Stadicz villa Przemyſli 142.

Stampach Joannes 317.

S. Staniſlai reliquiæ Cracovia adferuntur 214.

Stebethna curtis, ei perpetuo adjecta venatoris ſupremi dignitas 161.

Stebna villa Regia 200.

de Stekdor Abbati Ciſterc. committitur purgatio Canonica recipienda 356.

Stelliferi iidem qui Crucigeri 214.

Stephanus Rex Hung. Colomanno ſuccedit, inopina clade obruitur, fugit 197. ei uxorem cuſtodiendam mittit Sobieslaus 199. pacem facit cum Sobieslao 202. ei bellum movet Przemyslaus, Cumanos in Moraviam inducit, ejus uxor Cumana 218. inſidias ſtruit exercitui Boh. 219. vincitur 221. 222. diſcordiam habet cum Ottocaro 367. pacem facit 368. 369. compromittit in Duciſſam Cracoviæ ſororem ſuam 370. *junior Dux Bav.* in Pruſſiam proficiſcitur 391. cum Palatino Hung. contendit 392. conſentit in compactationem cum Carolo 393. 396. *A. Epiſc. Colocenſis* concordiam promittit pro Rege Hung. 369. *Poloniæ Comes* Strenuus, moritur ex vulneribus 200.

Sternberg Stephanus 307. 308. 309. mittitur ad Cancellariam Boh. 310. 311. comitatur Mathiam 317. Adamus fidejuſſor 497.

Stiria vaſtatur ab Hungaris 218. ejus Dux cum Przemyslao 220.

Strahof monaſterium Ord. Præmonſtrat. fundatur 209. Wenceslaus Rex *hic* cum exercitu caſtra metatur 212. reſidet hic A. Epiſc. Colonienſis 215. conflagrat, reſtauratur 216. Gertrudis fundatrix 209.

Strigonium usque vaſtantur omnia 166. moritur hic Jaromir Ep. 175. *Rex hic* moratur 399. *Strigonienſi A. Epiſcopo* ſcribit Innocentius Papa 333. confirmatur ei jus coronandi Regem, aliaque 335. 350. præcavet Pontifex de ejusdem præjudiciis 336. 338. præcipitur ei coronatio Ladiſlai 337. lis de præcedentia cum Colocenſi 350. poſtulatus confirmari nequit, electio Canonica A. Epiſcopi præcipitur 357. e Colocenſi ſede transfertur 360. mandatur, ei ut adigat ad juramentum naſcituro filio Regis præſtandum, conceditur ei facultas diſpenſandi in ſecundo gradu affin. 363. increpatur de ſilentio 377. mittitur ad contrahenda ſponſalia cum Sigismundo 385. tuetur partes Caroli IV. 395. mittitur ad Cardinalem legatum 416. nunciatur ei clades Turcorum 417. *Præpoſito* committitur inquiſitio ſuper Abbatia S. Ægidii 348. *Capitulo* præcipitur ut ſuos Procuratores Romam mittat 349. *Synodi* fragmentum 291.

Streleczenſis diſtrictus, civitas 439.

Straznicium caſtrum 450.

Strzezislava mater S. Adalb. ejus nobilitas, laudes 10. 11. 157. mors 159. liberalis erga Ottricum 13.

Sua-

Suatava Regina ſollicita de revocando Sobieslao 195. perorat pro Sobieslao 196. denuo 200. 201.
Suatopluk Rex Moraviæ tranſit in eremum 153. *Borzivoji frater* fert ei auxilium, mittitur Polono in auxilium, offenditur Borzivojo, ſollicitat Bohemos, intrat cum 6. legionibus Bohemiam, non admittitur Pragam, redit in Moraviam 186. ambit rurſum Ducatum Boh. 187. fraude utitur in perniciem Borzivoji, vocatur ad Ducatum 188. citatur ad Imp. mittitur in carcerem, liberatur, redit Pragam, tributa ingentia imponit 189. naſcitur ei filius 189. ei Mutina infidus 190. eum cum filio capite plectit, contra Hung. Regem expeditionem ſuſcipit, amittit oculum, reaſſumit bellum 191. cum Imp. in bello Polonico, occiditur a Wrſſoveciis 192.
Sucyslai filii Joannis viſum 222.
Succicus incurſus in Morav. 289.
Surina rivulus 156.
Swinary villa 66.
Swinibrod unde rapit ſibi ſponſam Brzetislaus 163.
Syon mons idem qui Strahof 209.
Syradus Comes de Oppido ſociat ſe Jaromiro 185.
Szak Jaroslaus Præf. caſtri Hunnobrod. 465.

T.

Tarquinii ſuperbi ætas, geſta 131.
Tartarorum prima converſio ad Chriſtum 85. eorum Rex mittit legationem ad Papam, legati adſunt in concilio Lugdun. 84. martyrio afficiunt 6. fratres Minores 86. irrumpunt in Moraviam 214. 218. 284. 290. vincunt 220. vincuntur 221. 222. cum eis fœdus facit Hung. Rex 373. 374. auxiliares Boczkay 463. 466. Hungari a bellis cum iis incliti 474.
Terra promiſſionis 124. ſancta 92.
Tercii montes 160.
Teſchinenſis Dux copiarum ductor 461.
Tetin caſtrum Borzivoji & Ludmillæ 63. 65. 67. 140. 152.
Teynenſis eccleſia, in ea imago Georgii Regis 311.
S. Thaddæi reliquiæ adferuntur Pragam 280.
Thare pater Abraham 111. 117. Sicienorum regni conditor 118.
Theobaldus Pragam munit 207.
Theodagus tertius Epiſc. Prag. 267.
Theopbanu Ottonis II. uxor liberali munere donat S. Adalb. 25.
Theophylus Princeps Antiochiæ 263. baptizatur 264.
Theta filia Croci 140.
S. Thomas Apoſt. 262. ædificat eccleſiam in Indiis. ſagitta confoditur, ejus ſanguine miraculum &c. 110. 111. reliquiæ adferuntur Pragam 280. capella Pragæ 184. *S. Thomæ Chriſtiani* in Indiis domini ſtateris piperis 89. 111. 113. *vinea* 98. 99. *mons* 96. *Patriarcha* 259. A. Epiſc. Strigonienſis mittitur ad contrahenda ſponſalia cum Sigismundo 385.
Thracum origo 138.
Thuringus pædagogus 149. diſcipulum occidit, ſupplicio afficitur, ejus nomine alnus 149.
Tikowsky Nicolaus teſtis 440. 441.
Tilli bellidux 305. conſcribit Valanos 307.
Timotheus Zagrabienſis Epiſc. promittit concordiam pro Rege Hung. 369.
Tinal Commiſſarius datus Hungaris 317.
Tobiæ Epiſc. Prag. committitur Boh. 230. ſolemniter excipit Wencesl. 231.
Teczník Burchardus fidejuſſor 497.
Towaczow 430.
Trautmannsdorf bellidux 305.
Trebeca condit Treviros 118.
Trenſchinii congreſſus cum Carolo IV. 398. 399. 460.
Treviri a Trebeca 118.
Trojæ origo 126. 127. a Trojanis Principes Europæ 126. rapiunt Helenam 127.
Treczka Rudolphus 307.
Tubal inventor inſtrumentorum muſic. 104.
Turcarum nomine veniunt veteribus Hungari 323. irrumpunt in Moraviam 284. 288. 289. in Croatiam 302. Bulgariam 414. cum iis pax 303. infringitur, adverſus eos petuntur auxilia 304. non mittuntur conſueta munera eorum Imperatori 305. obſident Nandual-

dualbam 416. 417. cæduntur *ibid.* auxiliares Stephani Boczkay 466. cum eis pacis acceleratio ſuadetur 467. 473. 484. 489. prætendunt pacis conditiones impleri 475. Hungari a bellis cum iis geſtis inclyti 474.

Turn Comes 319.

Turnus Tuſcorum Rex 127.

Turoniæ corpus S. Martini 40.

Turzy Georgius Comes Hung. bellidux 316. 318.

Tyberius nomen dedit Tyberi 128.

Tygris fluv. Paradiſi 91.

Tyrnavia Hung. civitas 410.

Tyro ſtrenuus miles perſonam Neclani in prælio ſuſtinet, ejus ad milites oratio, mors, ſepulchrum 147. 148.

U. V. W.

Vachet committitur ei cuſtodia Boh. a Suatepluco 189. vertitur in fugam, ejus perfidia 190.

Vacienſis Epiſc. contradicit poſtulationi A. Epiſcopi Coloc. 349.

Vako Comes Moravus 187.

Valaſcus mittitur a Papa ad componendas lites inter Ottocarum & patrem 367.

Valdenſes Hunnobrodæ condunt eccleſiam 184.

Valdſtein Adamus junior Commiſſarius datus Mathiæ 317. fidejuſſor 497.

Valelucum venit S. Adalbertus 26. Græci Monachi in hoc monaſterio 27.

Valentinus fit Epiſc. Prag. 211. 280.

Vaneczky Wenceſl. fidejuſſor 498.

Varadienſi Epiſc. committitur inquiſitio ſuper diſciplina Græc. Monachorum 341. ſuper Abbatia S. Ægydii 348. commendatur ei Ladislaus 354 præcipitur, ut adigat ad juramentum præſtandum 362. mittitur ad Cardinalem legatum 416.

Varkocz de Napſchiz reverſales 435.

Varnenſe prælium 476.

Varnerus ædilis, clepit de reliquiis S. Ludmillæ, repente moritur 208.

Vartenberg Carolus Commiſſarius 312. mittitur ad Mathiam 315. *Joannes ſenior* Grandis Prior Melit. 437.

de Vchinitz & Tettau Wenceſl. pronunciatur liber omni animadverſione 495.

Udalricus filius Boleslai III. 160. apud Imp. enutritus miſſus in carcerem liberatur, venit Pragam 161. capit eam, a Polonis liberat Boh. & Moraviam, excæcat fratrem, plebejam ducit uxorem, moritur 162. *frater Borzivoji* accuſat eum apud Imp. de prærepto ſibi Ducatu, ſocia manu intrat Boh. recuperat terras ſuas in Moravia 185. a fratre Sobieslao capitur 211. adverſus eum Cumani inducuntur 218.

Veliz ſilva 161.

S. Wenceslaus a S. Ludmilla educatus 152. ſuccedit patri in Ducatu, ejus pietas, occiditur a fratre 153. corpus transfertur Pragam 154. feſtum ejus celebratur 181. ejus meritis pax inter Wratislaum & filium 180. 181. haſta illius in bello contra Lotharium 202. vexillum in victoria contra Cumanos, 220. 222. 223. olivæ ſimilitudine prædictus a Libuſſa 135. 144 *filius Boleslai IIii* moritur in pueritia 159. *Wenceslao I. Regi Boh.* commendatur ut aſſiſtat Margarethæ Auſtriæ 366. coronatur 211. munit Pragam, ejus laus, contra eum rebellat filius, fugit, cum magno exercitu redit, capit Wiſſehradum, filium ad pacem adigit, obruit eum, Pragamque capit 212. recipit filium in gratiam, dat ei Moraviam, vaſtat Bavariam, ſubdit ſe ei Auſtria 213. obit 214. 217. Wenceslaus III. 132. *filius Przemyslai* accipit uxorem Friderici Auſtriæ neptem 216. eligitur in Ducem Poloniæ 216. coronatur, munit Pragam *ibid. juvenis* ſub tutela Marchionis Brandeb. 228. 231. cum matre cuſtodiæ mandatur 229. dimittitur 230 231. ejus filiam habet Dux Carinthiæ, alteram Dux Sileſiæ 132. 133. *Wenceslaus III.* Olomucii occiſus 132. *filius Caroli IV.* 386. cum eo Rex Hung. pacem facit 401. *Dux Lignicenſis* nepos Wenceslai II. 133. *Dux Saxoniæ* citatus ad Curiam Rom. 405.

Ventus vehementior 206. 224. 228. 303.

Ve-

Digitized by Google

Veſprimienſis Epiſc. venit Pragam ad Comitia 309. ejus oratio ad Mathiam 316. contradicit poſtulationi A. Epiſcopi Coloc. 349. promittit concordiam pro Rege Hung. 369.
Veſtales in Italia 128.
Vezzerinos vincit Przemyslaus 221. 222.
Ugwar fortalitium Hung. Bohemicis præſidiis obſeſſum 482.
Viennenſis pax cum Turcis 303. infringitur *ibid.* & 304. confirmari petitur 467. confirmatur 305. 489. ejusce pacis conditiones 474. 477. 478.
Vigbertus fert opem Borziwojo, cæditur, capitur ab Imp. 193. auxilium meditatur Wladislaus, ad eum confugit Sobieslaus 199. 200. *filius* promittit Sobieslao feudum ſuum 203. *uxor* vendit eidem caſtrum 206.
Vilhelmo Quinque eccleſienſi poſtulato oppignoratur Selz 380. item Wiſſenburg & Muntat 381.
Villiconis Præpoſiti Prag. teſtimonium de ſanctitate Adalberti 18. ei viſionem ſuam narrat idem Sanctus 23. S. Adalbertum e tumulo retrahit 34.
Villigiſus A. Epiſc. Mogunt. conſecrat S. Adalb. 19. ad eum mittitur legatio pro reducendo S. Adalb. 31. 54. 57. deducit Brunonem Romam pro capienda ſede Pontificia, perorat in ſynodo pro ſede Prag. 37.
Vindelmuth Parthenon 275. 276.
Virpirk uxor Conradi 179. 180.
Virtemberg Comes cum Carolo IV. concordatur 398. citatus ad curiam Rom. 406.
Viſconte Octavianus fidejuſſor 501.
Viſſenburg oppignoratur 381.
Viſſehrad ab adoleſcentibus adverſus puellas conditum 144. reſidet iſthic Borzivojus, obſidetur 193. huc ſe transfert Wladislaus 200. revertitur Sobieslaus 203. capitur 212. 217. *Canonici* vocantur ad moriturum Sobieslaum 206. eccleſia erigitur, ampliatur 281. 282. altare S. Petri ei donatur 282. *Hungariæ Caſtrum* 393. 394.
S. Viti eccleſia Pragæ, in ea conditur S. Wenceſl. 154. erigitur in Cathedralem 155. 156. conditur in ea S. Adalb. 158. ſepelitur Juditha, amplior conditur 170. conſecratur altare 182. in ejus presbyterio ſepelitur Brzetislaus 184. conflagrat 178. ſepelitur Otto 194. perficitur 274. ſepelitur Meinhardus Epiſc. 278. ſepelitur Joannes Epiſc. 280. *Vitus* Capellanus geſtat vexillum S. Wenceſl. 202.
Vladislaus obtinet Ducatum Boh. 192. obſidet Wiſſehradum, potitur victoria, vocatur ad Imp. 193. capit fratrem Ottonem 194. a Polonis bello petitur *ibid.* ejus ad milites oratio, cæditur, revocat fratrem ſuum Sobieslaum ex Polonia 195. falſe defertur eſſe hoſtis illius, liberat ex vinculis Ottonem, donat Sobieslao terras, facit pacem cum Polonis 196. 197. cum eo Rex Hung. pacem meditatur *ibid.* revocat fratrem Borzivojum & in ſolium reſtituit 198. accipit medietatem Boh. a fratre *ibid.* rurſum Borzivojum ſolio deturbat, ædificat caſtra, cædit germanos, armatur contra Saxones, expellit Sobieslaum ex Moravia 199. deſponſat filiam, infirmatur 200. confitetur Ottoni Babenberg. Epiſcopo, pacificatur cum Sobieslao, moritur 201. *Nepos Wladislai* cum auxiliis mittitur Romam 195. *puer* fugit in Hung. 207. *filius Sobieslai* deſignatur ſucceſſor patris, 206. accipit vexillum Bambergenſe, diſſentit cum Conrado, auxilium petit ab Imp. 207. fundat Strahoſienſe cœnobium, Friderico Imp. in amoribus 209. intereſt ejus nuptiis, Polonos Imperatori conciliat, coronatur in Regem 210. expeditionem cum Imp. adverſus Mediolanenſes ſuſcipit, primus eis bellum infert, invadit Poloniam, moritur 211. *Wladislaus II.* cum filio Hunnobrodæ 287. ſcribunt ei cives Colinenſes 430. prætenſiones Mathiæ Corvini adverſus eum 431. & *ſeq.* ejus progenies 432. rite electus & coronatus, concepta de eo Bohemorum ſpes, laus 433. 434. majeſtates ejus de religione 307. 308. *Polonus* recipi jubetur 210. *filius Kazimiri* 166. *Dux Opolienſis* in caſtris Przemyslai 219.
Vltava fluv. 212. *vide etiam* Moldava.
Vnatek palatinus 195. ſuſpectus de fide occiditur 196.

Digitized by Google

Volferius miniſter Imperialis 39.
Voytiech. *vide* S. Adalbertus.
Vrabsky Carolus Commiſſarius 312.
Vratislaw Georgius Commiſſarius 312. 317. ejus vexillum 319. *Nicolai* vexillum 319. Chriſtophorus fidejuſſor 497. *urbs* 146. *caſtrum* 190.
Vratislaviæ paciſcitur Carolus IV. cum Hung. Rege 386. *Epiſcopo* aſſignantur mille marcæ a Clero collectæ 213.
Vratislaus Dux Zatecenſis infeſtus Bohemis urbem ædificat 146. ejus ad milites oratio 148. *filius Borzivoji* 151. ſuccedit Spitignæo, accipit uxorem Drahomiram 152. *filius Brzetislai* 166. fugit in Hung. ejus uxor Cuſtodiæ tradita cum partu exſpirat 172. redit de Hungaria, ſublimatur in Ducale ſolium 173. præterito fratre Jaromiro Capellanum ſuum Epiſcopum deſignat, cedit fratrum & Procerum voto in electione Epiſcopi 174. reunit Epiſcopatum Olomucenſem Pragenſi 175. ſejungit 270. fit Rex 176. 177. 49. erigit Wiſſehradenſem eccleſiam, dotat 281. accipit ab Imp. Zrbiam, invadit eam, Benedam capit, ſupplicio addicit 177. 178. bello petit Conradum, obſidet Brunam, conciliatur Conrado & filio 179. 180. promittit Conrado ſucceſſionem in Ducatu excluſo filio 180. moritur 181. *filius Wratislai Regis* vapulat a S. Petro hujusce hiſtoria picta in Wiſſehrad 281. *nepos Brzetislai* fit enſifer 183. adhæret Suatopluco 188. *junior* eligit Hermannum in Epiſc. 274. ejus laus 276. *filius Udalrici* privatur patrimonio, reſtituitur a Sobieslao, ab eodem capitur 202. ejus miles inſidiatur Sobieslao, privatur oculis 204. *Dux Poloniæ* partitur inter filios Regnum 126.
Urbanus IV. nuncius Apoſtolicus ante per Poloniam 51. 56.
Vrſſovecii a S. Adalb. excommunicati 41. 163. Jaromirum occidere quærunt 161. ab eis, ut caveat, monet Brzetislaum 163. occidunt Jaromirum *ibid.* trucidantur 165. fugiunt in Poloniam 183. eorum malefacta exaggerantur 190. ſtirpem univerſam deleri jubet Suatopluk, crudeliter necantur 191. occidunt Suatoplucum 192.
Vrtby e Dominorum ordine vexillum 319.
Usbec provincia Tartariæ 86. in ea mons Armeniæ 107. 109.
Utraquiſtarum cum Catholicis ſimultas 303. 305. petunt confirmationem privilegiorum 307. a Maximiliano II. privilegio donati 308. confœderationem faciunt 309. 315. Catholicis minantur ejectionem e feneſtra 309. mittunt nuncium ad ſupremos Officiales Regni, Comitem Schlik ad Imp. 310. poſtulata ſua proponunt Imperatori 310. liberum exercitium Religionis petunt 311. petunt univerſim ſe vocari *corpus utraquiſticum*, adverſus id objectiones 314.
Vualos vincit Przemyslaus 221. 222.
Würzburg curia generalis 210.
Wybrz caſtrum Croatiæ capit Turca 303.

Y.

Yle prima informis materia a Deo creata, e qua omnia producta 83.
Yſis uxor ſeu ſoror Apis 121.

Z.

Zacharias ſacerdos 244.
Zahradeczky Wenceſl. fidejuſſor 498.
Zatecium redditur Mutinæ 185. donatur Sobieslao 195. *Zatecenſis* provincia commiſſa Spitignæo 171. *Zatecenſium* cum Bohemis bellum 146. vincuntur 148. vaſtantur 149. eorum vexillum 320.
Zayton portus Indiæ, ejus deſcriptio 95. 110.
Zazava fluvius abſorbetur 207. *Zazavienſis* Abbas fit Epiſc. Prag. 280.
Zborzinsky Nicolaus teſtis 440.
Zdcras villicus Regis occiditur 179.
Zdiarsky Tiburtius fidejuſſor 497.
Zdik fit Epiſc. Olom. 202. in Rugiam converſionis cauſa proficiſcitur 207. 279. rediens Hieroſolymis inducit Ordinem Præmonſtraten-

tenſem 207. 208. conſecrat eccleſiam in monte Rzip. 231.
Zebislowo frater S. Adalberti fugit in Poloniam, in ponte Prag. obruitur 41. ejus viſio 57. 58.
Zeydlicz Nicolaus Commiſſarius 317.
Zierotin Carolus in Comitiis Prag. perorat pro parte Hung. 309. nomine Mathiæ verba facit 311. 315. ſcribit Rudolpho II. 450. ſollicitatur a Stephano Boczkay ad defectionem 451. fidejuſſor 498. *Caſparus* ad Mathiam mittitur 315. Commiſſarius datus Hungaris 317. pacem inter copias Hung. quærit 318.
Zinguis Caan primus Tartarorum Rex 110.
Ziſkow mons ad Pragam munitur 312.
Zizi ad Pragam eminens locus 162.
Zlapy apparitio S. Gotthardi 279.
Zlichaczi Stephanus de reconcilianda pace cum Boczkay agit 465. ingratitudinem Moravorum exaggerat 466.
Zona torrida ſuperata a Tartaris 86. 87.
Zoroaſtres dictus Cham 110.
Ztibene caſtrum Croci 140.
Ztodor provincia 152.
Ztrachyquas filius Boleslai Sævi fit monachus, recuſat epiſcopatum Prag. 154. 155. pro reducendo S. Adalb. Romam miſſus 31. ambit epiſcopatum, a dæmone præfocatur 154.
Zytawa rivus 156.

ERRATA QUÆDAM MAJORA.

Pag. 27.	lin. 21.	ab illis	*lege*	abibis
28.	lin. 22.	ne		nec
80.	lin. pen.	latini		latino
86.	lin. 16.	Kagon		Kagam
90.	*in Not.* lin. 8.	potus		polus
91.	- 9.	ulta		ultra
93.	- 31.	gravacione		generacione
106.	*in not.* 2.	Beros		Beroſi
110.	- 1.	Troyam		Troyani
120.	- 28.	vici		viri
134.	- 31.	ſextum		ſertum
149.	- 16.	curie		curæ
162.	- 12.	Boza		Bozena
188.	- 23.	vorare		vocare
192.	- 26.	iſtitucione		inſtitucione
ibid.	- 28.	Poloniam		Polonia
194.	- 11.	dictabo		dietabo
197.	- 15.	ſurgeunt		ſurgunt
201.	- 27.	predone		medone
209.	*in not.* 1.	Item		Hem
231.	- 13.	amplorum		ampliorem
238.	- 28.	egnum		agnum
247.	- 6.	Esdias		Esdras
341.	- 18.	Veſprimenſi		Varadienſi
351.	*in not.* 2.	VIII.		XVIII.
367.	*in not.*	Belam IV.		Stephanum
398.	- 6.	Wartemberg		Wirtemberg
431.	- 13.	diſpicet		diſplicet.

A. M. P. J.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google